charitatis amore ad passionē dñicā quā videbat. visa em̄ magis mouēt q̄ audita. Tertio in misterio dñice resurrectionis: qr maria magdalena venit ad btm̄ petr̄ ⁊ ad aliū discipulū quē diligebat Jesus rediens de sepulchro Joh. ij. In q̄ dat̄ intelligi q̄ ardebat amore charitatis ad dñicā resurrectōez Quarto in misterio dñice apparitōis: qr Joh. xxi stāte Jesu in litore ⁊ discipulis existentibus in mari. in q̄ apparitōe ceteris ip̄m nō cognoscentib̄ Johānes stati cognouit dñm a longinq̄ di. Dñs est. Nā puerbium est q̄ q̄ bñ diligit a longinq̄ cognoscit. Cuius rō est natural': qr spēz dilecti habitā frequēter ad memoriā reducit. ⁊ talis spēs p actus ꝯfirmat̄. Quinto in misterio dñice psecutōis: qr Joh. xxi. cū dixisset dñs petro. Seq̄re me pnūciationē martyrij signās q̄ morte clarificaturus esset deū. Et ꝯuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat Jesus sequētem. In q̄ dat̄ intelligi q̄ ardebat amore charitatis ad mortē p xp̄o pferendā ⁊c.

VIII. cōsideratio

Octaua consideratio est de sacr̄o sue obdormitōis qñ fuit consopitus in sinu dñi Jesu xp̄i Joh. xiij. Erat inq̄t in sinu Jesu recumbens discipulus ⁊c. Ubi notandū est q̄ xp̄s in hac cena btō Johāni euāgeliste fecit actus quatuor id ē.

A Primo imediate in suo latere collocauit: qr circa finē solet maxie dilectio demonstrari. vñ ibidem dr̄ Cum dilexisset suos ⁊c. Secundo ꝯsumata cena adhuc sedēs in suo gremio reclinauit ip̄m: Erat inq̄t recūbēs in sinu suo ⁊c. Tertio post reclinatōez soporē ei imisit: qr qñ aīa est a sensib̄ abstracta est ad celestes instructōes magis disposita dicente Elifas themanites ad Job. xxxiij. p somnū deus erudit hoīes ⁊c. Quarto post obdormitōez eius oculos aperuit. s. interiores q̄ sunt clausi p pctm̄ Ade vt aīa nō videat spūalia que ex sua natura videre nata fuit: sicut vis exterior corporalis. vñ dr̄ Numeri. xxij. Apuit dñs oculos Balaā vt videret angelū. ⁊. iiij. Regū. vi. Apuit aūt dñs oculos pueri helysei vt videret militiam celi. Istis aūt quatuor dispositōib̄ quasi p̄missis sequunt̄ quatuor opatōes quas xp̄s opatus est in ista aīa btā. qr Primo fuerūt ei secreta celestia reuelata: vt intuitiue cerneret q̄ alios doceret certius in posterū. vñ dic̄ in p̄ma sua canonica. i. c. Ab initio qd̄ vidimus ⁊ audiuimus ⁊ pspeximus oculis nostris de verbo vite annūciamus vobis ⁊c. Secūdo istor̄ secretor̄ celestium fuerūt ei simulachra infusa alioq̄n de visis recordare nō potuisset: qr recordatio fit p spēz sui obiecti: quod pz mirabiliter in eius doctrina. vñ q̄ animam eius vidisset intuitiue etiā ꝯspexisset clare illa secreta celestia in eius depicta memoria ⁊c. Tertio fuerūt oīa illa idola suspēsa vt eis vti ñ potuerit vsq̄ ad aduentū spūssancti. alioq̄n si in illo ligate nō fuissent nunq̄ postea de resurrectōe dñi dubitasset sicut dubitauit Johā. xx. Quemadmodū dona supnaturalia: vt sapia ⁊ gr̄a in puul' sūt ligata vsq̄ ad tp̄s p̄fixū a deo ⁊c. Quarto fuerūt oīa illa repñtatiua relaxata vt eis vteretur libere ad recordanduz qd̄ viderat. ⁊ hoc qñ accepit donū spūssancti: qr tunc fuit tp̄s p̄dicatōis p̄uisum a xp̄o. vt dic̄ Judas in epl'a sua. i. c. q̄ inq̄t vita eterna que erat apud p̄rez aparuit vobis. ⁊ qr in isto sacratissimo somno btūs Johēs mētaliter vigilabat. ideo dici poterat illud Cāti. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat ⁊c.

IX. ꝯsideratō

Nona ꝯsideratio est de sacramento sue adoptōis qñ ꝟbo saluatoris factus fuit filius matris dei di. dño Jesu in cruce: Mulier ecce filius tuus. deinde dixit discipulo. Ecce mr̄ tua Joh. xix. c. Intelligendū est tñ q̄ illa recōmendatio mutua fuit ab eo facta. s. quadruplici rōne. Et p̄ma ad ꝟginis memoriale cōtinuū: qr sb̄lata dilecti pñtia naturaliter eius sil'itudo delectat. vñ ꝓpter hoc fuit inuentū p̄mo idolū vt testat̄ sapiēs Sapientie. ix. Et qr btūs Johēs xp̄o sil'is erat in actib̄ ⁊ pfectōib̄: ideo in actib̄ quasi p imagine reliq̄t eum matri sue ⁊c.

Nota

C

Secunda fuit ad ꝟginis diminutum

solatiū aliq̄liter restaurandū ad quod leges hūane adinueniūt adoptōez ⁊ arrogatōez nō nisi in solaciū eis q̄ filijs sunt orbati: ita xp̄s in solaciū sue matris pro filio naturali quez amittebat ei dedit filium adoptiuum. Tercia fuit ad ꝟginis debitū obsequendū: q̄ filius est ad matris obsequium. inde est qn̄ se sb̄trahit spōte sicut xp̄s optet qd̄ ponat suum vicariū. ⁊ ideo xp̄s loco sui btm̄ Johem instituit vt matrē custodiret loco sui: eiq̄ mīstraret. Ideo sequit̄ q̄ ex illa hora accepit eū discipulus in suā. Quarta fuit ad ꝑficiendū gratū ꝯsortiū inter ꝟginem ⁊ ꝟginē vt esset floridus aspectus. ⁊ ista est rō quā assignat btūs Hiero. in sermone assumptōis. Sz ex oib̄ istis fuit btūs Johes q̄drupliciter sb̄limatus: q̄ ipe p̄mo fuit factus filius ꝟginis adoptiuus sic̄ xp̄s natural'. ⁊ sicut in naturalib̄ est miraculū esse filiū ꝟginis naturalē: eodē mō in politicis q̄ habeat filiū
D adoptiuū ⁊c̄. Scd̄o fuit frater verbi q̄ fuit filius mr̄is sue: q̄ fraternitas nō attēdit̄ nisi in habitudīe ad vnitatē parētū: ⁊ sic̄ naturale desideriuz ē ad ꝓlē: ita in suo g̃du ad fraternitatē ⁊c̄ Tertio fuit eodē mō filius p̄ris dei mō singulari q̄ nō ē maius filiū eē p̄ris q̄ꝫ frēz esse ꝟbi adoptiue. ⁊ ideo eū xp̄s assumpsit ad suā fraternitatē. ⁊ eodē mō ad p̄ris filiationē ⁊c̄. Quarto q̄ fuit affinis spūssci ⁊ alūnus: q̄ sic̄ ex germanitate naturali ꝯhit̄ affinitas: ita ex fraternitate ciuili cuz illis ac tali facti sunt germani. ⁊ ideo cū germanitas fuerit in fraternitatē ⁊ in spm̄ sctm̄. ꝑm Rich. de tri. Aliquā affinitatē habuit suo mō be. ioh. ad spm̄scm̄ ex fraternitate dn̄i Jesu xp̄i gen⁹ em̄ xp̄i sum⁹ oēs Act. xvij.
X. cōsideratio Decia ꝯsideratio ē de misterio sue inchoatōis q̄ celebrata fuit in euāgelij descp̄tōe. Si em̄ altius intonasset tot⁹ mundus eū capē nō potuisset ꝑm sctōꝝ testimonia: eo q̄ negociatus fuerit circa ꝟbi diuinitatē. Intelligēduz est tn̄ q̄ btūs Johes introduxit q̄tuor p̄conia trāscendētia ad ꝟbi diuinitatē ꝑti
E nētia quoꝝ. s. Primū est de ꝟbi eterna gn̄atōe: de quo fuerat ꝑ Isa. dictum Generatōez eius q̄s enarrabit. ⁊ tn̄ hāc gn̄atōez narrat btūs iohes di. In p̄ncipio erat ꝟbū ⁊c̄. vn̄ videt̄ intelligi q̄ beatus Johes in hac descp̄tōe facultatem sctōꝝ p̄cedētiū trāscēdebat. Scd̄m fuit de creaturaꝝ a ꝟbo emanatōe cū seq̄tur. Oīa ꝑ ipm̄ facta sunt. ⁊ quēadmodū dic̄ ꝓpha. Verbo dn̄i celi firmati sunt. ⁊ lz ad illud p̄coniū attigissent alij sancti: nō tamē nisi in facultate sup̄naturali ⁊c̄.

Tertiū est de ip̄ius ꝟbi exēplaritate: cuz sequit̄. Qd̄ factū est in ip̄o vita erat q̄ sicut archa ē in mēte artificis: ita suo mō totus ille mūdus exēplatus ē in mēte diuīa. Ipe dn̄s solus ē q̄ ad illud exēplar sicut docet Aug⁹. ad qd̄ p̄coniū cōtingere nō solū scti sz etiā sb̄limes phi: vt recitat Aug⁹. de Platone potuissent ⁊c̄. Quartū est de istius ꝟbi radiositate q̄ illumīat oēs vt veritatē cognoscere possent syncerā: sicut lux solis. Ideo dic̄ Erat lux vera q̄ illumīat oēz hoīez venientē in hūc mundū. Istis aūt p̄missis p̄conijs subiungit̄ misteriū incarnatōis sibi diuinitus reuelatū ⁊ celitus di. Et ꝟbum caro factū est. Istud aūt misterium qd̄ vocauit btūs Dio. compositōez ꝑm nos. ꝑm Aug. ip̄m de tri. vocatū ē archanum oī rōni ⁊ ignotū oī verbo etiam dignissimoꝝ angeloꝝ intellectui ⁊ ineffabile ⁊c̄. Undecima ꝯsideratio ē de mi- XI. cōsideratio
sterio sue visionis. Videt̄ aūt q̄ btūs iohānes vidit deū ꝑ essentiā in hac mortali vita. ⁊ illud credit̄ fuisse in somno: sic̄ Paulus in raptu: q̄ nō apparet in diuina scriptura maior ratō de illo q̄ꝫ de isto. Et tn̄ btūs Aug. de btō Paulo ꝯcedit.

Istud autem ꝯfirmat̄ quadrupliciter Et Primo: q̄ ei fuit reuelatū misterium gn̄atōis eterne quā nullus degusta- F
re pōt sine suo termino. ⁊ nihil recte cognoscit̄ sine termino. terminus aūt generatōis illius est ip̄a diuinitas ⁊c̄. Secundo: q̄ ei fuit reuelatū misteriū incarnatōis quod terminat̄ ad ꝟbi ꝓprietatē ⁊ illa ad diuinitatē sub ꝓpria rōne. Tertio ip̄e di. Joh. ij. Vidimus gloriā eius.

Actus aūt btīficus nō pōt bene cogno
sci nisi eius cōditio sciatur. Quarto:
qꝛ ipe iohēs dixit in pma canōica sua. i.
ca. Fidem quā ocul. sui pspexerāt ipam
annūciabat. impossibile ē aūt articulos
fidei vidisse q̄ ptinēt ad diuinitatem q̄n
ipa diuinitas fuerit visa q̄ est subiectum
XII. ꝯsi deratio in eis ꝛc. Duodecima ꝯsideratio est
de misterio sue ꝯfessionis ꝛc. Ubi ē in
telligendū q̄ post dñi ascensionē añq̄ di
uiderent apli fuerūt ad ordinandū sym
bolū fidei catholice ꝯgregati in hierl'm
In quo posuerūt. xij. articulos fidei ꝑm
numeꝝ. xij. apostoloꝝ q̄ fidem xp̄i ꝓ tota
vniuersali eccl'ia sunt ꝯfessi. Et int' eos
btūs Johēs sicut colūna fuit: qꝛ ipe cuꝫ
petro dicebant colūne: vt testat apostolus
ad Gal'. ij. In qua autē descriptōe
sunt quatuor dicenda circa ꝑsonam bea
ti Johānis notabilia. quoꝝ Primum
est cū in istis. xij. articulis sint tres ptinē
tes ad tres personas diuinas q̄ sunt di
gressiui ꝛ pncipales inter oēs: sꝫ petrus
describit articulū ꝑsone patris. ꝛ iacobꝰ
fris dñi illū qui ē de spūsancto: ita iohan
nes illum q̄ erit de filio di. Et in Jesum
xp̄m filiū eius vnicū dñm nostꝝ. Et con
G ueniēter iste articulus fuit sibi datus sic
illi q̄ viderat misteria verbi ꝛc. Secū
dum est q̄ btūs iohēs ad alium graduꝫ
apl'atus post dñi resurrectōeꝫ q̄ ante: qꝛ
ante fuerat q̄rtus postea semꝑ fuit scd̄s
īmediate repñtatus post btm̄ petrū. vñ
Luc. actuū. i. numerās oēs apl'os post
xp̄i ascensionē ponit iohannē secundum
sicut em̄ fuit trāslatus petrus de scd̄o lo
co ad pmum: ita btūs iohēs de quarto
ad secundum in quo dat intelligi q̄ in ec
clesia nō sunt faciende ꝓmotōes ꝑm or
dinem originis: sꝫ ꝟtutis ꝛ refectōis ꝛc.
Tertium est q̄ ipe contra potentissi
mum aduersariuꝫ ordinatus fuit in acie
Isti em̄. xij. apostoli illas duodecim veri
tates describere statuerunt ad obuian
dum erroribus quos futuros preuide
bant in ecclesia. Et sic in actibus con
tra hostem peiorem pugnator melior in
ducit contra illum errorem: qui maxime
impugnari debebat ecclesiam: vt erro
rem arrij contra quem in secundo arti
culo beatus iohānes astruere visus est
xp̄i deitatem. ꝛ cum patre equalitatem.
Quartum est q̄ ceteri apostoli nō fue
runt retardati vt Jacobus ꝛ Andreas
ex translatōe beati Joh. Rō autem hu
ius est: qꝛ minimus apostoloꝝ fuit in sb
limiori gradu post aduentum spūssan
cti: vt pꝫ ex verbis xp̄i. ꝛ ideo q̄ fuit ma
ximus ante eius aduentum ꝛc. ꝛ beatus
Andreas q̄ fuit tertius nō fuit retro actꝰ
q̄uis beatus iohannes fuerit magis ꝓ
motus. Tertiadecima ꝯsideratio est XIII cō sidera.
de misterio sue ꝓfessionis. Ubi est in
telligendum q̄ xp̄us ascendens in celum
dimisit quatuor pncipales ordines in ec
clesia. vt refert beatus Paulus ad eph. x
q̄ꝝ. s. Primꝰ ē ordo apl'oꝝ. Scd̄s ē
ordo ꝓphaꝝ Tertiꝰ ē ordo euāgelistaꝝ
Quartus est ordo doctorum. Et om H
nes isti ordines concurrunt in beato io
hanne solo. Fuit em̄ pmo apostolus: vt
pꝫ in descriptōe secundi articuli. Secun
do fuit euangelista: vt pꝫ in descriptōne
tertij articuli. Tertio fuit ꝓpheta: vt pa
tuit in Apoc. Quarto fuit doctor sicut
patuit in descriptione epistolarum ꝛ p̄
dicatione verbi diuini: in quibus episto
lis etiam misterium beate trinitatis eui
dentius omnibus alijs expressit dicens
Tres sunt qui testimonium dant in ce
lo pater: verbum: ꝛ spiritussanctus. ꝛ hi
tres vnum sunt Johannis. ij. Quar XIIII ꝯsidera tio.
tadecima consideratio est de mysterio
sue assimilationis. Cum enim quatuor
euangeliste sint similati per quatuor a
nimalia: vt habetur Ezech. vt ait bea
tus Gregorius super Ezechielem: ita q̄
pmus habuit faciem hominis. Secun
dus faciem leonis. Tertius faciem bo
uis. Quartus ꝟo faciem aq̄le volantis.
Beatus autem Matheus signatur ꝑ
faciem hoīs: qꝛ pmo describit humani
tatem xp̄i. Secundus Marcus per fa
ciem leonis: qꝛ describit xp̄i resurrectio
nem. Tertius Lucas per faciem vitu
li: quia describit christi sacerdotium.

Quartus Johes ꝑ faciē aq̄le: q̄ describit xp̄i diuinitatem circa quā negociat̄. Intelligendū est tñ ꝙ btūs Johes dr̄ aq̄la quadruplici rōne. Et Primo rōne: q̄ aq̄la hz sb̄tilitatē in suo statu nidificat eñ in locis sb̄limib; ⁊ arduis. ideo dr̄ Job. xxx. Nunq̄d ad p̄ceptū tuū eleuabit̄ aq̄la ⁊ ponet in arduis nidū suū. Et ꝑ istū modū btūs Johes fuit eleuatus ad sb̄tilitatē deitatis in ꝯtemplatōne. ⁊ posuit nidū sue mā̄sionis in arduis. i. in ꝯsideratōe trinitatis qd̄ est arduissimū in cognitōe: vt patuit in sua doctrīa ⁊c̄.

Secundo: q̄ aq̄la hz claritatē visionis in suo aspectu. vt dic̄ Diony. in d̄ angelica hierar. i. c. ꝙ aq̄la irreuerberatis oculis respicit solem. ideo angeli aq̄lis compati sunt. ⁊ ꝑ illū modū btūs Johānes vidit deū vt patuit ꝑ essentiā ita vt oculi eius ex tanto visibili excecati non fuerint sicut oculi humani ex aspectu solis. Tertio: q̄ aq̄la hz exemplaritatem in suo volatu ⁊ doctrinā. docet eniz pullos suos volare solicite. vnde Deute. xxxiij. Sicut aq̄la ꝓuocās ad volandū pullos suos ⁊c̄. Et ꝑ illū modū btūs Johānes visus est in oī doctrina sua ꝓuocare fideles ad volatū ꝯtemplatōis volitās sup̄ eos: ⁊ de sb̄limib; que suscepe-rat semꝑ faciens mentōes. Quarto q̄ aq̄la hz diuturnitatem in suo decursu: eo ꝙ post seniū renouat̄. vñ ps̄. Renouabit̄ vt aq̄le iuuētus tua. ⁊ ꝑ illū modū btūs Johes fuit diuturnior ad lr̄az oīb; alijs ap̄lis: q̄ magis diu vixit vñ seniorem se scribebat cū oīb; iunior fuisset. Decīa q̄nta ꝯsideratio est q̄re btūs Johes nō fuit a xp̄o p̄nceps ap̄lor̄ ꝯstitutus cū p̄ceteris apud eū fuerit dilectus: q̄ ꝑsonā nō accipit sz amat ꝑm vniuscuiusq̄ virtutem. ⁊ ideo cū ip̄e fuerit vt pz ex p̄missis inter ap̄los ꝟtuosissimus sibi decebat p̄ncipatus tanq̄ optimo in ciuitate vel cōmunitate ⁊c̄. Intelligendū ē tñ ꝙ xp̄s noluit ei ꝯferre illū p̄ncipatū quē cōmisit petro: sicut colligimus ex dictis sanctor̄ q̄druplici rōne. Et p̄ma ē q̄ habuit impedimentū etatis. nō eñ fuit decēs ꝙ iuuenis esset caput eccl̄ie: q̄ habebat docere ⁊ corrigere. sicut xp̄s noluit p̄dicare donec habuit. xxx. ānos: nec discipulos ꝯuocare. Secūda est: q̄ habuit nimiā ꝯiunctōez ꝯsanguinitatis cū xp̄o ne forte sumerēt exemplū vt succederēt cognati in eccl̄ia: q̄ dñs ꝓpinquuz sibi statuisset q̄ dixerat que ē mr̄ mea: ⁊ q̄ sunt frēs mei ⁊c̄. Tertia est: q̄ ip̄e erat sufficiēter bñficiatus cū ei dñs mr̄ez cōmisisset sicut btō petro cōmisit eccl̄az Joh. xxi. c. Quarta est: q̄ ip̄e erat eminēter eleuatus ad ꝯtemplatōez seraphicā. ⁊ cura pastoralis hz ad inferiora trahere mentē. vñ btūs Diony. de angelica hierar. dic̄ ꝙ nullus de ordine seraphī ad exteriora mittit̄: q̄ ad sup̄iora sūt intenti. Decimasexta ꝯsideratio est de iudicio sue īmersionis: q̄ noluit ꝓconsuli iuxta edictū imp̄iale obedire vt a p̄dicatōe cessaret ⁊ xp̄m negaret iō iussit eū in doliū feruētis olei īmergi. de q̄ q̄si fortis athleta vnctus non adustus exiuit. Ad quod miraculū ⁊c̄. ꝓpter quod putamus eū merito martyrio coronatū: q̄ lz in tali supplicio nō occubuerit tñ mortis periculo se spōte obtulit in xp̄i ꝯfessione. Intelligendū est tñ ꝙ q̄tuor inueniunt̄ modi martyrior̄ in diuina scriptura. quor̄. s. Primus ē martyriū qd̄ est in corpe ⁊ anīa: sicut martyrium xp̄i q̄ in corpe fuit ꝯfossus: ⁊ in aīa tristicia salutifera ꝓ nobis oppressus: vt ostendit̄. iij. sn̄iar̄. Secūdus est in corpe tm̄ sicut martyriū btī stephani q̄ fuit in corpore attritus ⁊ in aīa letus moriens cum iam xp̄m cerneret. Tertius est in aīa tm̄: sicut est martyrium matris dñi q̄ fuit in passione dñi doloris gladio multo plus sauciata q̄ si fuisset in corpe passa. q̄to eñ aīa est nobilior: tāto pena est q̄uior. ⁊ suppliciū aīe nō est supplicio corpis cōparandū. De cuius martyrio ꝓphetizauerat Symeon Luc̄. ij. Et tuā ip̄ius animam ⁊c̄ Quartus est in corpe ⁊ aīa seorsum: nō sicut xp̄s totā simul. sed sicut btūs Johes q̄ fuit p̄mo in passione xp̄i sicut mr̄ vulneratus in mēte: ⁊ postea in

XV. ꝯsideratio

XVI cōsideratio.

doliū mersus: ⁊ q̄ꝫtū fuit in se ꝓ fide xp̄i
fuit ꝑēptus. Qđ aūt. b. Jo. euāgelista
fuerit ꝟe martyr: ꝓbat beat⁹. Gre. quia
Ma. xx. dn̄s iesus xp̄s dixit. Jacobo et
Johāni. Calicē q̄dē meū bibetꝫ cū loq̄/
XVII. cōside. rek ad lr̄am đ morte ⁊ martyrio suo ⁊c̄.
Decimaseptima cōsideratio ē de sup
plicio sue relegatōis qꝛ ꝑpetratū mira/
culū nō fuit ꝓpt̄ hoc morti tradit⁹ sꝫ diui
na dispēsatione in exiliū missus in insu/
lam q̄ đr pathmos: vt librū de reuelatōi
bus ibi cōscriberet ī loco solitario q̄ erat
ꝯueniēs ad diuīas reuelatōes. In q̄
insula fuerūt sibi ꝑncipalit̄ quattuor de
mōstrata. Primū tot⁹ decursus eccl̄ie
militātꝫ vsq̄ ad finē vt ptꝫ ꝑ ordinē li/
brū intuēti q̄ terminat̄ in đscriptōe sup
B ne hierl̄em. Secūdo ordo iudicij cō/
sumātis. Tertio calamitas et̄naliter
dānatoꝝ. Quarto felicitas et̄naliter
saluādoꝝ. Intelligēdū ē tm̄ q̄ ipō ma/
nēte in illo exilio dyonisius ariopagita
misit ei quattuor ꝟba đscripta q̄ habent̄
C in epl̄a q̄ sic intitulat̄: Johā. euā. exulāti
in pathmos ⁊c̄. Et primū dictū erat q̄
gaudere deberet ⁊ nō tristari: qꝛ ipe erat
ꝟe diletūs a ꝟo amabili ⁊ a valde aābili
.s. xp̄o sic̄ serui cōsolātur qn̄ a suis dn̄is
sūme diligūt̄. Scđm dictū erat q̄ ipe
ꝯuersabat̄ in hoc mđo īpassibilit̄ ⁊ cor/
poralit̄ ⁊ sine ꝯtagione: sic̄ angeli custo
diētes hoīes int̄ hoīes cōuersāt̄. ⁊ ideo
gaudere debebat. Tertiū dictū erat
q̄ ipe gaudere deberet pro eo q̄ in hoc
mđo inchoauerat gaudiū paradisi đlec
tatōib⁹ iugit̄ vacās celestib⁹ visioib⁹: sic̄
mali in hac vita dū torquēt̄ in mēte: iā
inchoāt penā inferni. Quartū dictū
erat q̄ ei prenūciat ex parte dn̄i q̄ꝫuis
igit̄ hoc nō ignoraret q̄ a custodia que
est in pathmos dimitteretur ⁊ ad terrā
asye reuerteretur ⁊ faceret ibi bonas ꝟgi
nes dei: ⁊ his qui sunt p⁹ se traderet
In ista aūt insula. b. Jo. cōsumauit dās
terminū toti diuine scripture vt patet
apoca. vltimo: Ueni domine iesu: vnde
sicut sacra scriptura fuit per moysē icho
ata: ita fuit per beatuꝫ Johannē consu/
mata ipso dicente ibidem. Si quis ap/
posuerit ad h̄ apponet ei dn̄s plagas ⁊c̄. XVIII. cōside.
Decimaoctaua cōsideratio de reme/
dio sue regressionis. Fuit em̄ diuina ꝓ/
uidentia de insula reductus ad ephesū
domitiano perempto. vt asiam illustra/
ret virtutibus ⁊ exemplis. Intelligē/
dum est tamē. q̄ beatus Johannes post
suū regressum floruit quadruplici gene
re miraculoꝝ. Et primū conuersiōe
corpoꝝ: puluerē em̄ cōuertit in lapides
preciosos. Cratonē philosophū conuer
tit. Uirgas etiā cōuertit in auꝝ ⁊ gem/
mas fecit ex lapidib⁹. Scđm confra/ D
ctione idoloꝝ qꝛ templa ⁊ idola subuer
tit supra naturā per solam orationē ⁊c̄.
Tertiū impassibilitate venenoꝝ duꝫ
bibito mortifero veneno remāsit incolu
mis sicut ꝓmisit ei xp̄us Marci vl. Si
quis mortiferū biberit nō ei nocebit. qđ
non habet̄ in aliquo aliorū apl̄oꝝ istud
miraculū. Quartū in suscitatōe mor/
tuoꝝ. Suscitauit em̄ quatuor mortuos
drusianā duꝫ rediret de pathmos: ⁊ du/
os de veneno defunctos ⁊ iuuenem vnū
aliū. Cū tamen per xp̄m non fuerint ni/
si tres resuscitati ꝑm illud quod ꝓmise/
rat Johannis. ix. ca. Decimanona cō XIX. cō sidera
sideratio est. De miraculo sue translati/
onis: quia cū a xp̄o vocatus fuisset ei ꝑ/
sonaliter apparente ⁊ sibi dicente: Ueni
dilecte mi tempus est vt mecū epuleris:
cū fratrib⁹ tuis fecit fieri foueā in die re/
surrectionis dominice ⁊ in ipsā expleta
predicatione et orōne descēdens lumīe
de celo aduenientē a xp̄o fuit sublatus.
Intelligendū est tamen q̄ in ve. testa
mento inuenti sunt quatuor homines q̄
dicunt̄ translati. s. Primus fuit enoch
qui ambulauit cum deo ⁊ non apparuit
quia transtulit eum dn̄s Genes. v. capi.
Secūdus fuit Helyas qui ascendit
per turbinē in celum. iiij. Regū. ij. capl̄o
Tertius fuit Moyses cuius corpus E
fuit translatū: nec inuentū a filijs israel
Deutero. vlti. ca. Quartus fuit Da/
uid: de quo non habetur ita expresse: ta/
men aliqui doctores fuerūt hoc opinati

vt refert Hiero. ex verbo btī Petri. di. Act. ij. Sepulchr eius apud nos ē: inuens q corpus eius translatum fuerit. beatus aūt Johānes non fuit translat⁹ sicut dauid: cui⁹ corpus mortuū fuerat in sepulchro vsq ad xpi resurrectionez. Nec sicut Moyses q videntibus filijs israel fuit mortu⁹ z ab eis sepult⁹. Nec sicut Enoch z Helyas corpaliter. quia illi nondū sunt mortui. cū sint ab anti/christo occidendi: ante iudiciū et a xpo suscitādi. Btūs aūt Jo. sicut fuit ad cē/tum aplicum a xpo euocatus: ita credit ceteroz imortalitatē consecut⁹. z iō cre/ditur q sicut mater dñi in corpe et ani/ma fuit assumpta: ita btūs Johā. fuit in vtroq glificatus. Et ista sentētia cōfir/mat auctoritate quadruplici. quarum

Prima est xpi dicentis Mat. xvi. Fi/lius hois venturus est in gloria cum an/gelis suis zc. Et sequit. Sunt q̄dā de hic stātibus qui non gusta. mor. zc. con/stat aūt de oibus q ibi stabant q mortez gustauerunt zc. Secūda est eiusdē dñi dicentis Mat. ix. vbi loquēs de ad/uentu sue glorie ad iudicandū adiūgit. Amē dico vobis. sunt quidā de hic stā/tibus q non gusta. mor. zc. Tertia est eiusdē dñi di. Joh. xxi. cap. vbi cum dñs dixisset petro. Sequere me. p sua morte vt ibidē habeat. z petrus diceret de Jo/hanne: hic aūt q̄d? dixit iesus: sic eum vo lo manere donec veniā ad iudicium zc.

Quarta est discipuloz qui cū nosce/rent moduz rādendi ipius ita oppinati sunt: qz ibidē legit. Exijt ergo sermo in/ter frēs q discipulus ille non moritur.

Intelligēdū est tamē q ille quattuor auctoritates que sunt dicte immediate ipis consonant q̄tuor cōclusiones. quaz.

Prima est q btūs Joh. in sua transla tione nō fuit defunctus vt mater dñi. vt ait Hieron. Scōa est q nondum est mortuus nec morietur vsq ad diē iudicij: quia citra illū diē Xpus veniens in ma iestate nō apparebit. Tertia est quia ipse non morietur in die iudicij. qz adhuc videbit iesum venientē: z tñ ipe non vi/debit veniēs nisi resurrectōe cōsumata. vt habet. i. Cor. xij. ca. Quarta ē. Si tūc non erit mortuus postea nō morietur: qz dicit aplus ibidez q nouissima hora destruet mors: tamē quia est difficile de hoc fidē adhibere. qz btūs Johānes in hoc plus habuit de ꝓuilegio q̄ ꝑgo be ata z ipsemet xpus: licet ꝑba euangelij hoc videant sonare. Idcirco hoc totum est magis deo cōmittendū ipi em nihil est ipossibile. Nota tñ q status sctoz sunt q̄tuor. Et Primus est. Cui⁹ ca/ro vidit corruptionē et mortē: sicut pa/triarche q sunt mortui sine virginitate.

Scōs est. Quoz caro vidit corrupti/onē: sed nō mortē. sicut Enoch. qui sine ꝑginitate translat⁹ est. Hā filios habu/it z viuus translatus fuit zc. Tertiꝰ est. Quoz caro non vidit corruptionē: sed bene mortē vt caro xpi z marie ꝑgi/nis. Quartus est. Quoz caro nō. vi/dit corruptionē nec mortē. vt caro bea/ti Johan. euangeliste: qz virgo. z viuus est translatus. Sed est dubiū. Qua/re in hoc beatus euangelista Joh. ha/buit. s. maius ꝓuilegiū q̄ xpus z beata maria virgo. Dicendū q hoc non est inconueniens q sanctus minor z inferi/or habeat aliqd̄ ꝓuilegiū quod non hūt superiores. quia talia ꝓuilegia non faci/unt ad felicitatē essentialē vel cōsubstā/tialē. sed ad accidētalē. vnde maria ma/ter xpi caruit ordine sacerdotali: qui est summus. nec eam xps filius eius conse/crauit. sicut sanctuz Petruz z nos: que potētia in nobis est dignitas magna zc

Vigesima cōsideratio est. de ꝑsagio sue resurrectionis. Dixerat enim q̄daz q sicut Enoch z Helyas sunt in fine se/culi venturi ad conuertendū mundum ideo viui sunt translati. Ita btūs Joh. viuus fuit translatus vt iudiciū preue/niat. Quia cum beatus Augu. z ceteri sancti distinguant tria tempa. s. Natu/re. Legis. Et gratie. Sed vnus testis assūptus est tempe legis nature: sicut Enoch. Alius tempore legis scripte si/cut Helyas: ita decens est vt tempoz

XX. cō/sidera.

legis gratie 3⁹ assumat ad quem magis spectat illa p̄dicatio. Et confirmat illa deductio: quia omnes q̄ in vete. testamento viuentes translati fuerunt ante futurū iudiciū expectant. Et nō est maior ratio de vno q̄ de alio. Ista autem imaginatio confirmat quadruplici auctoritate diuine scripture. q̄ꝝ Prima
R ē Apo. ca. v. vbi dicebat ei āgel⁹ Oportet aūt te iteꝝ ꝓphare regib⁹ ⁊ gentib⁹: ⁊ ꝓpl'is ⁊ linguis multis. Et tñ cōstat illō in suo regressu in asia, nō fuisse cōpletuz in vna ꝑuula ꝓuincia. ⁊ ideo expectatur adhuc cōplendū. Scd̄a est apl'i pauli ad Thesa. iiij. Mortui q̄ in xp̄o sunt resurgēt p̄mi: deiñ ait. Nos aūt q̄ viuimus q̄ residui sum⁹ rapiemur ⁊c̄. istud aūt nō pōt dicere de seip̄o in ꝑsona propria cum ip̄e prenosceret se non esse residuum in aduentu christi: immo de numero mortuorū in xp̄o sed sicut ecclesia intelligit ip̄m esse locutum de stigmatibus xp̄i ad mundum intenti in persona beati Francisci de illa residuitate in persona beati Johannis euangeliste ⁊c̄.

Tertia est saluatoris dicen. Luce. xxi. Amen dico vobis non preteribit generatio hec donec om̄ia fiant sed signa futura christi ad iudicium venientis constat ante illam generationem esse preterita quo ad omnē pertransitum mortis preter ipsum. Quarta est eiusdez domini dicen. Mathi. x. Amen dico vobis non consumabuntur ciuitates israel. s. discurrendo per omnes ciuitates israel per actum predicationis donec filius hominis veniat. illud autem nō potest intelligi quo ad predicationē apostolorum primam. quia in omnem terram exiuit sonus eoruz ꝑm ps̄. Et ideo oportet ponere secūdā que terminet ad scd̄m aduentū xp̄i: vt intelligat q̄ sicut Enoch ⁊ Helyas venient tempe anti xp̄i. ita btūs Joh. facta pace añ tempus xp̄i aduētus vt ꝓpl'us reducatur ad deū sicut btūs Joh. bap. fuit missus añ p̄mū aduentū istud tñ non est certū. ideo firmiter teneudnm q̄ beatus Johannes erit cū xp̄o in iudicio: sicut iudicās ⁊ nō sicut iudicatus: ⁊ cū ipso illustrissime remeabit ad celū cū eo reuersurus: ⁊ in ꝑpetuū regnaturus. Qd̄ etiā nobis cōcedat iesus xp̄s dei ⁊ ꝟginis fili⁹: Amen.

In eodem festo: Sermo. II.

Go Johānes vidi ciuitatē sanctam apoc xxi

Quia status gratie in via p̄cedit statū glorie in patria. ꝑm doctrinā saluatoris. Iccirco. b. Joh. euangelista in verbo ꝓposito dupliciter cōmendat. Et Primo quantū ad statum meriti quē habuit in eccl'ia militante. cuz premittit. Ego Johānes q̄ interp̄tat: in q̄ est gratia q̄ mediāte q̄libet meret in via de qua apostolus. ait. Gr̄a dei suz id qd̄ sum ⁊c̄. Scd̄o quantū ad statū p̄mij quem habet in ecclesia triūphante. cuz sequit: Vidi ciuitatē sanctā. i. celestem patriam quando fuit assumptus supra ipsam in montem magnum ⁊ altum in apoc. de qua ciuitate dicit ibi. q̄ nō eget neq̄ sole: neq̄ luna ⁊c̄. Circa cōmendationem beati Joh. insistendo quantum ad illū duplicē statum inducuntur plures articuli: eius cōmendatiōis magnitudinem decorantes: Primus articulus est. quale fuit exordiū sue originis. Dicit q̄ fuit germanus xp̄i ⁊ cōsanguineus primus sicut Johes baptista secūdus. quia filius salome: que fuit soror matris xp̄i. sicut Maria cleophe vt ptz ꝑ ysido. libro ethimo. Et ideo colligitur ad eius cōmendationē. Primo q̄ fuit de genere patriarcharum a quibus habuit fidem veram ⁊c̄. Secundo fuit de genere prophetarum a quib⁹ habuit sapientiam claram. Tertio fuit de genere regum a quibus habuit clementiam innataz. Quarto fuit de genere sacerdotū a quibus habuit sanctitatem perfectam. Ideo de omnibus dicit sapiens: Isti sunt viri misericordie: quoꝝ iusticie obliuionem non acceperūt cū semine eoꝝ ꝑmanent bona ⁊c̄.

I. articulus

A

Secundus articulus est. quale fuit II. arti.

meritum sue vocationis, qa fuit vocat⁹ a dño a maris littore sicut petr⁹: vt dicitur i Mat. lz aũt vocatio petri fuerit p̃or duratiõe tñ Johes vocat⁹ fuit p̃ior pfectiõe q̃druplici rõne. P̃mo qr fuit securus xp̃m in iuuentute: sicut petrus in senecture: magis autẽ laudaꝺ virtus in iuuenib⁹ q̃ in senib⁹. qr sũt oẽs inclinati ad voluptates. iõ dixit Berzelaus
B ad dõ. ij. R. Nunq̃d vigent sensus mei ad discernendũ ẽ. s. p̃pter senectutem.

Scõo qr sic in p̃ima vocatiõe sicut petrus in fa monitiõe fuit cõuersus vñ andreas p̃us petrũ informauerat quãdo inuenit eũ: z duxit eũ ad iesum: vt dr in iohãne ẽ. Tertio: qr petrus reliquit solũ bona fortune. s. nauim z retia. iohãnes aũt nõ solũ illa: sed etiã p̃ bona nature. s. patrẽ suũ: vt ptz i Mat.

Quarto qr nõ solũ p̃pter xp̃m dimisit patrez. quẽ. s. adiuuabat: sed etiã matrẽ quã nutriebat: licet mater bonã habuerit patientiaz: vt dicit iohes os auri ẽ.

III. articulus. Tertius articulus est. quale fuit p̃conium sue desponsatiõis. Fuit em̃ sua virginitas: sicut Marie ex hoc cõsecrata qr matrimonio adiuncta. Unde notandũ est q̃ i sacra scriptura. inueniunt q̃ttuor virginitates consecrate: quaruz.
E P̃ima fuit xp̃i. qr fuit informata sacramẽto incarnationis qõ est sup oĩa alia sacramẽta. Scõa fuit Marie q̃ fuit cõsecrata matrimoñ sacramẽto cũ ioseph viro suo. Tertia fuit ioseph ne matrimoniũ virginis ponaꝺ claudicare a summa pfectione. Quarta est virginitas iohãnis euãgeliste: que fuit consecrata sacramento matrimoñ qõ dñs confirmauit per suã p̃sentiam ẽ.

IIII. articulus Quartus articulus est quãtũ fuit p̃uilegium sue familiaritatis ad christuz Et dicit q̃ in quattuor mysteri⁹ dominus sing'larẽ familiaritatẽ ei oñdit. Et
D P̃imo in mysterio sue transfiguratiõis quia quando. s. voluit suã gl'iam manifestare non assũpsit nisi pe. ia. z io. in monte. Scõo in mysterio resurrectionis quãdo voluit puellã a mortuis suscitare. tunc nõ assumpsit secum nisi illos tres apostolos vt habeꝺ in euãgelio

Tertio in mysterio sue oratiõis q̃ñ eñ voluit secrete orare tempore sue passionis illos tres tñ ad archanũ sue oratiõis admisit ẽ. Quarto in mysterio sue finalis p̃dicationis in cena. quia petrus qui p̃ ceteris p̃cellebat in cena non fuit ausus interrogare de p̃ditoris p̃sona: nisi mediante iohanne vt ptz in euangelio. ideo appellatus est in euangelio discipulus quem diligebat iesus.

V. articulus. Quintus articulus est. quale fuit p̃uilegium sue charitatis ad iesum. Et dicitur q̃ sue charitatis excellentia que est virtus p̃celsa ex causis q̃ttuor maxime declaratur. P̃imo quia christ⁹ plus ceteris ipsum dilexit. vt ptz in euãgelio: sed ipse diligit vnumquemq̃ p̃m quod plus ab eo diligitur. vt dicitur in iohanne. Scõo quia plus de charita
E te q̃ ceteri locut⁹ est: ex abundantia aũt cordis os loquit. vt ait dominus i euangelio. Tertio quia plus ceteris charitatem dei erga nos recognouit. vt ptz i canonicis suis. Ista aũt gratitudo est filia charitatis ẽ. Quarto quia sp̃iritu p̃phetie plus flouit ceteris p̃phetarum: ista aũt instructio attribuit sp̃iritui sancto qui est charitas que diffusa ẽ in cordibus nostris: per spiritũ sanctum qui datus est nobis p̃m apostolũ.

VI. articulus. Sextus articulus est. quale fuit p̃uilegiũ sue puritatis excelse que quadruplici signaculo declarat. Et P̃imo ex christi familiaritate sing'lari qui mẽtes virgineas singulariter sibi sociat: vt ptz in Apoc. vbi dicitur Virgines enim sunt z sequũtur agnum ẽ. Secundum si-
F gnaculum est eius immortalitas. vnde beatus Hiero. dicit de ipso q̃ sicut fuit a dolore mortis alienus: sic fuit a dolore carnis extraneus. Tertium est reuelationum sublimitas: quia archana celestia solis purgatis mentibus aperiuntur iuxta illud Beati mundo corde ẽ.

Quartum est amoris integritas: qa christum super omnia dilexit: amore cõ

sumante omnem ad modum ignis ī eo impuritatem: ignis ēm iste est purgatiuus summe. vt patet per Dioni. de angelica ierarchia. Septimus articul⁹ est quale fuit preconiuz sue sacratissime obdormitionis quando. s. supra pectus dñi in cena recubuit: in quo somno dulcissimo fuerunt ei quattuor mysteria reuelata. Et Primū primū fuit reuelationis anime xp̄i quā qui videbat intuebatur in ea omnē plenitudinē pulchritudinis esse depictam. ideo dicit Johis 6 pmo. vidimus gloriā eius ꝛc. Secūdum fuit mysteriū sacratissime vnionis humanitatis ad verbū quā etiam angeli ignorauerunt. ideo querebāt in Esa. tempe ascensionis. Quis est iste qui venit de edom ꝛc. Tertiū fuit mysteriū sue sacratissime incarnationis verbi ad naturā humanā: ideo dixit illud ineffabile. Johānis pmo Verbum caro ꝛc. ad cuius intelligentiā nullus alius potuit attingere ꝛc. Quartū fuit mysteriū supnaturalis emanationis diuinaꝝ personaꝝ ad inuicem et creaturarum a verbo: ideo dixit. Omnia per ipsum facta sunt. Ista autē omnia sine familiaritate ineffabili ei non potuerunt reuelari quod satis est manifestū. Octau⁹ articulus est: quale fuit eius priuilegiū in p̄sentia dominice passionis. solus ēm ipe inter discipulos dñi nobis potuit testificari ex his que audierat et viderat nostre redemptionis sacramenta. Et P Primū fuit in crucis supplicio. Secundū fuit in mortis articulo. Tertium fuit in sanguinis pfluuio. Quartum fuit in aque vine miraculo. q̄ quattuor intuitus est oculis suis: vt nob cēt certior testis. ideo dicit in euāgelio. Et qui vidit testimoniū perhibuit. ꝛ cetera

VII. articulus

VIII articulus

IX. articulus

Nonus articulus est: quantū fuit priuilegium sue ineffabilis substitutionis: quando fuit a christo matri virgini in filium substitutus: quando. s. stabat iuxta crucem mater eius. In qua substitutione fuerunt ei data quattuor insignia: quoꝝ Primū fuit: quia factus fuit virginis filius ex singularissima gratia: sicut xp̄us erat eius filius ex humana natura per verbū christi solo suo sermone omnia efficiētis. iuxta illud. Ipe dixit ꝛ facta sunt. Secundū fuit: quia factꝰ fuit frater dñi. ppt̄ veritatē etnā et germanus. s. verbi eterni ꝛc. Tertiū fuit: quia factus est filius dei patris per singularissimā gratiam: sicut xp̄us per naturā diuinā: licet filiatione alterius rationis ex germanitate quā ad xp̄m habuit. Quartū fuit: quia fm istum respectū fuit factus dñs omniū angeloꝝ: quia frater illius qui oibus dñatur. Et illa sunt insignia ceteris non concessa. licet sint ypbolica ꝛc. Decimus articulus est: quale fuit eius priuilegiuz in gaudio dñice resurrectionis. In quo est notandū q̄ ipe floruit in quadruplici actu virtuoso Et Primo actu diligentis inquisitiōis quando quidē currebat ad monumentū cum petro: sz ipe citius p̄cucurrit non xp̄tus periculū ad pbandū articulū dñice resurrectionis.

Secundo actu firme adhesionis per fidem ad resurrectionis actum et argumentū. Unde quando introiuit in monumentū vidit ꝛ credidit firmit̄: q̄uis dominū non inuenerat vt testat ibidez.

Tertio actu certe cognitionis. quia nullus alius cognouit xp̄m quādo manifestauit se ad mare tyberiadis. donec dixit Joh. Dñs est. vñ dicit. Qui bene amat de longe nosci t. Quarto actu virtuose prosecutionis: q̄ dñm sequebatur inuitante petrū ad passionem volens ipam: donec audiuit. Sic cum volo manere donec veniam. Undecimus articulus est: quale fuit eius priuilegiū in opatione miraculoꝝ. Et dicit q̄ ipe refulsit in quadruplici genere miraculorum. Et Primo in curatione infirmoꝝ: quia cum Petro fecit illud miraculum solennissimuz per quod iudei fuerunt conuicti. de illo claudo: vt patet in actib. Secundo: in transmutatione rerum pretiosarum et in reunitione: vt patet in gemmis illoꝝ iuuenum. ꝛ

X. articulus

XI. articulus

auro: sicut mutauit dñs in eius nuptijs aquā in vinū. Tertio in fugatiōe venenosoꝝ: vt patet in poculo aristodemi. vt impleret in eo illud dictū a dño. Si mortiferꝝ quid biberint ꝛc. Quarto ī suscitatōe mortuoꝝ. qꝛ quattuor mortuos suscitauit. s. duos ꝑ poculum interfectos. et iuuenē ꝛ drusianā. vnū plus suscitauit q̄ꝫ xp̄s iuxta verbū xp̄i. Maiora hoꝝ facietis. Duodecimus articulus est quale fuit eius martyriū. Et dr̄ ꝙ quadruplex est martyriū. s. Primū in corpe ꝛ anīa. sicut martyriū xp̄i. Secundū est in anima solū. sicut est martyriū virginis. quādo Simeō dixit Tuā ipius aiam ꝛc. Tertiū est in corpe tm̄ sicut illud beati stephani. Quartū est nec in corpe nec in aīa ꝑ mortem: sed ꝑ quottidianā mortificationē vt ait beat⁹ Gregorius. btūs Johes fuit martyr secundo modo. sicut beata virgo. qꝛ ibidē presens fuit. et etiam quarto modo ꝑm exemplū beati Greg. ꝛc. Sed nunq̄d fuit martyr tertio modo Dicit ꝙ sic ante portā latinā. ꝛ in īsula pathmos q̄ntū fuerat ex se. Ideo dixerat Jacobo fratri suo ꝛ sibi dñs. Calicē quidem meū bibetis ꝛc. Et hoc intellexit ꝑ martyriū: ꝛ sicut mater dñi p̄ ceteris fuit martyr sic iste per eundē modū: qꝛ aīa patit plusq̄ꝫ corpus. ꝑm Ri. de arra sponse: pena inferni si esset voluntaria esset facilima et cetera.

XII. articulus

L

XIII articulus

Tertiusdecimus articulus est quale fuit eius priuilegiū in sui translatione. Et dr̄ ꝙ in sacra scriptura inuenit priuilegiū quadruplicis translationis. quaruꝫ translationū Prima fuit ade in statu innocētie. Scda fuit Enoch in statu legis nature. Tertia fuit Helie ī statu legis scripte. Quarta fuit xp̄i post resurrectionē in statu gr̄e. Isti⁹ aūt trāslatio nō fuit sicut illa xp̄i: qꝛ iohes ante suā trāslationē nō habuit corp⁹ incorruptibile. Nec sicut Enoch ꝛ Helie. quia isti dicunt esse in paradiso terrestri. Johannes aūt vocatus fuit a dño: vt esset cum fratribus suis: sed fuit sicut ade in statu innocentie: qui fuisset sine morte translat⁹ si nō peccasset. Et ex hoc vt declaret ꝙ btūs Johes vixit. q. sicut ī statu innocentie ꝓpter eius nimiā puritatē

Decimusquartus articulus est: quale fuit eius priuilegiū in sua īmortalitate Et hoc vide in p̄cedenti ꝑmōe in articulo. xix. ad lr̄am. J. Quintusdecim⁹ articulus est: quale est eius priuilegiū q̄ntū ad scdm xp̄i aduentū. Et h̄ vide in p̄cedenti ꝑmōe in articulo. xx. ad lr̄am. K.

XIIII. articu.

XV. articulus

Sextusdecimus articulus est: q̄le est eius priuilegiū in finali consumatōe. Et putat ab aliquib⁹ ꝙ nūq̄ꝫ moriat. Et h̄

XVI. articulus

Primo qñ agit de morte enoch ꝛ helie in Apoca. nō fit mentio de ei⁹ morte.

Scdo qꝛ a xp̄o ꝓ eo dr̄ in euāge. Sūt quidā de hic stantib⁹ q̄ nō gusta. mortē.

M

Tertio qꝛ xp̄s dixit. Sic eū volo manere. ꝛ ex eo tpe q̄ venerit null⁹ morietur.

Quarto qꝛ ip̄e esset in cōscia. i. in ꝟitate in pena de expectatōe mortꝫ future sicut dr̄ de lazaro: ꝙ resuscitatus a xp̄o nunq̄ꝫ fuit letus ꝓpter mortez futurā: et sic Johes nō esset ꝑfecte btūs. Circa eius scdm statū. s. p̄mij qd habet in celo insistēdo declarat ꝙ. b. Johes hꝫ felicitatē nouē ordinū angeloꝝ. vꝫ Primo ordinis angeloꝝ ꝓpter puritatē excellentissimā. qꝛ istis angelis ꝑm Hiero. ē cognata ꝟginitas: ꝛ ꝙ p̄ ceterꝫ purgāt. ꝑm btm̄ Dionisiū. Secundo ordinis archangeloꝝ: quia docuit angelos quod pertinet ad archangelos scribens septē angelis septem eccl̄iaꝝ. vt patet ī Apocalip. Tertio ordinis virtutū propt miracula ꝛ mirabilia que fecit vt patuit supra. Quarto ordinis p̄ncipatuū: quia principes eccl̄ie. s. episcopos docuit ꝛ illustrauit: sicut faciūt principatus de mundi principib⁹ ꝛc. Quinto ordinis potestatum ad quos pertinet arcere demones: quia fuit ei dictum: Dedi vobis potestatez calcandi supra virtutem inimici ꝛc. Sexto ordinis dominationum ad quos pertinet distinguere dominationes ꝛ prelationes ecclesie in sorte sibi commissa: q̄ distinxit ad modum ierarchie angelice. Septimo ordinis

A

thronoꝝ in perscrutatione diuinoꝝ iudicioꝝ: quia audiuit que locuta sunt septem tonitrua: licet ea non scripserit: propter malos vbi erant occulta dei iudicia vt colligit ex Apocalip. Octauo ordinis cherubin: quia illuminauit singulariſſime ecclesiam sua doctrina pre ceteris apostolis vt patet in euangelio ꝛ epistolis suis. ꝛ Apocal. vbi fuerunt ei ineffabilia ac mirabilia reuelata. Nono ordinis seraphin ꝓpter superabundãs incendiũ charitatis: et per consequẽs omniũ aliorum habuit felicitates: vt patet per Dionisi. de angelica ierarchia. Ad quas felicitates nos perducat suis meritis ihesus xp̃us. Amen.

De eodem Sermo tertius.

Gratia et veritas

g per ihesuꝝ xp̃m facta est ꝛc. Johannis p̃mo. Istud verbũ creditur fuisse Johãnis baptiste vt ex textus serie declaratur. Quia vero Johãnes interpretatur in quo est gratia. ſm Hieronymũ ꝛ dictus iohãnes euangelista inuenit gratiã singulariter in conspectu domini nostri ihesu xp̃i: vt narrat textus euangelij: idcirco ad eius laudẽ declarandam assumitur verbum illud. in quo quidẽ verbo anima beati Johãnis sanctiſſima dupliciter demõstratur illustrata. ſ. Primo quantum ad suaꝝ perfectionem supernaturalem: quia supermundialiter eleuata cum p̃emittit: Gratia ꝛ veritas ꝛc. Secundo q̃tuꝝ ad suam perfectionem naturalem: qua fuit p̃mordialiter in esse ꝓducta: sine termino formali: cum sequitur: Per ihesum christum facta est id est hec anima creata fuit. de quibus perfectionibus duabꝰ inducitur illud Johannis p̃mo. Accepimus gratiam pro gratia. Accepim⁹ gratiam naturalis perfectionis pro gratia supernaturalis infusionis: id est gratiã gratis datam: propter gratiam gratum facientem quarum vtraq; perfectiſſime floruit in beato Johanne euangelista. Vnde sanctitatem perfectam et excellentem beatus Dionisius appellat ip̃aꝝ animam sanctam in quadam epistola ad ipsuꝝ in pathmos directa: ceteri autem dicuntur consequẽter corpora sancta: sed ille singulariter anima sctã p̃opter excellentiam sanctitatis. Quia igitur beatus Johannes commendat sub nomine gratie. idcirco ad eius gratiam declarandaꝝ: cõsiderandi sunt sui status in quibus inuenitur diuina gratia in eo singulariter claruiſſe. Et Primus fuit status sue generatiõis naturalis: in quo fuit ei collata gratia: vt nasceretur de stirpe regia dauid: in qua p̃opter christum fuit omnis natio benedicta: q; autem ipse fuerit ex illa progenie: ꝓbatur per Isidoꝝ. in libro tri. vbi describit originem suam. In illa autem ꝓgenie fuit vna radix sanctiſſima. ſ. btã Anna que ꝓpter celsitudinem sue sanctitatis vocatur a Damasceno laude digna: ex qua nouem plante sanctitatis pullularũt

Prima quaꝝ fuit Maria mater domini primogenita eius. Secunda fuit Maria cleophe. Tertia fuit Maria salome. Quarta fuit sanct⁹ sanctorum christus Quinta fuit Jacobꝰ minor. Sexta Symon apostol⁹. Septima Judas apostolus. Octaua Jacobus zebedei. Nona Johannes euãgelista. Ex Maria cleophe Jacobꝰ minor. Sed ex maria salome Johãnes natus fuit. Et sic beatus Johannes euangelista habuit primo auiam sanctam ꝛ matrem. scõ duas amitas sanctas. licꝫ altera sanctiſſima. 3° quattuor consanguineos sanctos et vnus sanctus sanctorum et vnicum fratrem sanctum scilicet sanctum Jacobum maioreꝫ. Isti progeniei de qua natus conuenit illud Dauid dicum. Hec est generatio querentium dominũ: querentium faciem dei iacob. Et p̃o illa gratia beato Johanni collata inducitur istud. primo Regum. in figura vbi dicitur q; dauid inuenit gratiam coram domino: ꝓ tota sua ꝓgenie ꝛc A

Secūdus status fuit sue pmordialis vocationis in quo fuit sibi collata gratia quadruplicis priuilegij: que habuit sua conuersio ante conuersionē bti Petri. Et Primo quia fuit vocatus iuuior: magis em est gratuz deo qui incipit ei seruire in iuuentute: ꝙ in senectute: sz Johannes erat adolescēs z Petrus antiquus. vt colligit ex euangelio. pmo de Johanne. Adolescens quidā se quebat eū amictus syndone qō dictum esse creditur de Johanne. De Petro aūt dicit. Cuz aūt senueris alius cinget te: z hoc non distauit multis annis. Scdo qz fuit vocatus innocentior. maioris enim grē est aliquē preseruare a lapsu: ꝙ reparare post lapsum: vt patet in beata virgine et magdalena. cū em. Jo. fuerit semp innocētissimus vt habet ex dicto beati hieron. Petrus fuit senex. qō dat intelligere saluator in. Joāne quādo dixit ei Cū esses iunior zc. Tertio qz eius cōuersio fuit velocior. Petrus enim antꝙ vocaretur fuit predicatus a beato Andrea vt habetur in Johā. sed. be. Jo. euāgelista prima vocatione totaliter fuit cōuersus vt ptz in. Matho. Quarto qz eius cōuersio fuit difficilior. Petrus em dimisit sola retia. Johannes autem patrem z retia quod plus fuit dimittere ꝙ regnum. quia amantior est pater ꝙ regnum. vt adolescentibus ad dominum venire cupientibus daret exemplum virtutis et etiam parentibus. vt habetur. Matthei. iij. Et ideo bene figurat⁹ fuit in Noe in sua innocenti conuersatiōe qui propter suaz innocenciam solus inuenit gratiam coram domino. vt habet in Geneſi. Tertius status fuit sue secūdarie electionis: quando de nuptijs fuit vocatus scōm Hieronymum. In quibus vt creditur xp̄s fecit primū miraculum in quo statu fuit ei collata gratia virginalis consecrationis. Vbi ē sciendum q quattuor virginitates inueniuntur consecrate in diuina scriptura. Require supra in precedenti sermone. articulo. iij. et clari⁹ in pmo ꝓmone huius festi. Consideratōe. iiij. dī. Sicut em sacramentū confessionis pficit virtutē penitentie: sic saramentū matrimonij perficit virtutē virginitatis. Et ideo btūs Johānes bene fuit figuratus p ioseph. cui post virginitatē seruatā deus dedit grām̄ in conspectu pncipis zc. Quartus status fuit sue purissime ꝑginitatz.

III. status

IIII. status

Vbi est sciendū q in nouo testamento inueniunt q̄ttuor ꝑginitates ꝓuilegiate. Quaꝝ. s. Prima fuit virginis marie. Scda fuit ꝑginitas christi. Tertia fuit Johis baptiste. Quarta fuit Johis euangeliste. Virgines aūt xp̄i fuit ꝓtuosa: ad pugnā concupiscētie refrenādā: quia in se non habuit talem pugnam. sed nos in eius virtute possumus in nobis talem pugnaz refrenare. Sine me inq̄t nihil potestis facere. Johis. x. Virginitas autē matris fuit virtuosa: ad pugnā concupiscētie preueniendam: ne insurgeret: sic maioris virturis est belluz ꝓuenire: ꝙ ipm cū difficultate vincere: quia nunꝙ talis pugna patuit in ipa: licet non sufficeret eius virginitas ad nostras temptationes tollendas. Virginitas aūt Johānis baptiste fuit virtuosa: ad pugnā cōcupiscentie: per modū fuge euadendam ideo circa quinquenniū fugit ad desertum. Ne leui saltem maculare vitam famine posset. Virginitas aūt Johis euangeliste fuit virtuosa: ad pugnā concupiscentie sine fuga superandam. Et ideo inter homines ipse viuens et xp̄m sequens illam in se seruauit: vbi multipliciter puritas impugnatur. quapropt̄ est sic laudabili⁹ pugnas vicere ꝙ ipas per fugam declinare: licet aliud sit tutius. Et ideo in hoc fuit laudabilior z honorabilior virginitas Johannis euangeliste ꝙ Johannis baptiste: vt ei propter sue mentis puritatem conueniat illud sapientie. Qui diligit cordis munditiam habebit amicum regē meritoꝝ dicatur ei quod dixit gabriel angelus matri christi. Jnueniſti grām apud dominū. Quintus status fuit sue arden

V. status

tissime charitatis. circa quod est intelligendū q quattuor inueniunk signia charitatis in aliquo. quoz Primū est qñ de dilecto multū loquit. ex habūdantia em̄ cordis os loquit. vt ait xp̄us in euangelio: z ita in amicis: vt patet Scōm est quādo carus intense cognoscit: quia vulgo dicit qui bene amat de longe cognoscit zc. Tertiū est: quādo diligens dilecto, insepabiliter cōiungitur: vt vbi est thesaurus tuus ibi z cor tuū erit. christ⁹ in euangelio. Quartū est. qñ pro dilecto moꝛs acceptak. Maiorem hanc dilectionē nemo habet vt animā suam zc vt ait dñs in Joh. Ista autē insignia charitatis habuit btūs Johes euange/lista. Et Primū quia de dilectōe semper loquebatur in suis epistolis vt patet in eisdem. Scōm vero quia post resurrectionem xp̄m in littore apparentez solus agnouit. Tertiū quia in passione plus xp̄o associatus: z post fugā omniū cum matre reuersus fuit solus: vt patet in euangelio zc. Quartuz qz querenti domino si posset bibere eius calicē id est sustinere eandem mortem: constim respondit q sic. vt patet in euangelio. Et ideo beatus Johes fuit figurat⁹ per Danielē. qui existens vir desideriorum. i. seraphico ꝛ incendioꝛ. sicut iohānes dedit ei gratiā Danielis ꝓmo cap̄.

VI. sta. Sextus status fuit sue singularissime familiaritatis cum xp̄o. Circa quod est intelligendū q licet xp̄o. xp̄i. apostoli fuerint semper familiaritate cōiuncti. iuxta illud Johis. Jam non dicam vos ꝓuos zc. tamen in hac. s. familiaritate fuerunt quattuor gradus sm̄ quattuor mysteria eis a dño reuelata qz Primo in aliq/bus secretis admittebank omnes vt patet quādo secreto. xp̄i. discipulis reuelauit mysteriū sue passionis in Math. vt patet. Scōo in alijs admittebank tm̄ tres vt in mysterio sue transfigurationis vt Petr⁹ Ja. z Jo. Tertio in alijs tm̄ duo. vt in mysterio sue resurrectiōis. qñ sol⁹ petr⁹ z Jo. venerūt ad monumentū q ꝓmo inuenerūt ꝓtatē resurrectiōis vt in iohe. Quarto in alijs tm̄ vnus. vt i mysterio incarnatiōis: qz solū Jo. euangeliste fuit reuelatū in cena. sicut tenet ecclesia. vñ ipe erat de cōsilio sūme stricte Et ista familiaritas fuit maximū signū dñice dilectiōis ad eū z ecōuerso. Vñ xp̄s bene fuit figuratus p illū pr̄emfamilias cū quo iuenit gr̄am ruth. i. videns significās aiam. b. Johā. euā. q vt aqla solē irreuerberatis oculis est intuit⁹ diuinitatē. VII. status Septim⁹ status fuit sue felicē ob dormitiōis: in q̄ credit vidisse diuinam essentiā sine cui⁹ visione nō potuisset intelligere verbi naturā quā in ꝓncipio sui euāgelij sic expressit. Intelligendū est tm̄ q q̄ttuoꝛ boies inueniunk in sacra scriptura de qb⁹ fit aliq̄ mentio q viderit diuinitatē. Quoꝛ Prim⁹ fuit Moyses Scōs fuit Jsaias. Tertiꝰ fuit Paulus. Quartus fuit Johes euāgelista

Sed ꝓmus vidit diuinitatē: sic videtur res in ydolo. qz sm̄ Aug. de trinita. De⁹ loq̄bak moysi p subiectā creaturā. in q̄ relucet creatoris ymago. io dixit ei deus in nueris. Facie mea videre nō poteris. cū tm̄ loq̄rek ei facie ad faciē: sic solet loqui homo ad amicū suū. Scōus ipam vidit. sicut res apparet in sōno. qz sm̄ Hiero. illa visio fuit imaginaria: sic in sōno. licet nō solū. Tertius vidit sicut res videk. vt in speculo. vñ ōr. Quasi gl'iam dñi speculātes. reuelata facie zc.

Quartus vidit sic res q̄ videk in euidenti speculo. Jo. istas alias non vidit i sōno: sed gl'iam verbi. dicēs. Vidimus gl'iam eius. gl'iam q̄si vnigeniti zc. Vñ post istā visionē ita alte ꝓbi diuinitatez intonuit. q eū totus mūdus intelligere nō potuit. sm̄ Augusti. io bene ōr. videns deū sic facie ad faciē. Jdeo fuit figurat⁹ p moysen in Exod. cui dictū fuit a dño. Jnuenisti gr̄am coram me zc. Octauus VIII. status fuit sue dure passiōis: ipe em̄ ꝑe fuit martyr. sicut ait Grego. in dialogo. qz xp̄s pmisit ei in euangelio q calicē eius biberet. Est tm̄ intelligendū q quattuoꝛ sunt martyrij genera vt patet in precedēti sermōe in. xp̄i. articlo. Elra. Et i

IX. stat⁹ ꝓmo ſm̃oe hui⁹ ꝓſideratõe. xvi. Nonus ſtat⁹ fuit ſue relegatõis. i q̃ ſtatu fuerũt ei ſecreta ineffabilia reuelata. vt ptz in Apo. qõ fuit signũ amoris ꝓcipui: qr magni ꝓncipes ſolis ſuis carꝫ dicũt magnalia: q̃ in ſuo regno fiẽda diſponunt.

Tertio causa materialis. que est aqua naturalis. sicut in sacramento eucharistie panis et vinum. vnde dicit Augu. super iohannem. ꝙ accedit verbum ad elementum. ꝛ fit sacramentum. detrahe inquit verbum et quid est aqua nisi elementum. Quarto causa formalis que est. Ego te baptiso in nomīe patris et filij et spiritussancti. Ista forma fuit a christo tradita. Marci vltimo. quando dixit discipulis: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. De quo quidem sacramento inducitur illud preconium apostoli. Ephe. iiij. Vnus deus vna fides vnum baptisma ꝛc. Secundus articulus est. quot sunt baptismatum genera. Et dicitur ꝙ quattuor quorum Primum est baptismus fluminis animam inicians. sicut fuit baptismus Johan. de quo dicitur Mat. iij. ꝙ populus baptizabatur a Johāne in iordanis fluuio. Iste autem baptismus dicitur animam iniciās qꝛ de se gratiā nō conferebat. vt notatur. iiij. ser. di. iij. ꝛc.

II. articulus.

Scđs est baptismus flaminis seu luminis animā ꝑficiens. sicut baptismus institutus a xp̄o de quo habet̄ Mar. vltimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. quia iste baptismus confert gratiam. vt patet de priuilegiatis ꝛc. Tertius est baptismus flaminis: animam sanctificans. de quo habetur Luc. iij. cap̄. vbi iohānes loquēs de xp̄o dicebat: Ipse baptizabit vos in spiritu sancto et igne. Quartus est baptismus sanguinis animaz renouans. quādo quis moritur pro fide. de quo loquitur saluator Luc. xij. Baptismo habeo baptizari. ꝛ quomodo coartor vsqꝫ dum perficiatur. quia passionez desiderabat. solus autem baptismus fluminis animam perficiens dicitur sacramentum vt habetur. iiij. sen. di. i. Tertius articulus est: quare baptismus fluminis ad cetera baptismata comparatur. Circa quem articulum premittuntur due veritates. quarum Prima est. ꝙ baptismus christi comparatur ad baptismuz iohannis. sicut ad illud qđ euacuat. q̄a adueniente xp̄i baptismate: baptismus iohānis cessauit. vt habetur actꝫ. xix. ca. qñ pualus baptizatus fuit post baptismum iohānis. Scđa est ꝙ baptism⁹ fluminis comparatur ad baptismū sanguinis. sicut ad illud. qđ necessario nō p̄cedit. quia qui ꝓ fide morit̄ q̄uis nō fuerit baptizatus saluatur: baptizatus in sanguine ꝓprio vt habetur exempluz de beata emerentiana beate agnetis collactanea. Qđ autem sine baptismo saluat passio suscepta pro xp̄o inducit̄ Aug. i. iiij. snīaꝝ. di. iiij. Sed baptismus q̄ soluz est sacramētū ab baptismū flamīs q̄drupliciter cōparatur. Et Qñqꝫ baptismus flumīs p̄cedit baptismum flamīs sicut qñ q̄s fictus accedit ad baptismū ꝛ postea de fictiōe cōterit̄. tūc em̄ recipit gr̄am spiritussancti. ꝛ non in baptismo. vt notatur. iiij. ser. Quaudoqꝫ baptis

F

III. articulus.

G

G.

mus flaminis precedit. quia si quis baptismum fluminis non potest consequi quocunq; casu impeditus sufficit ei sola contricio ſm regulam beati Cypriani que ponitur in. iiij. sen. di. iiij. Unde discipuli quibus predicauit Petrus act;. x. prius acceperunt spiritum sanctum q̄m essent baptizati ꝛc̄. Quādoq; baptismus flaminis concomitatur. ꝛ istud est de cōmuni lege nisi quis ponat obūcez sicut patuit in baptizatis a paulo act;. x. qui cum baptismate receperunt spirituz sanctum vt docetur ibidem. Quādoq; baptismus flaminis nō precedit nec concomitatur: nec sequitur: sicut in illo qui cum fictione sua moritur: sicut habetur de simone mago. qui fuit baptizatus act;. viij. sed tamen fuit primo fict⁹.

IIII. articulus

Quartus articulus est. quis istoruz baptismatū est efficatior ad abluendus animam. Et dicitur q̄ ista quattuor baptismata sunt ī quadruplici gradu ī habitudine ad animam. Est enim. Primus quidem baptismus qui nullaz delet culpā nec penā. sicut baptism⁹ io. qñ erat: nec peccata dimittebat: nec gratiā conferebat. vt habetur in. iiij. sen. di. ij.

A

Secundo quidem delet: sed non penam. sicut baptismus flaminis. quia ille concomitantur omnia sacramēta nouelegis in quibus constat conferri gratiam spiritussancti ꝛ tamē in sacramēto penitentie non remittitur pena. ideo ponitur: vt patet per Hiero. ꝛ habet de penitentia. di. i. ca. Mensuram. Tertio quidem delet culpam et penam quo ad preterita. sicut baptismus fluminis. vnde dicit Ambro. super epistolam ad Roma. q̄ per solam fidem sine gemitu omnia in baptismo condonantur. ꝛ habetur de conse. di. iiij. ca. sine penitentia.

Quarto quidem delet penam et culpam non solum quo ad preterita: sed etiam quo ad futura. sicut baptismus sanguinis vnde talis baptizatus nunq; culpam nec penaz exsoluet. Ūñ dicit Augu. de vnico baptismo q̄ qui in ecclesia sanguinem fundunt: vitam eternā etiaz sine baptismate accipiunt. In tali autez baptismo omnia sacramēta complectūtur. vt dicitur. iiij. sen. di. iiij. De isto baptismo locutus fuit christus iacobo et iohanni. qui tunc dixit eis Baptismo q̄ ego baptizo baptisabimini ꝛc̄. Quin tus articulus est: si anima nostra potest sine baptismo ablui a sordibus suis. Et dicitur q̄ cum anima nostra communiter per sacramentum penitentie a sordibus abluatur: tamen quia baptismus flaminis ipsum sacramentū semper debite concomitatur sicut et cetera sacramenta ecclesie: ideo sine baptismo flaminis non fit remissio peccatoruz saltē mortalium quantum ad culpam: sz q̄ntum ad penam. dimissa culpa in fluminis baptismate. vbi sunt quattuor remedia requirenda quorum Primum est effusio lachrymarum in animi compunctione. cuz quis recordatur de peccatis suis. di. cum Propheta. Recedite a me amare flebo ꝛc̄. - Secundum est membrorum attenuatio in corporis mortificatione. sicut dicit ps̄. Posui vestimentum meum cilicium et Cinerē tanq; panem manducabam. Tertium est elemosinarū elargitio. in miscōie prosecutione. quia sicut aqua extinguit ignem: ita elemosyna peccatum. vnde Luce. xi. Date elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. Quartum est: precum multiplicatio in deuota oratione: sicut Moyses multiplicando preces ad dominum meruit veniam pro totius populi scelere. vt habetur exo. xxxij. ca. Per ista quatuor remedia fuerunt liberati in sacra scriptura quatuor magi reges. quorum Primus fuit Dauid q̄ diu fleuit. di. Fuerī mihi lachryme mee panes die ac nocte. Et iterum Lauabo per singulas noctes lectum meum. Et ideo fuit ei dictum. Translatum est peccatum tuū. Secundus fuit Achab q̄ post multa peccata operuit cilitio carnem suaz. ꝛ ieiunauit ac dormiuit in sacco ambulauitq; demisso capite: et sic fuit misericordiam consecutus: vt habet

B

C

V. articulus.

VI. articulus.

iij. R. xxij. ca. Tertius fuit Nabucho donosor cui dictum fuit per prophetaz Consiliū meū tibi placeat. o rex. pecca/ cata tua elemosynis redime: et iniquita tes tuas in misericordijs pauperum. Dañ. iiij. z sic fuit misericordiā cōsecut⁹

Quartus fuit Sedechias rex q̄ ora/ uit ad dominum oratione deuotissima. que oratio in fine. ij. gali. cōtinetur z sic fuit misericordiam consecutus cum ta/ men esset peccator omnium peccatoruz maximus zc. Sextus articulus est: quando sacramentum baptismi fuit in/ stitutum. Et dicitur q̄ inuenitur baptis/ mi sacramentum: fm quattuor tempo/ ra varie prolatum. Et Primo fuit in/ stitutum: quasi sub ratione preambuli quando. s. iohannes cepit predicare ba/ ptismum penitentie. vt habek in Mat. et iste quidem baptismus non fuit nisi quoddam preambulum ad baptismuz christi: vt habetur. iiij. sen. di. ij. Scdo fuit institutus quasi in ratione mysterij quando scilicet christus fuit baptisatus vt haberur Luce. iij. quia tunc contulit aquis virtutē regeneratiuā sanctificās eas. cum tactu sue mundissime carnis: vt dicit Amb. zc. Tertio fuit institu tus in ratione quasi consilij. sez quando xps misit discip'los suos baptizare Jo. iij. quia expresse baptismus nondū fue/ rat sub precepto saltem vniuersali dat⁹

VI. arti/ culus.

D

Quarto fuit institutus sub mō p̄ce/ pti Mar. vltimo. q̄ndo xps dixit aplis. Euntes in mundum vniuersum zc. Et ista fuit vltima institutio. z sic baptism⁹ ante tempus iohannis simpliciter fuit inutilis. quia etiam nulli cōsultum. In tempore iohannis baptiste fuit merito rius non ex se: sed ex fide. Sed in tēpo/ re xpi nō solū ex fide: sed ex se. q̄ verum reputat fuisse sacramentum. sed nō om/ nibus necessarium. post ascensionē aūt est necessariū simpliciter ad salutē. Cir cūcisio vero añ xpi p̄dicationē fuit eua/ cuata. vt non esset necessaria. licet foret vtilis q̄ synagoga nonduz erat sepulta post xpi mortē solū fuit p̄missa. q̄ christi mors euacuauit oīa legalia. Sz post euangelij diuulgationem fuit firmiter prohibita. vnde dicit ap'lus. ad Gal. v. Si circuncidimini christus vobis nihil prodest. vnō addit ibi pro baptismate In xp̄o em̄ iesu neq̄ circūcisio aliq̄d ne/ q̄ zc. Septimus articul⁹ est. vbi istō sacramentū fuit ordinatū. Dicit q̄ a q̄t/ tuor euangelistis notātur quattuor loca institutionis baptismi. Nam Primo btūs marcus notat montē tabor: quem credimus esse istū montē in q̄ fuit domi nus trāsfiguratus: qui est in galilea ad quem misit xp̄us. xi. discipulos videre post resurrectionem. ibi em̄ dixit eis xps Euntes in mundū zc. Scdo beatus Mat. notat montem oliueti. quia precepтum baptismi dedit quando celū ascen dit. Mat. iij. Ascendit aūt a monte oli/ ueti ac. z. i. Tertio notat beatus Lu. bethaniam. vnde dicit dñs inde assum ptū. Lu. xxiiij. z ibi dedit p̄ceptū de ba/ ptismo. ipa em̄ bethania erat in aliqua parte mōtis oliueti. vt narrant hystorie

VII. ar/ ticulus

E

Quarto notat btūs Joh̄es ciuitatez hierl'm in qua venit ad xp̄m Nichode/ mus nocte. quando dixit ei: Nisi q̄s re/ natus fuerit ex aqua zc. Intelligen/ dum est autez q̄ ista quatuor loca huic sacramento cōueniūt spiritualiter. Et

Prio mons tabor. q̄a sic fuit ibi xp̄s splendidus factus corporaliter: sic ania fit in baptismo splēdida virtualiter per ꝑtutes z dona q̄ ei infundunt. Scdo mons oliueti. q̄ sicut xp̄us inde ascēdit in celū: sic anima eius qui mortf in gra/ tia baptismali p peccatum nō obnubi/ lata mox volat ad celū. Tertio Be/ thania q̄ sicut xp̄us ibi lazarum resu/ scitauit a mortuis: sic in baptismo resu/ scitat animam peremptam plaga origi/ nali. Quarto Hierusalem que dicit ciuitas pacis: quia in sacramēto isto re/ conciliatur anima. que in ira dei fuerat concepta. ideo dicit ap'lus ad Gal'. iij. Omnes qui in christo baptizati estis: xp̄m induistis. Octauus articulus est. qui sunt istius sacramenti effectus.

VIII. ar/ ticulus

Et dicit̄ ꝙ quatuor. Primus est cara
cter qui inprimitur semp̄ quantūcun-
q̄ ficto: vt habetur extra de baptismo et
F eius effectu. Scdus est fides infusa
quia cuicunq̄ non ficto infundit̄ fides.
iiij. sen. di. iiij. Tertius est gratia que
datur ꝑuulis per quā ꝓmerent̄ vitā eter
nam. vt habet̄. iiij. sen. di. v. Quartus
est īnocētia. qꝛ q̄cūq̄ baptisat̄ purgat̄ tā
a labe pcti original̄ q̄ actual̄. tā venial̄
q̄ mortal̄ vt ei⁹ aīa sit ī tāta īnocētia de
p̄senti: ī quāta fuerat creata anima ade
remissa omni culpa vt habet̄. iiij. sen. di
iiij. Isti quattuor effectus se habent ꝑ
ordinē ī indelebilitate. et Primus ef-
fectus est indelebilis quia caracter est si
gnum omnino indelibile. etiaꝫ in dāna-
tis aut degradatis: aut excōicatis: aut
scelestis. Secundus effectus est inde
lebilis: nisi rubigine heresis: quia nullū
aliud peccatū mortale fidem delere pōt
K vt notat̄. iij. ser. vbi de fide agit̄. Ter-
tius effectus delet̄ per quodcūq̄ pecca-
tum mortale. quia gratia diuina cū ali-
quo peccato mortali stare non potest. si-
cut nec vita cū morte vt ibidē. Quar
tus effectus scꝫ innocentie delet̄ solum
per peccatum veniale. quia nullus talis
est simpliciter innocens vt habetur in ꝓ
phetis. ideo ps̄ istud sacramentum desi
derans in figura dicit. Asperges me do
mine ysopoꝛ mūdaboꝛ ꝛc̄. Nonus ar
IX. arti culus. ticulus est. que sunt priuilegia gratie ba
ptismalis. Et dicitur ꝙ habet quattuor
G priuilegia vltra gratiā alioruꝫ sacramē
torum. Et Primum est anime virgi-
nitas. quia post regenerationem baptis-
mi amissa gratia ꝑ peccatū mortale q̄-
uis anima reconcilie̅t ꝑ gratiam penitē
tialem: tamen nunq̄ efficitur virgo. q̄a
quandoq̄ fuit corrupta. ergo solum cuꝫ
prima gratia baptismali durat virgini-
tas anime. qua amissa nullatenus recu-
perari potest. Secundum est. ad per-
manendum facilitas. quia quamdiu ho
mo est in gratia baptismali: faciliter in
bono perseuerat. quia fomes peccati
per baptismum remittitur. qd̄ per pec-
catum mortale postea prouocatur: ꝛ ido
quanto magis per malorum iterationē
ab hac gratia elongamur: tanto minus
idonei ad ꝑseuerādū efficimur. Ter-
tium est ad resistendum viuacitas. quia
illa armatura quam maxime hostis for
midat. ex quo enim semel vicit ad impu
gnandū inualescit. Et ideo dicit beat⁹
Jacob⁹. Resistite diabolo et fugiet a vo
bis ꝛc̄. Quartum est festinata felici-
tas. qꝛ qui in gr̄a baptismali morinut̄ a
solis venialibus purgant̄. ꝛ flāmam fa-
ciliter transeunt quā apl̄us ad corꝫ. cō-
parat flāme ligni vel feni. aut stipule q̄si
raptim transeuntis. Iste aūt tales aīe
que in gr̄a moriunt̄ sunt iste virgines q̄
sequunt̄ agnū quocūq̄ ierit. vt habet̄ in
apoc. Et ideo qꝛ tal ē decorē nullatenus
possum⁹ recuperare: eo ꝙ sacramētū ba
ptismi nō est licitum iterari multū debe
mus dolere: ꝛ ab eius elongatione caue-
re ꝛc̄. Intelligendum est tn̄. ꝙ aliqui
moriunt̄ in gratia baptismali nō obnu- H
bilata per peccatū veniale. nec exercita-
ta per actus meritorios. sicut paruuli. ꝛ
ideo habēt remissam gl̄iam ꝛ nullā pe-
nam ꝛc̄. Alij in eadē gr̄a obnubilata.
ꝛ nō exercitata moriunt̄ qꝛ venialit̄ pec
cauerūt ꝛ nō egerūt opa meritoria ꝛ isti
hn̄t remissam gl̄iam ꝛ modicā penam.
Aliq̄ in eadē gr̄a obnubilata ꝛ exerci
tata moriunt̄. qꝛ venialit̄ peccauerūt et
opera exercuerūt. ꝛ tales habent magnā
gl̄iam ꝛ modicā penā. Aliq̄ in eadeꝫ
gratia non obnubilata nec exercitata.
quia nec veniuliter peccauerunt. et bona
opera fecerunt post baptismum. Si tn̄
sunt aliq̄ in vita ista breuissima et tales
habebunt magnā gl̄iam ꝛ nullam penā X. arti-
ꝓ quibus dicit balaam. xxiiij. numeroꝝ culus.
Moriat̄ aīa mea morte iustoꝝ ꝛ fiāt no
uissima mea horum similia ꝛc̄. Deci-
mus articulus est que sunt istius inpre-
cessibilis sacramenti insignia. Et dicit̄
ꝙ sunt quattuor. Et Primum est pri-
mitas inprecessibilis: quia ipsum est ia- I
nna omnium sacramentorum vt nulluꝫ
alioruꝫ aliquid proficiat nisi isto preuio
vt notatur. iiij. sen. di. iiij. Secunduꝫ
est vniuersalitas interminabilis quia ē

omnibus hominibus ꝛ mulieribus cuiuscunq; etatis et conditionis cōmunis vt habetur. iij. sen. circa principium.

Tertium est facilitas in excusabilis. quia sine vlla difficultate istud sacramē tum quilibet consequi potest ratiōe materie cōmunis. i. aque: Est etiā in modo facilis. vt habetur ibidem. Quartuz est necessitas ineuitabilis. quia licz sine

XI. articulus

alijs sacramentis. sine illo tamen null⁹ saluari potest. vnde dicitur ioh. iij. Nisi quis renatus fuerit ꝛc. Undecimus articulus est. que sunt istius sacramenti cerimonialia. Dicitur autem q; ibi reperiuntur quatuor cerimonie principales quarum Prima est de immersione trina que fidem trinitatis designat. vt habetur de conse. di. iij. cap. de trini. ꝛ ca. eodem modo. Aut fit propter triduz se

R

pulture christi. di. apostolo Consepulti sumus christo per baptismum in morte ꝛc. Secunda est de inunctione bina. inungitur enim saliua ꝛ crismate. quoz vtrumq; fit in signum virtutis que dat contra inimicū. vt habetur de conse. di. iij. ca. postea. Tertia est de conditiōe a materia. quia sal benedictum in os ei⁹ a sacerdote mittitur. vbi sapientia et incorruptio designatur vt habetur de consecra. di. iij. ca. vt huic ꝛ ca. sal. Quarta est de insufflatione multiplici q̄ baptizandus exsufflatur. vt virtus inimici ab eo expellatur. ſm b. Aug. de symbolo et de ꝟse. di. iij. ca. Ecce sicut noster. Istis aūt p̄missis ceremonijs induitur baptizandus veste candida in xp̄iano innocentiam designante. vt habet de ꝟse. di. iij. ca. post baptismum

XII. articulus

Et est auctoritas rabani ꝛc. Duodecimus articulus ē. que sunt istius sacramēti miracula. Et dicitur q; in sacra scriptura inueniūtur quattuor scilicet miracula baptizatoz̄ quorum. Primum fuit baptismus xp̄i in quo fuerunt tria miracula. primū fuit

L

apertio celi: que designat q; per baptismum ianua celi primo nobis aperitur: ꝛ gloria promittitur Scōm fuit p̄is protestatio di. Hic est filius meus dilectus: que designat adoptionem. qua q; libet cum baptizatur in dei filium adoptatur ꝛc. Tertium fuit spiritussancti visibilis descēsio in specie columbe. que designat q; i oīi baptismo debite suscepto mittit⁹ inuisibiliter spūssanctus de q̄ bus trib⁹ miraculis habet Mar. xxij. ca ꝛ Mat. ij. ca. Scōm baptismū miraculosū fuit baptism⁹ eunuchi ethyopis de quo hētur actz. viij. quē cū baptizasset philippus spūs rapuit philippum et amplius non vidit eum enuchus. Et ideo ibat per viam suā gaudēs: q; datū fuit sib⁹ i telligere. q; virtus baptismi facit euolare: sicut philippus fuit ab eo miraculose sublatus. Tertiuz fuit pauli apostoli de quo hētur actz. ix. vbi dī q; cōfestim ante baptismū ceciderūt ab oc'lis ei⁹ tanq̄ squame vnisuz recepit. q; null⁹ adultus licite baptizatur. nisi p̄us illūinetur. vt ptz de cōse. di. iij. ca. pluribus.

Quart⁹ fuit baptism⁹ cornelij cēturionis. in q̄ p miraculū fuit petro oīsuz sacramentum baptismi oībus gentib⁹ esse cōmune. vt habetur actz. xi. et similiter habetur idem de paulo ca. xix. Terti⁹decim⁹ est. quare xp̄us fuit baptizat⁹. Circa qōs assignant q̄tuor rōes. Pria rō est. regulatio legis nature. q; regula iuris naturalis est. vt vnusq̄sq; q̄ ius in alterum statuerit: ipe eodē iure vtatur. ꝛ iō q; legē baptismi oībus vlez statuit. ip se eadem lege vti voluit qō decens fuit.

XIII. articulus

A

Secunda ratio fuit euacuatio legis mosayce. q; ex quo noue legis sacrā in se suscepit prioris legis obligatiōes absoluit. cū nouis statutis supuenientibus vetera p̄ficiantur. vt hētur in euangelio ꝛc

Tertia rō est nobilitatio legis euāgelice: q; si tm̄ voluit legez moysaicā ꝛ synagogam quā repudiauit honorare vt circumcisionē in se susciperet: multomagz voluit honorare legem euangelicā ꝛ ecclesiam quā suscepit in sponsaz accipiēdo baptismum. Quarta rō est sanctificatio aque materialis tactu sue mundissime carnis. ꝛ istas rōes assignat ambro. in octaua epiphanie. Istud autez sacramentum fuit figuratū in ve. testa. di. beato petro in canonica sua ita c. iij.

q̄ sicut in diebus noe docto anime salue facte sunt p aquā sic nos saluos facit baptismus z aqua baptismi: Qō nobis cō cedat xp̄s iesus dei z virgis fili⁹. Amē.

De eodem Sermo. II.

Aptizatus iesus

confestim ascendit de aqua Mat. iij. ca. Quia fm doctrinam. b. Aug. de vera reli. Vita christi ita fuit totius perfectionis exemplar: vt nullus possit peccare nisi odiendo qō ipse dilexit. aut diligēdo qō ipse odiuit Nullus em recte agit nisi faciendo qō ipse sez monuit: aut nō faciendo qō ipe prohibuit. Iccirco vt suo nos exemplo ad statum salutis induceret: sacramentum baptismi sine vlla indigentia in se ipso recipere voluit. vt prius faceret q̄ doceret fm illud Luc. in actz Cepit iesus facere z docere. Et secundū hoc christi baptismus dupliciter describitur Et Primo quantum ad baptizantis actum transeuntez. quo fuit baptizatus

Secundo quantum ad baptizantis fructum consequentem. quia confestim ascendit de aqua zc. non q̄ xp̄us ex suo baptismate aliquē fructū nouū sibi perueret: sed quia ascēsus eius p̄figurabat eleuationez qua eleuatur anima nostra in sacramēto baptismi a statu ifime culpe mortalis ad statum p̄celse gratie zvite supernaturalis. Ista autē ascensio fuit figurata per illam qua ascenderunt filij israel de egipto tenebroso designante statum culpe ad desertum: in quo signatur status gratie. tum quia ibi diuina maiestas fuit reuelata. tum quia fuit ibi lex data. tum quia ibi diuinitas adorata. tum quia esca angelorum cōicata iuxta illud psalmi: Panem angelorum manducauit homo. De ista ascensione habetur ose. ij.

I. articulus. Circa istam materiā de christi baptismate cuius hodie memoria agitur sunt plures articuli pertractandi. quorum. Primus articulus est q̄d est baptismus in generali. Et dicit q̄ baptismus est sacramentū noue legis. p̄mo sanctificās aiam: q̄ aūt sit sacramentum patet. quia vt ait Hugo de sacramentis. quia est inuisibilis gratie visibilis forma. Sed q̄ sit sacramentuz noue legis patet. quia fuit a xp̄o institutus vt habet in Mar. sicut circumcisio in veteri testamēto fuerat collata tanq̄ remedium contra originale peccatum: sicz baptismus in nouo testamēto. Qō aūt sit primo sanctificans animā patet. quia cetera sacramenta sunt ordine effectuali ipso baptismate posteriora. ideo dicitur ianua sacramentorum. quia non nisi per ipsum intrari potest ad alia ſō dicit dominus in i ohanne. Qui non intrat per hostium zc. Ista est illa porta quam vidit ezechiel ad orientem posita per quam intrabatur ad templum: quia per hoc sacramentum quilibet intrat templum ecclesie militātis. de quo ait apostol⁹ ephe. iij. Unus deus: vna fides: vnum baptisma. Secundus articulus est que sunt illa que requirun tur ad baptismum. Et dicitur q̄ sunt quattuor que require in precedenti sermone in primo articulo. II. articulus.

Tertius articulus est. que sunt baptismi species. Et ponuntur a sanctis quattuor species scilicet. Primus est baptismus fluminis. Secundus est baptismus flaminis. Tertius est baptismus sanguinis. Quartus est baptismus luminis. De baptismo fluminis dī Mat. vltimo. Qui crediderit z baptisatus fuerit saluus erit. De baptismo flaminis dicitur a iohāne baptista in Mat. Iste aūt baptizabit vos spiritusācto. De baptismo sanguinis loquit xp̄s i Lu. Baptismo hēo baptizari z coarto: zc. De baptismo luminis loquit. b. pe. in act. d. q̄ dñs fide purgauit corda gentiū sicut missio spiritussancti. q̄ fit per infusionez. III. articulus.

Sed primus baptismus scz flumis habet rōnem sacramenti qz designat ablutionem anime a peccato. vnde sacramentū dicitur sacre rei signum. Baptismus aūt sanguinis habet rationem meriti. qz in ipo cōsistit actus fortitudinis.

Baptismus aũt flaminis habz rationẽ premij: quia per actũ contritionis meretur quis charitatem sicut meritũ contritionis. Sed baptism⁹ fluminis qui est in fide habet rationez mysterij. quia est ꝓsagium visionis que est in patria di.b. Aug. de trini. q cõtemplatio est merces fidei ꝛc̃. Quartus articulus est. que sunt baptismi beneficia. Et inueniunt quattuor gradus. fm quos sunt. iiij. genera baptismi. Primũ beneficiuz est beati luminis. ꝺa purgat animã ab infidelitate z constituit eam in veritate. ido dicit io. i. Hic venit in testimoniũ. s. Johannes baptista vt omnes crederent in christum. Secundum beneficium est baptismi flaminis quod nõ solum liberat ab infidelitate ʒ etiam a culpa quãuis non a penaz constituit in gratia. Jõ domin⁹ in iobãne. Qui crediderit in me flumina de ventre eius fluent aque viue glorie viuificantis qõ dixit de baptismate flaminis. vt ibidem habet. Tertiũ beneficiũ est baptismi fluminis: qz non solum liberat a culpa: sed etiã a pena. et ponit in gratia vnde morientes mox baptizati statim euolant. vnde dicit beat⁹ petr⁹ in actꝫ. Baptizet vnusquisq; vr̃m in remissionem peccatoꝝ. Quartum beneficium baptismi sanguinis qõ est q̃ drupler. quia liberat a culpa z a pena. et statuit in consumata gloria z dat aureolam vltra oĩa alia. De q̃ loquit xp̃s in Marco. di. Jac. z Joh. Baptismo quo ego ꝛc̃. Intelligẽdũ ẽ aũt q i no. te. tãtum bis aperti sunt celi. s. quando xp̃us fuit baptizatus. z quando steph. fuit lapidat⁹. vt detur intelligi q baptizati fluxie z sanguie stati euolant ꝛc̃. Quintus articulus est. que sunt baptismi ꝑ legia. Et dicũt esse quatuor require ea in precedenti ſmone in articulo. x. Sextus articulus est. que sunt baptismi insignia. Et dicuntur esse quatuor. quia. s.

Primum est caracteris impressio qõ est signum indelebile. quo discernit⁹ qui libet baptizatus a nõ baptizato. de quo signo loquitur io. in apoc. di. qõ comitãtes xp̃m habebant nomen eius et nomẽ patris eius scriptum in frontibus ꝛc̃.

Scõm insigne est hominis veteris renouatio designata per lotionẽ. ideo dicit paulus q per baptismum cõfigurati sumus. vt in nouitate vite ambulemus.

Tertium est xp̃i resurrectio. Jdeo fit trina immersio ꝓpter triduũ mortis xp̃i vnde apl's ad col'. Consepulti sumus p baptismum in morte xp̃i vt sicut resurrexit: sic z nos in nouitate vite ambulemus ꝛc̃. Quartum ẽ veteris testamẽti ꝑfiguratio istud eĩ sacramentuz fuit ꝑfiguratum in nube et in mari sicut eĩ illa nubes direxit filios israel de die: sic z baptism⁹ in nouo te dirigit ad terram viuentiũ. z sicut iste ignis in vete. testa. de nocte: sic lex ignea euangelij in no. te. vt ait Moyses de q̃ nube habek in exo. ꝛc̃. Septimus articulus est. que sunt baptismi mirabilia. Dicit q sunt quinq. quorum Primũ est celi apertio. qz celi aperti sunt super christum. vt ptz in Mar. z Mat. Scõm ẽ spiritusſãcti visibilis missio. qz tunc colũba descẽdit.

Tertiũ est patris protestatio. ꝺa vox patris audita est ibi. Quartũ est oculorum apertio. vt patuit in aptione oculoꝝ pauli in actibus. Quintũ est spiritusſancti inuisibilis largitio. vt quando baptisati fuerunt discipuli a paulo in actibus. Vt per primũ dek intelligi: q aperit ianuã celestis regni. Per scõm q spũſſanctus descendit in aquam. Per tertium q deus pater mittit filium suũ ad intelligendũ vbi dicit Hic est filius meus dilectus. Per quartũ q spũſſctus mittit ad affectũ. Per quintũ q tunc datur donum fidei vt anima non sit ceca.

Octauus articulus est. quare istud sacramentum fuit institutum. Dicitur q fuit institutum quadruplici ratione. require in precedenti sermone in articulo. vi. Nonus articulus est. quare christus fuit baptizatus. Et assignantur quattuor rationes quas require in precedenti sermone in articulo tredecimo. vbi plene inuenies ꝛc̃. Decimus

IIII. articulus

VI. articulus.

V. articulus.

VI. articulus.

VII. articulus

VIII. articulus

IX. articulus.

X. articulus.

articulus est quo baptismo christus fuit baptizatus. Et dicit̄ ꝙ fuit baptizatus quadruplici baptismo. Et Primo baptismo luminis quia in primo īstāti sue conceptionis anima ista beatissima fuit beatitudine illustrata. et suppositaliter vnita luci: que illuminat omnem hominem veniētē in hunc mundū. Scdo baptismo flaminis: quia ipsi⁹ anima felix fuit spiritusancto repleta quantū potuit. ideo fuit prophetatū de eo ī ys. Spiritus domini super me ꝛc. Tertio baptismo fluminis in iordane. Sed ī qua forma dubium est. quia non videbat̄ ei competere forma iohannis. sed nec forma sui ꝙ in nomine ꝓprio baptizaretur.

Quarto baptismo sanguinis in passione. ideo fuit de hoc prophetatū in ys. Quis est iste qui venit de edō tinctis vestibus. Et in apoc. dicit̄ ꝙ erat vestitus veste sanguine aspersa ꝛc. Undecim⁹ articulus est. qualiter debemus nos baptizare quottidie. Et dico ꝙ quadruplici baptismo. quia Primo baptismo luminis vt non terrena: sed celestia intellectus noster consideret ꝛ ea que sunt fidei firmissime credat. vt per istud baptizatus resurgat ab infidelitate ad vitam qua fidelis viuit de qua dicit apostolus ꝙ iustus ex fide viuit ꝛc. quia sine fide īpossibile est placere deo vt ipse dicit ad hebre. Et idem In interiori homine habitare christum ꝛc. Sed proh dolor hodie in mltis vestra fides ē annullata: q̄a ita parum de celestibus curant ac si ea esse non credant. qd̄ patet. quia fides ex operibus probatur vt ait Jac. in canonica sua. vnde dominus per ezechielē Increduli et subuersores tecū sunt. Secundo baptismo flaminis. vt nō temporalia sed eterna diligamus. quia per baptismum cum christo resurreximus. ido dicit apl̄us. Si consurrexistis cum christo ꝛc. Ista autem temporalia non sunt appetēda. qꝛ nō sunt bona nisi ꝑm quid ideo ait io. in canonica sua. Si quis diligit mundum charitas pa. nō est in eo

XI. articulus.

Sed homines mūdi plus diligūt temporalia q̄ eterna q̄a sunt visibilia. ideo dicit xp̄us de spiritusancto loquēs de iohanne quē mundus nō pōt capere. quia non videt eum propter sensualitatē quā sequit̄. vnde non audiūt vocē dñi di. Primuz querite regnū dei ꝛc. Tertio baptismo fluminis nō sacramētali. qꝛ istd̄ non est iterabile. sed baptismo pñiali lachrimarū ꝓfluuio. quando intus cogitamus peccata nostra quibus deum offendimus nos ipsos eijcimus celū amittimus infernum meremur. et tunc cum dolore affluenter lachrimas emittam⁹. iuxta illud Hiere. Deduc quasi torrentem lachrimas ꝑ diem ꝛ noctem non taceat pupilla oculi tui ꝛc. Et iterꝝ. Quis dabit capiti meo aquam ꝛc. exēplo psalmiste. dicētis Lauabo ꝑ singl̄as noctes lectum meū. Ideo dicit dñs in Math. Beati qui lugent. Et iterꝝ Beati q̄ nūc fletis. Et ad ꝓpsoitum dicit̄: Ve vobis qui habetis consolationes vestras ꝛc.

Quarto baptismo sanguīs in recordatione passionis christi. de quo baptismo fuit prophetatum in gen̄. de iuda. i. de homine confitente. Lauabit in vino stolam suam. ideo dominus per Hiere. inuitat nos ad sue passionis memoriaz di. Recordare paupertatis ꝛ transgressionis mee absinthij ꝛ fell̄. ipse q̄q̄ sap̄. in ecclesiastico dicit Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris dedit eī ꝛc. Istd̄ aūt ꝓprie fit in eucharistie sacramēto di. domine Hoc facite in meā cōmemorationem. Et apl̄us ad coꝝ. Quotiēscūq̄ em̄ manducab: tis ꝛc. Ideo Jo. in apoc. audiuit vnum de senioribus di. ꝙ sancti lauerunt stolas suas in sanguine agni. ideo cum ipso regnāt: cantantes cantii cum nouum semper: et dicentes. Sanctus. sanctus. sanctus domin⁹ deus sabbaoth sequentes agnum quocūq̄ ierit. Quod nobis cum illis concedat dicere xp̄us iesus dei ꝛ virginis filius. Amen

Tractatus de baptismo eiusdem doctoris.

De regeneratiõis

christi mysterium contemplãdum mouet questio. Vtrũ baptismus quo christus fuit baptizatus fuerit eiusdem rationis cum baptismo quo nos baptizamur. Et videt q̃ sic. q̃ fm q̃ scribit luc. act̃. i. dicens q̃ iesus cepit facere ꝛ docere. sed ipse nobis illum baptismuz quo regeneramur dedit sub precepto Mar. vltimo. ergo baptismus in se suscepit. Sed contra: quia iesus fuit baptizat⁹ baptismo Joh̃is Math. iij. ca. ꝛ tamen iste baptismus fuit alterius rationis a nostro vt habetur in act̃. ergo ꝛc̃. Circa istam questionez sunt xvij. articuli declarandi. Primus ar-
I. arti culus. ticulus est. quid est baptismus. Et fm diffinitionem dñi saluatoris quã dedit Jo. iij. Baptismus est natiuitas homis secundaria. ideo loquens de ipso dominus Nichodemo in preallegato. ca. dic̃: Amen amen dico vobis: nisi quis nat⁹ fuerit denuo non potest videre regnum dei. Et cum dixisset ei nichodemus. Et quomodo potest homo nasci. cum sit senex nunquid potest iterato ventrẽ mris sue introire ꝛ renasci? Et tunc christus adiunxit: Amen amen dico tibi: nisi q̃s renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire regnum dei. Et cum idem nichodem⁹ dixisset: Domine quo modo possunt hec fieri? audiuit. Tu es magister in israhel ꝛ hec ignoras. Ex q̃bus verbis domini saluatoris habetur q̃ baptismus est renasci. hoc est iterꝫ nasci. et sic est secunda natiuitas hominis

Intelligendum est tamen q̃ baptismus dicitur secunda natiuitas quadru
A plici ratione. Et Primo quia sicut homo per natiuitatem suam naturalez accipit primo esse in natura: ita quilibz per baptismuz accipit primo esse in gratia. et ideo sicut natura precedit gratiam. ita natiuitas naturalis est prima et baptismalis secunda. Et ideo baptizati dicuntur non nati: sed renati. Secundo sicut in esse spirituali nascebant pueri in veteri testamento per circumcisionẽ: ita nunc scdo per baptismuz. vnde christus ante fuit circumcisus q̃ baptizat⁹. vt patet in Luc. ꝛ iõ sicut circũcisio in pueris fuit prima natiuitas spiritualis: ita est baptism⁹ scda natiuitas

Tertio quia cum in sacramento baptismi sit duplex ablutio. vna anie alia corporis sicut docet Aug. super Jo. ita est duplex natiuitas ibi. ita q̃ ablutio anime. licet sit prior in intentione q̃ corporis: est tamen posterior in executione. ꝛ ideo fm ordinem intentionis ablutio cordis est natiuitas prima: ꝛ ablutio corporis in sacramento sensibili est natiuitas scda. Quarto quia sicut in nostra prima natiuitate nascimur filij ire fm apostolum: quia filij primi ade. ita in fa natiuitate nascimur filij gratie. quia filij secundi ade efficimur. id est christi sicut docet apostolus Roma i. cap̃. Et sicut nostra prima natiuitas est ex nostro primo adam. ita fa que est baptismus est ex fo. ꝛ ideo recte baptismus dicitur fa natiuitas. et iccirco apostolus appellat hoc sacramentum lauacrum regenerationis et renouationis. quia sicut regenerari est iterum generari. ita renasci est iterum nasci. Et sic habemus q̃ baptismus est natiuitas hominis fa in qua regeneramur in esse spũali. Se- II. arti-
cundus articulus est. quot sunt baptis- culus.
mi modi. Et dicitur q̃ in diuina scriptura inueniũtur baptismi genera quatuor. quorum. Primus est baptism⁹ B
fluminis animam inicians. sicut fuit baptismus Iohannis qui animam non cõsecrabat: sed solum ad baptismum christi disponebat. sicut testatur ipse Johannes dicẽs: Ego baptizo in aqua medius autem vestruz stetit ꝛc̃. Secund⁹ est baptismus fluminis animam perficiens. sicut fuit baptismus christi qui non solum disponebat: immo et consecrabat. de quo habetur Johannis. iij. q̃ christus baptizabat ꝛ omnes veniebant

ad eum. Tertius est baptism⁹ flaminis aīam sanctificās: ⁊ iste est baptism⁹ q̄ quis baptisat̄ spūsctō inuisibil'r. de q̄ habet̄ Act̄.i.dicēte dño Johes quidem vos baptisauit aqua. vos aūt baptisabimini spūsctō non post multos hos dies loquēs apl'is de missione spiritussancti.

Quartus est baptismus sanguis animā coronās. sicut fuerūt innocentes baptisati in sanguīe suo ⁊ loti Mat.ij. de q̄ loquēs saluator Lu.xij. dicit de seipso Baptismo habeo baptizari ⁊ quō coartor quousq̄ dū pficiat̄ loquens de effusione sanguis in cruce. Intelligenduz est tñ ꝙ isti baptismi gradatī se habent in efficatia. quia scz Primus baptismus fluminis aīam iniciās nō delebat culpā ex sua ꝟtute: sed soluz dispositiue ꝑm se. ꝙ aūt Johānes p̄dicauit illū baptismū in remissionē pctōꝝ. istud est referendū ad cōtritionē. ⁊ nō ad ꝟtutē sacramēti. Scd̄s baptismus flumiuis animā pficiēs delebat culpā ex sua virtute. sz non penam. qꝛ spiritussctūs non stat in aīa cum culpa mortali: bene aūt stat cū aīa obligata ad penā pctī psoluēdam tpaliter. vñ in omni cōtritōe ī qua est baptismus flumīs remittit̄ culpa: sz non oīno pena. Tertius baptismus q̄ est flaminis aīam consecrās remittit culpam et penā: qꝛ quicūq̄ sic baptisatus a culpa ⁊ pena totaliter absoluitur: vt dicit Petr⁹ Act̄.xx.ca. Quart⁹ baptismus. s. sanguis nō solū remittit culpā ⁊ penā sz reddit aīam impeccabilem qꝛ ponit eā extra terminos vie: ⁊ iō ille ē efficacissim⁹: qꝛ suo fine debito frustrari nō pōt de q̄ loquens saluator filijs zebedei dicebat Baptismo q̄ ego baptiso baptisabimini: ⁊ loquit̄ ad lr̄am ꝑm Aug. de sanguinis effusione. Tertius articulus est q̄ sūt ista q̄ req̄runt̄ ad integritatē istius sacramēti. Dicit̄ aūt iter alia q̄ttuor esse baptismi genera. Baptism⁹ sanguis ⁊ flamis ꝓprie nō dicunt̄ sacramēta: sz baptism⁹ fluminis tantuz. Et iō de illo est solū intentio quo ad p̄sens.

III. articulus

Intelligendū est g̊ ꝙ q̄ttuor cause requiruntur ad integritatem cuiuslibet sacramēti. sicut habet̄ ex articulis fidei. scilicet. Materia. Efficiēs Forma. Finis. Et ꝑm hoc iste quattuor cause req̄runt̄ ad isti⁹ sacramēti iutegritatē. Primo causa materialis isti⁹ sacramenti est aqua fontium benedictorum ab episcopo: quantum ad bene esse sed omnis aqua naturalis quantum ad esse. qnia in tali materia xp̄us hoc sacramentū instituit. vt habet̄ io.iij. Scd̄o causa formalis est illa que est a xp̄o tradita. Mar.xxviij.ca. Euntes inquit docete omnes gentes baptisantes eos ⁊c̄. Dicit̄ tamen ꝙ quandoq̄ in ista forma fuit dispensatum quando baptisabāt solum in nomine christi actuū.xx.qd̄ credit̄ factum ex reuelatione spiritussancti ad nomen christi efficaci⁹ diuulgandū.

Tertio causa efficiens: quantum ad esse est vniuersaliter omnis homo cuiuscunq̄ sexus aut religionis aut infidelis quia sicut sacramentum est communissimum ita requirit ministruz cōmunissime sumptum. Et ideo factū beati Cypriani reprehēdit̄ quia rebaptizabat baptizatos ab hereticis. Quarto causa finalis vt intendat minister facere qd̄ facit ecclesia aut qd̄ xp̄us instituit quamuis forte nō credat quia si intēdat ludere aut fingere nihil faceret. eo ꝙ baptismus habeat finem determinatum vt habetur act̄.ij. testimōio petri apostoli. Et quando concurrunt ista quatuor tūc est salubris baptismus. vnde dicit beatus petr⁹ in p̄ma canonica sua ca.iiij. ꝙ sic ī archa noe sunt salue facte octo anime p aquas: ita in ecclesia saluos facit baptismus. Quartus articulus est q̄t mōis istud sacramentū fuit institutum ⁊ dicitur ꝙ in diuina scriptura legimus istud sacramentum fuisse institutū modis q̄ttuor. Et Primo per modum particularis remedij. quia dicunt aliqui ꝙ ī veteri testamento circumcisio erat solum pro masculis coutra originale peccatuz Sed nō debuit priuari femineus sexus remedio sufficienti ideo dicebāt ꝙ mu-

IIII. articulus

E

lieres baptizabantur in illa die qua nascebantur. Unde dicitur ezechielis. xvi. cap̄. ciuitati sancte sub nomine mulieris chananee In die qna nata est nō est precisus vmbilicus eius. ⁊ in aqua non est lota in flumine vt supponit propheta. ꝙ mulieres fidelium quando nascebantur in flumine lauabantur. Scdo fuit institutus per modum cuiusdā figuralis preambuli. quando scz exiuit iohannes de deserto: predicans baptismum penitentie missus a deo: vt habetur Luc. iij. qꝛ baptismus iste non fuit nisi quoddā preambulū ad verū xp̄i baptismum et figura eius. sicut ipse testatur ioh. iij. cap̄.

Tertio fuit institutus per moduz salutaris consilij. sicut quādo christus incepit baptizari ⁊ discipulos ad baptizādum ordinare. vt habet̄ io. iij. ꝙ nonduz erat circumcisio euacuata: nec noua lex imperata. et ideo tantum cadebat ille baptismus sub consilio: nec etiaz legim⁹ ꝙ adhuc forma ꝟboꝝ baptismi fuerit expressa. Quarto fuit institutus ꝑ moduz vniuersalis precepti: vtpote euacuata veteri lege per christi mortē: quando post resurrectionē xp̄us apparens eis dixit Mar. xv. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. qui vero nō crediderit condēnabitur. nullus aūt damnat̄ nisi pro transgressiōe precepti. Quintus articulus est. vbi istud sacramentuz fuit institutum. Dicitur aūt ꝙ eius institutio ꝑ modū precepti fuit principalis ⁊ ista facta fuit in mōte oliueti: sicut habetur Mar. vltimo. quia quando xp̄us voluit celum ascendere: tunc dedit istd̄ p̄ceptum. Qui crediderit ⁊c. ⁊ ipse ascēdit de monte oliueti: sicut docet. b. Luc. actꝫ. i. ca. Intelligendum est tamen ꝙ iste mons fuit quadruplici mysterio illustratus. et Primo mysterio oratiōis quia in eo christus consueuerat ꝑnoctādo orare vsqꝫ ad diluculum: sicut habet̄ io. viij. vnde cum actus orationis sit sanctior q̄ꝫ actus predicatiōis: pro eo ꝙ ad superiora respectu inferiorum trahit. iō christus in die in templo docebat: ⁊ nocte in h̄ monte orabat. ⁊ sua oratione pl⁹ ꝯsecrauit hūc mōtē q̄ꝫ p̄dicatiōe templū

V. articulus.

F

Scdo mysterio sue passionis. in isto enim monte passio domini inchoata fuit pro eo ꝙ fuit ibi xp̄us captus ⁊ ligat⁹ cum illuc facta cena exisset ad orandum vt habetur Lu. xxij. ca. Tertio mysterio ascensionis. quia de loco quo christ⁹ ascendit in celum: fuit mōs iste de quo Lu. actꝫ. i. Quarto mysterio dominice regressionis prnunciante: vt quando christus veniet supra montem istū vnde ascendit. vnde zach. propheta loquēs de aduentu christi ad iudicium di. c. xiiij. ꝙ pedes eius erunt stantes supra montez oliueti. vt ibi fiat scda generatio. Sicut em̄ baptismus est prima generatio: ita iudicium erit scda generatio: in qua oēs resurgent di. domino Mat. xix. In regeneratione cuz sederit filius hominis ⁊c.

Sextus articulus est: quando istud sacramentum fuit institutum. Dicitur ꝙ post christi resurrectionē: quando fuit ascensurus ad patrem. vt habet̄ Matt. vltimo ⁊ Mar. vltimo. Et sic patet ꝙ istd̄ sacramentū fuit institutuz feria q̄nta: quando dicitur regnare iupiter: qui est planeta beniuolus. sic istud sacramētum fuit summa christi beniuolentia institutum ad nostram salutem. Intelligendum est tamen ꝙ illa dies inuenit̄ in diuina scriptura quadruplici mysterio consecrata. Et Primo mysterio dominice benedictionis. ista enim die cōsueuerunt a deo benedici omnes creature. que ex aqua fuerūt originate: sicut habetur gen̄. i. ⁊ ideo fuit congruū vt eodez die qua aquaꝝ genus fuit benedictuz in aqua institueret̄ sacramentū qd̄ sanctificat om̄es qui regenerant̄ ex aqua. Secundo mysterio dominice oblationis. Ista enīz die christus fuit in templo oblatus: ⁊ a matre virgine presentatus. q̄a quando dies natiuitatis est in dominico. purificatio venit feria quinta. ⁊ tamē constat ꝙ christus fuit in dominica natus: sicut feria sexta passus et annūciat⁹ ex dictis. b. Augu. in libro de tri. Ter-

VI. articulus.

H

I

tio fuit consecrata misterio dominice cõ
secrationis. quia christus diuinissimus
sacramentum eucharistie instituit quin
ta feria. quia pridie q̃ pateret. ⁊ prius ⁊
ipse passus est ĩ parasceue feria sexta. ꝑm
quattuor euangelistas ⁊c̃. Quarto fu
it consecrata misterio dominice ascensio
nis. quia xp̃s ascẽdit ĩ celũ feria quinta.
quia feria quinta est dies. xl. a xp̃i resur
rectioue. ⁊ ideo ista die xp̃s est assumpt⁹
in celũ. sicut testat̃. Lu. act⁊. i. Dignũ em̃
erat vt sic in loco sacro. i. vt in die conse
crato institueret sacramentũ illud ꝑ qd̃
VII. ar- nr̃e aĩe deo consecrantur ⁊c̃. Septim⁹
ticulus articulus est. quare istud sacramentum
fuit institutum. Et dicit̃ ꝙ quattuor ra
tiones colliguntur ex diuina scriptura.
G quarum Prima est. ad nouitatẽ legis
ostendendam. sicut enim antiqua lex ve
teribus sacramentis erat ornata: ita de
cuit vt noua lex nouis sacramentis esset
decorata: ⁊ quia cum res abluit̃ ab aliq̃.
renouat̃. iccirco ad hominis renouatio
nem insinuandã institutũ est istud sacra
mentuꝫ baptismi in aque ablutione. vñ
dicit apostolus ad Gal̃. vi. In christo
iesu neq̃ circumcisio aliquid valet: neq̃
preputium sed noua creatura. Scd̃a
est. ad antiquam circumcisionis partia
litatem tollendam. cum em̃ sacramentũ
circumcisionis non foret remediũ cõtra
originale: nisi alteri sexui vt lex noua q̃
ẽ cõmunissima vniuersale remediũ h̃ret:
iustitutũ fuit sacramentũ qd̃ vtriq̃ sexui
⁊ om̃i etati ⁊ genti foret oportunũ cuius
vl̃itatem descibẽs apl̃us ad Gal̃. iij. dic̃
Quicunq̃ in xp̃o baptisati estis christũ
iuduist⁊. Et sequitur. Nõ est masculus
neq̃ femina. omnes em̃ vos estis vnum
in christo iesu. Tertia ratio est ad ia
nuam celestis apperiendam. licet enim
principale peccatum per circumcisionẽ
in veteri lege deleret̃: sicut nunc per ba
ptismum ⁊ gratia quãuis remissio con
ferretur. tamẽ nullũ perducebat ad glo
riam. quia adhuc ianua erat clausa: ⁊ ip
sa aperitur per sacramentum baptismi
vt quicunq̃ baptizatus possit libere in
gredi. vnde dicitur apoc. iij. cuidam ba
ptismate consecrato licet infirmo. Ecce
dedi coram te hostium apertũ. Quar
ta ratio est ad euidentiorem significati
onis plenitudinem exprimendam. quia
cum sacramenta diuina illud significẽt
qd̃ efficiunt tanq̃ veracia ⁊ signa. baptis
mus clarius significat suum effectũ. cu
ius est abluere animam a peccato q̃ cir
cumcisio. quia ablutio corporalis signi
ficat melius emundationeꝫ spiritualem
q̃ renouatio alicuius pertinens ad hu
manam integritatem. vnde saluator io.
xiij. interiorem emundationem per lotio
nem significans dicit petro: Si non la
uero te: non habebis partem mecum.

Octauus articulus est. q̃s est baptis- VIII. ar
mi effectus? Dicit̃ aũt ꝙ est prima gra- ticulus
tia baptismalis. quia sacramenta noue
legis efficiunt qd̃ significant. ideo cum
gratiã significent efficiunt ipsam. vt eaꝫ
infundendo expellant culpam sibi con
trariam. sicut vnum oppositum expellit
aliud. ⁊ ita baptismalis gratia dicit̃ res
istius sacramenti. Intelligendum est
tamen: ꝙ quadrupliciter conuenit illud
sacramentum accipi ꝑm veritatem vel
apparentiam. quia Aliqui sunt q̃ non A
accipiunt sacramentum: nec rem sacra
menti. sicut cum aliquis ficte accedit nõ
accipit rem sacramẽti: quia peccat mor
taliter. ⁊ cũ tali peccato non stat gr̃a ba
ptismalis. nec recipit sacramentũ. si mi
nister non intẽdit facere qd̃ facit eccl̃ia.
qꝛ intentio est de essentia sacramenti: vt
patuit tanq̃ causa finalis. Aliq̃ sunt
qui recipiunt sacramentum ⁊ rem sacra
menti sicut quãdo baptizandus non po
nit obijcem nec baptisans in intentione
fraudem facit. qꝛ tunc nulluꝫ est impedi
mẽtuꝫ ex parte agentis nec ex ꝑte patiẽ
tis ⁊c̃. Aliq̃ sunt qui recipiũt sacr̃m et
nõ rem sacramẽti. sicut cum quis fictus
accedit ad recipiendũ qd̃ confert eccl̃ia.
q̃uis non credat: ⁊ baptizans idem in
tendat conferre siue credat siue non cre
dat. qꝛ ꝑm Aug. nõ ꝑficit̃ talis actus in
fide singularis ꝑsone: sed vniuersalis ec

clesie. Aliqui sunt qui accipiunt rem sacramenti ⁊ non sacramentū. sicut veniens ad baptismum cū debita contritiōe ⁊ deuotione si minister maliciose nō intendit sacramentū cōferre. tunc nō accipit sacramentum. qꝛ nō est in conferente intentio debita. vnde si posset cōstare teneret̄ ad baptismū iterum: tamē recipit rem sacramenti. vt credit̄ quia deus nullum obligat ad impossibile. ꝑm Hiero. nec deus obligauit suam potentiā sacramētis. Cuius articulū habem⁹ act⁵. iiij vbi spūssanctus fuit datus audientibus p̄dicationē petri anteq̄ fuissent baptizati. vnde dixit idem apl'us. Nunq̄d aqua quis pōt ꝓhibere: vt nō baptisent̄ hij q̄ spm̄sctm̄ acceperūt sic̄ ⁊ nos. Nonus

IX. articulus. articul⁹ est. q̄lis est baptismi ritus. Dī q̄ talis est. vt nullo mō sacramentū istd̄ iteret̄. qꝛ sicut semel sumptū est salutifeꝝ ita bis sūptū esset. s. mortifeꝝ. Intelligendū est tamen q̄. v. ratiōes assignant̄ non iterabilitatis istius sacramenti. q̄ꝝ

B Prima est ex istius sacramenti reuerentia: quia si frequenter iteraretur vilesceret ex frequentia. sicut vilescunt quātuncunq̄ magna: quando sunt assueta ꝑm Aug. Ista tamen ratio per se non videtur sufficere. quia sacramētum eucharistie est dignitas. ꝑm b. Aug. ⁊ tamē nō fit ei irreuerentia cū frequenter iteretur. nisi quis dicat q̄ super eadem materia nunq̄ fit illius iteratio. Scd̄a est ex istius sacramēti sufficientia. qꝛ aliq̄ operatio nō iterat̄ circa aliquā materiā nisi qꝛ est imꝑfecta. ⁊ istud qd̄ nō ꝑficit p̄ma opatio ꝑficit scd̄a. sicut patuit in ablutione imꝑfecta. Et ideo qꝛ in baptismo aīa ꝑfecte abluit̄: talis ablutio non iteratur.

Tertia ratio est. ex istius sacramenti indulgētia. qꝛ cū istud sacramentū idulgeat totaliter penā ⁊ culpā omniū peccatoꝝ esset incentiua ⁊ occasio delinquēdi: si posset iterari cū nullus timeat nisi penam. Quarta ratio est ex istius sacramenti causa. qꝛ istud sacramentū sic̄ circūcisio in veteri lege ordinat̄ principaliter ad deletionē peccati originalis. sed ex habundanti abstergit peccata actualia: quando inuenit ipsa. Et ideo quādo peccatū originale nō pōt iterato ꝯtrahi istud sacramentum non debet iterari.

Quinta ratio est ex istius sacramēti effectualitate vel efficatia. qꝛ in sacramēto baptismi imprimit̄ caracter qd̄ est signum indelebile. ⁊ ideo qꝛ talis effect⁹ est indelebilis: eius causa nō est iterabil̄ vnde di. apl's ad heb. vi. Non rursuꝫ debemus iacere fundamentū pnīe ab operibus mortuis ⁊ baptismatū doctrine īpositionis quoq̄ manuum. qꝛ. s. fundamentū pnīe est baptism⁹: sine q̄ sacramētum pnīe est nullū. Decimus articulus est. que sunt istius sacramenti priuilegia. Dicit̄ aūt q̄ istud sacramentū inter cetera no. testa. sacramēta habet quatuor priuilegia. quorum Primū est q̄ istud sacramentū est primū. qꝛ ꝑ istd̄ datur singulariter esse spūale sicut per alia bene esse. ⁊ ideo hoc sacramentū est ante om̄ia. licet em̄ istud sine aliq̄ alio possit esse. tn̄ nulluꝫ alioꝝ sine isto p̄mo potest esse ⁊ ideo est regeneratio ꝑm p̄missa. eē autem p̄cedit bene esse. Et ideo dicit̄ baptismus ianua sacramentoꝝ. Et iō xp̄s in sue manifestationis exordio mox voluit baptisari Mat. iij. ca. Scd̄um q̄ istd̄ sacramentū est cōmunissimū cetera aūt sacr̄a determināt sibi sex⁹: vt ordo aut etates vt alia q̄nq̄. istd̄ aūt oī etati ⁊ sexui ē cōmune cū etiā īfantib⁹ mox nat⁵ tribuat̄. Tertiū est q̄ istud sacramentū est sūme necessariū. cetera eī sacramēta lꝫ sint necessaria loco ⁊ tpe ad salutez nō tn̄ semp. sed ꝓ semp. sicut obligāt precepta affirmatiua. tamē istud om̄i tempore ⁊ loco ad salutē est necessarium. vnde obligat ad semper ⁊ pro semper. qꝛ talis non potest videre regnuꝫ dei nisi fuerit renatus ex aqua ⁊ spūsancto. Jo. iij. ca. Quartū priuilegium est q̄ istud sacr̄m ē efficacissimū. qꝛ lꝫ ꝑ ꝓtutē alioꝝ sacr̄oꝝ remittat̄ culpa ⁊ ꝯferat̄ gr̄a: tn̄ ꝑ nulluꝫ absoluitur a pena totaliter: quin talis de peccatis puniatur in hoc mundo vel in purgatorio, Istud autem sa-

X. articulus.

C

A

cramentum ita totaliter penam ⁊ culpā diluit vt nō remaneat q̄s obligatus ad aliquā penā in hoc mūdo nec in futuro. q̄ si iohes p̄dicauit baptismū pnie in remissionē peccatoꝝ: multomagis baptismus xp̄i fuit efficax omnino ad remittēda peccata Mar. i. ca. Undecimus

XI. articulus

articulus est: que sunt istius sacramēti ꝓprietates. Dicit aūt q̄ elementū aq̄ circa qd̄ fit materialiter istud sacramentū habet quattuor ꝓprietates reptas in diuina scriptura: que cōueniūt huic sacramento. quaꝝ Prima est q̄ aqua hꝫ virtutē abstersiuā. sicut expimur ad sensuꝫ. ⁊ ideo res deturpata aqua abluit. vnde Leui. xv. vasa immunda p̄cipiunt aqua lauari ad sordē abstergendā. Istam aūt ꝓprietatem hꝫ baptismi sacramentū. q̄a omnē sordē anime abstergit tam originalem q̄ꝫ actualē si oijbcē nō inueniat ſm p̄missa ⁊c. Scd̄a est q̄ aqua habet virtutem refrigeratiuā. q̄ꝛ est elementū frigidum ⁊ humidū ideo habet sitim extinguere. que est appetitus frigidi ⁊ hūidi. ex. ij. de aīa. vnde dicit iudi. vij. q̄ filij israel hauriebant aquā ad refocillandaꝫ aīam. Et istā ꝓprietatem hꝫ baptismi sacramētū. q̄ꝛ calorē carnalis ꝯcupiscētie hꝫ refrenare. vt baptisati nisi ponāt obijcez facilius talibus passionibus possint resistere: sicut dicit. iiij. sen. Tertia ē q̄ aqua hꝫ ꝟtutē cōtrarij fugatiuā. Uidem⁹ em̄ ad sensum q̄ licet ignis sit virtuosior aqua: tn̄ aqua apposita igni extinguit ip̄m in equali mēsura. vn̄ dicit sap̄. eccl. iij. Ignem ardentez extinguit aqua Istā ꝓprietatē hꝫ hoc sacr̄m baptismi. q̄ꝛ lꝫ diabolus ſm suā naturā sit potentior aīa vt ignis aq̄: tn̄ anīa postq̄ꝫ est baptismi sacramēto ꝯsecrata ita p̄ualet aduersus hostē: vt in ea nullā habeat potestatē ad obsidendū eā sicut p̄us quēadmodū sancti expti sunt in eccl̄ia primitiua.

Quarta ꝓprietas est q̄ aqua hꝫ virtutē fecūdatiuā. q̄ꝛ vt sensu ꝑcipimus sine humore aque terra germinare nō pōt vt docet Aug. sup gen̄. Et ideo dicebāt filij ꝓphetarū ad heliseū. iiij. R. ij. q̄ quia aque hiericho pessime erāt. iō terra erat sterilis cum de se esset optima ⁊c. Istam ꝓprietatem habet baptismi sacramentū q̄ꝛ donec anima nostra non sit ſm istud sacramentū renata: salubrē fructū non ꝓfert alicuius meriti condigni ad vitam eternā. q̄ꝛ nondū habet gratiā baptismalem que est prima. postq̄ꝫ aūt est baptizatus: pōt talis fructus germinare quorū quilibet est dignus vita eterna. Et ideo dicit saluator Mat. xi. q̄ a diebus Joh. baptiste regnū celoꝝ vim patit. q̄ꝛ. s. tanquam debitū tempore baptismi dat. Et ideo quia talia merita plus ꝓsunt in bono q̄ꝫ demerita noceant in malo. cū potētior sit natura boni ſm. b. dio. vtilius est baptismū in infantia dari ad multiplicanda merita q̄ꝫ tardari ad delēda plura peccata ⁊c. Duodecimus articul⁹

XII. articulus

est. qualia sunt istius sacramēti solēnia Et dd̄m. q̄ p̄missis alijs duabꝫ solēnitatibus ad baptismum. s. exorcismo qd̄ fit ad refellendas aereas ptātes ⁊ cathacismo q̄ fit ad disponendū: ꝓpter fidei virtutes sequunt cerimōie quatuor q̄ in sacramēto seruari debent. Ex quibus colligunt quatuor documēta Et Primū est ad orientem cōuersio. quia iste q̄ baptizabat in primitiua ecclesia fidē suscipiens cōuertebat faciē ad oritntē. ſm. b. dio. de ecclesiastica ierarchia. in quo datur intelligi ꝓ eo q̄ oriens est fons dict⁹ luminis. ꝓpter qd̄ prima illūinatio fidei fit in baptismo. vnde cū in ceteris sacramētis requirat aliqua deuotio hic sufficit sine obijce sola fides ꝓpter qd̄ eunucho querenti a philippo q̄s prohibet me baptizari respondit: Si credis ex toto corde licet actꝫ. viij. ca. Secundū est totalis īmersio. solent enim corpora que baptizantur non solum ablui: sed etiam in aqua totaliter immergi. sicut corpus christi in sepulchro fuit inclusum. cuius sepultura figura est submersionis isti⁹. sicut scribit apl̄us ad ro. vi. Consepulti em̄ sumus cū xp̄o per baptismū: vt in nouitate vite ambulemus. Tertiuꝫ est trine immersiōis replicatio. quia q̄ ba-

ptizatur tribus vicibus immergi solet sicut xp̄us tribus diebus latuit in sepulchro ad exemplū ione in ventre ceti latitātis per triduū Mat.xiiij. Quartum est crucis cōsignatio: que fit in iuocatione sancte trinitatis. quia baptismꝰ totā suā virtutē ⁊ efficatiā habet a passione xp̄i; pfluente aqua de xp̄i latere dormientis in cruce io.x. Ideo dicit paulus ad ro.vi. ꝙ quicunq; baptisati sumꝰ in xp̄o: in morte ipsius baptisati sumꝰ ⁊c.

XIII. articulus Tertiusdecimus articulus est. quot sunt istius sacramenti signacula. Dicit̄ aūt ꝙ ania sacramentū baptismi digne suscipiens consignat̄ quadruplici signaculo subordinate Et Primo signaculo caracteris distinguētis. quia in sacramento baptismi ſm.b.dio. de ecclesiastica ierarchia imprimit̄ caracter in ania: ⁊ est indelebilis forma. Scd̄o signaculo fidei illūinantis quia infunditur ei fides supernaturalis: sicut notat̄ in. iiij. sen. Tertio signaculo gratie acceptū facientis. quia cum omnia sacramenta noue legis conferant gratiaꝫ gratia baptismalis est potior effectꝰ istius sacramenti. Quarto signaculo innocentie decorantis. quia cum baptismus abluat omnia peccata vniuersal'r statuit pfectā ⁊ integram innocentiā. Et ista signacula ordine gradato se habent quantuꝫ ad remotionez. Primo quia perfecta ⁊ integra innocentia aufertur per peccatum venialis culpe. quia nullum peccatum veniale vel mortale secū patitur integra innocentia. ideo dicebat moyses domino exo.xxxij.ca. Nullus per se est innocēs apud te. Scd̄o gr̄a remouet̄ per peccatū cuiuslibet mortalis īiusticie quia licet gratia gratum faciēs non auferatur per peccatum veniale: tamen totaliter aufertur p mortale: ⁊ ideo dauid postq̄ lapsus fuerat in peccatum mortale: dicebat redde mihi letitiaꝫ salu.tui.

Tertio remouetur fides per solum peccatum perfidie. quia licet gratia per quodcunq; peccatum scꝫ mortale amittatur: tamen fides non amittitur. quantumcunq; mortaliter peccat̄ nisi sit peccatum contra fidem. quia licet fides stare possit cum iniusticia: non tamen cū pfidia sibi ꝯtraria de quibꝫ ostendit apl's ad thi.i. Fidelibus nihil est immūdum.

Quarto caracter qui est primum signaculum. per nullum enim peccatum deleri potest. vnde ipsum vocant theologi signum indelebile. alioquin si posset per peccatuꝫ deleri: oporteret ad eius reparationem baptismuꝫ iterari. cuius oppositum patuit. Istud signum est illud de quo habetur apoc.ix. qd̄ habēt homines a potestate demonuꝫ erepti in frontibus suis in superiori portione ratiōis ⁊c. Quartusdecimus articulus est. q̄lia sunt vel fuerunt baptismi miracula. XIIII. articl'us Dicit̄ aūt ꝙ in xp̄i baptismate fuerunt quattuor miracula ex quibus colligunt̄ circa sacramentum baptismi quattuor documenta. quoꝝ Primum miraculū fuit celi apertio. dum enim christus a iohanne baptisaretur: celi aperti sunt sup eum Math.iij Ex quo colligimꝰ documentum ꝙ in sacramento baptismi aperitur regeneratis ianua celi. ita ꝙ si tūc moriuntur statim euolant: cum per baptismum quilibet absoluatur a pena ⁊ a culpa. ſm premissa. Secundum fuit dei patris locutio. quia audita fuit vox patris loquentis ⁊ di. Hic est filius meus dilectus. ex quo colligitur documentum ꝙ quicunq; baptizati filij dei efficiuntur per adoptionem ſm illud qd̄ habetur Joh.i. Quotquot aūt receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his ⁊c. Tertium fuit spūssancti ap̄ aritio. quia in colūbe specie spiritussanctꝰ descendit ⁊ mansit super christum ibidem. ex quo colligitur documentū ꝙ cuicunq; per baptismum regenerato conferunt̄ dona spiritussancti. quia sicut Johannes baptizauit tantū in aqua: ita p̄nunciauit xp̄i baptismuꝫ futuꝝ in spiritusancto. Luc.iij. dicendo. Ego baptiso vos in aqua: iste autem baptisabit vos spiritusancto. Quartum fuit supernaturalis motio. quia mox vt xp̄us fuit

baptizatus fuit impulsus supnaturali/
ter ad ingrediendū desertum. vt dicitur
Mat. i. ca. qr statim vt fuit baptisatus
spiritus impulit eum in desertuz. ex quo
colligitur documētum ꝙ illi qui sunt re
nati sacramento baptismi inclinant̄ sup
naturaliter ad opanduz bonū. ꝑm illud
apostoli Qui spiritu dei agūt̄ hij filij di
XV. arti sunt ad ro. viij. ca. Quintusdecimus
culus. articulus est qualia sunt gratie baptis/
malis p̄conia. et dicitur ꝙ q̄nq; quorum
Primum est ꝙ gratia illa habet con/
iunctam virginitatez anime. quia sicut
virginitas constat in nō fuisse carne cor/
ruptam: ita spiritualis virginitas con/
sistit in eo ꝙ est animam postq̄ renata
est non fuisse infectam. et illud sibi non
conuenit nisi quamdiu conseruatur gra
B tia baptismalis sine labe peccati morta/
lis ipsam totam obruentem. Et ista vir/
ginitas est multo p̄ciosior q̄ corporalis
quanto natura est magis digna. quem/
admodum virginitas hominum precel
lit virginitatem brutoꝝ. Et ꝑm illam di
cit. b. Hiero. ꝙ semp est angelis cogna/
ta virginitas. quia natura eoꝝ nunq̄ fu
it peccato īfecta. Scdm est ꝙ ista gra
tia habet annexam sibi stabilitatem.
quia quādo est aliquis hostis qui timet
nimium superari: non ita audet inuade/
re illum qui nunq̄ fuit superatus: sicut
illum qui quādoq; fuit victus cuius ex/
pertus est infirmitatem. inimicus autē
noster propter superbiam suā nimiā ita
timet supari. vt sententia fuerit patrum
antiquoꝝ. vt semel victus de aliquo nū/
q̄ de eodem temptaret. Et ideo qr exn̄s
in gratia baptismali. non dum fuit supa
tus: timet ipsum hostis impugnare: ne
succūbat. ⁊ ita stat firmus. vt dicit beat⁹
Ja. in canonica sua. Resistite diabolo et
fugiet a vobis. Tertiū est ꝙ ista gra/
tia habet sibi annexā facilitatem. quia q̄
cunq; per peccatum mortale gratiā illā
amisit: pronitatem ad malū ex actu pec/
candi acquisiuit cum ex multis actibus
praui habitus generent̄ inclinantes ad
malum. ⁊ quia habens gratiā baptisma
lem taliter nō peccauit: nec ꝑ conseq̄ns
acquisiuit talē inclinationē: iō facilius
operatur opus bonū sine resistentia ha/
bitus viciosi. vnd̄ deprauatis ꝓpter ma
lam consuetudinez dicit̄ Hiere. xiij. Si
mutare pōt ethiops pellem suā aut par/
dus varietatem suā: ita ⁊ vos potestis
benefacere cū didiceritꝫ malū. Quar VIII. ar
tum est ꝙ ista gratia habet secū annexā ticulus
securitatem pro eo ꝙ quilibet potest esse
certior de gr̄a baptismali: si postea non
est sibi cōscius de peccato mortali q̄ de
gratia penitētiali. ꝓpter hoc in sacramē
to baptismi sine omi cōtritione infundi
tur gratia. dum tamen nō ponat obijcez
In sacramēto vero pnīe attritio ⁊ cōtri F
tio requirunt̄: de quib⁹ nō pōt ita certu/
dinaliter sciri quando sunt sufficientia.
et ideo beatus Job qui gr̄am primā ser
uauerat: que nunc est baptismalis de ip/
sa securus exn̄s dicebat: Non rep̄hendit
me cor meū in omni vita mea. xxvij. ca.
Quintū preconiū est ꝙ ista gr̄a habet
felicitatem sibi annexā ⁊ debitā spālem
quia si virginibus ꝓmittit̄ aureola ꝑm
integritatem carnis cōcomitāte ꝯsensu
mentis. qr ꝓpositu castitatis nunq̄ fre
gerunt multomagis debet̄ illis q̄ casti/
tatis mentalis ⁊ spūalis sigillū nunq̄
amiserunt. cum virginitas anime sit no
bilior. sicut corruptio peior. vnde virgini
tas anime beati Job de qua dictuz fuit:
qui tamen non fuit virgo. ꝑm corpus iu
ste prefertur virginitati Jo. euangeliste
qui virgo exn̄s in corpore in xp̄i passione
dicit̄ peccasse mortaliter ⁊ per cōsequēs
spūalem amisisse virginitatē. Et ideo il/
lis magis debet̄ aureola quantū ad istd̄
Et de istis virginibus dicit̄ apoc. iij. ꝙ
non inquinauerunt vestimenta sua. qui
bus in baptismo fuerāt decorati. Et iō
ambulabunt mecū in alb: qr digni sunt.
Sextusdecimus articulus est. quare
xp̄us fuit baptisatus. Dr̄ autem ꝙ solēt XVI. ar
assignari quinq; rationes. quarum est. ticulus
Prima vt exemplum nobis daret quia E
in moralibus magis mouēt facta q̄ ver
ba. vnde dicit apostolus. i. coꝝ. iiij. Non

enim in sermone est regnum dei: sed in virtute. z ideo christus vt ceteros inclinaret efficatius ad sacramentum baptismi percipiendum: voluit ipse baptisari

Secunda est vt equitatem ostenderet quia iusticie ratio exigit q̄ quādo quis ius in alterum statuerit ipse eodem iure vratur. Et per istam rationem condemnauit nathan. dō. ij. R. xij. cum proposuit iudicium. Et quia christus istam legem p̄o omnibus instituere voluit. iccirco in seipso p̄m equitatis regulam sumpsit. Tertia est vt humilitatem doceret: quia cum baptisans sit superior baptisato tanq̄ patrinus z pater spiritualis: christus in hoc q̄ a iohanne suscepit baptismuz humiliauit se. ideo iohānes baptista dicebat illud Mat. iij. recusans christi ad se humiliationem. Ego a te debeo baptisari: z tu venis ad me? z tō christus subiecit se suo iferiori quod est gradus sūmus humilitatis. Quarta est: vt nobis conformis esset. si enim iudeis voluit se conformare in circumcisione vt non esset dissimilis patribus: multomagis christianis in baptismo. quorum est princeps exercitus. vnde dicit apostolus ad heb. ij. q̄ xp̄s debuit fratribus per omnia assimilari vt misericors fieret z c̄. Quinta est vt christus sanctificaret aquas. sicut enim suo sanguine sanctificauit crucem et mundum ita ex contactu mundissime carnis sue sanctificauit aquas: z tribuit eis virtutem regeneratiuaz. Et p̄o ista sanctificatione dicit ysa. xij. Hauretis aquas de fontibus saluatoris. i. a saluatore sancti ficatis. Decimusseptimus articulus est. qualiter christus fuit baptisatus. circa quem articulū ponunt quattuor virtutes principales. quarum Prima est q̄ xp̄us non videt fuisse baptizatus in in forma baptismi quaz tenet moderna ecclesia. q̄ illa forma fuit instituta Mar. vltimo post christi resurrectionem: z ista non vtebatur io. baptista cum sui baptisati rebaptisarentur. Secunda est q̄ christus nō fuit baptisatus in forma baptismi quam tenuit ecclesia primitiua. quia illa fuit in nomine iesu christi: vt habetur. actz. x. sicut nunc fit in nomine patris z filij z spiritussancti. Et ideo nō videtur conueniens q̄ christus baptisaretur in nomine iesu christi. Tertia ē q̄ christus non fuit baptisatus in forma baptismi Johannis cōmuni. quia sicut colligitur ex euangelio z dicunt sancti cōmuniter q̄ bea. ioh. baptista in nomine venturi baptisabat non est aūt verisimile q̄ christus baptisaretur in nomine sui ipsius venturi post cū iam venerat Vnde sicut requiritur distinctio inter baptizantem z baptisatuz vt nullus possit baptisare seipsum: ita videtur requiri necessario inter baptisatum et eum in quo nomine baptizatur. sicut inter principium a quo z effectum. Quarta veritas est q̄ christus fuit baptisatus sub aliqua forma speciali diuinitus reuelata beato iohanni: quia si fuisset baptizatus sine vlla forma: tunc fuisset pura ablutio. z non sacramentum cuius oppositum dicit beatus Ambrosius. et si ibi fuit aliqua forma verborū oporteret p̄m premissa q̄ fuerit specialis cum scōm p̄dicta alie fuerint excluse que sunt communes: que autem fuerit ista videtur cōmuniter ignorari. Sed oritur dubiū quia si christus non fuit p̄m eandem formam baptisatus vt ceteri christiani: cū circūcisus fuerit sicut ceteri iudei magis ergo voluit assimilari ipsis q̄ nobis contra premissa nec tunc dedit exemplū.

XVII. articulus

Dicitur autem q̄ licet non fuerit eadem forma transiens: fuit tamen eiusdē rationis res sacramenti permanens scz; caracter. quia eiusdez rationis creditur infusus christo z ceteris xp̄ianis. vt idez signuz sit ducis z exercitus. Et forte caracter fuit alterius rationis in iudeis.

Ad argumentum factuz in principio questionis. Dicitur q̄ modo perfectiori christus suscepit baptismuz. q̄ ipsum p̄cepit alijs aut docuit. Et istud sufficit immo superbabundat z c̄.

In festo sancte Agnetis virginis et martyris. Sermo.

Enerunt nuptie

agni ⁊ vxor p̄parauit se apoc. i.ca. Ad cuius verbi declarationem est intelligendum ꝙ qñ aliqđ matrimoniũ cõtrahit̄ circa puellaꝫ que desponsat̄ ꝯtingunt quattuor mutatio-
E nes quarũ.s. Prima est: qꝛ talis puella a ꝓprijs parẽtibus sequestrat̄. qꝛ desinit esse in potestate ꝑntuꝫ. et incipit esse in ptãte viri. sicut docet̄ in diuĩa scriptura numeroꝝ. iij. vbi dicit̄ ꝙ puella q̄ꝫdiu est in domo p̄na votuꝫ eius est in ptãte p̄ris. si aũt nupta fuerit est ei⁹ votum in ptãte viri: ⁊ nõ p̄ris. Scđa est. qꝛ alijs ꝑentibus copulat̄ quia ex tali desponsatione contrahit affinitatẽ cũ ꝑentib⁹ viri. ita ꝙ cũ eis cõtrahere non valeat ꝑm aliq̊s gradus vt docet scriptura diuina leuit̄. xviij. ca. Homo ad ꝓximã sui nõ accedet vt reuelet turpitudinẽ eius ⁊ infra. Nec accedas ad vxorẽ eius q̄ tibi affinitate ꝯiungit̄. Tertia est. qꝛ tal' puella a ꝓpria nobilitate expoliat̄. Cui⁹ rõ est mutatio ꝑsone eo ꝙ a ꝓprijs parẽtib⁹ sequestrat̄. vnde si filia regis plebeio nubat nobilitate regia p̄uat̄. vñ scribit̄ leuiti. xxij ꝙ filia sacerdotis nupta cuicunqꝫ de populo fuerit: de his que sanctificata sunt ⁊ de p̄mitijs nõ vescet̄. Quarta ẽ qꝛ talis puella ad aliã dignitatẽ assumitur. quia viri ꝑentib⁹ copulat̄. vñ si filia ignobilis nubat regi vel filio regis assumit̄ ad regiã maiestatẽ. sicut patuit ĩ hester quã rex assuer⁹ voluit esse reginã cũ esset de hũilibus ꝑentibus nata. Hester ij. Amauit eam rex plusq̄ꝫ oẽs mulieres habuitqꝫ gratiã corã eo sup̄ om̄es mlieres ⁊ posuit diadema regni in capite ei⁹ ⁊c. ⁊ tñ fuit de hũili ꝑentela. Istis autem p̄missis. q. quattuor p̄ambulis: seq̄tur vna ratio. que in diuina scriptura inuenitur exp̄ssa. ⁊ est ꝙ qñ aliqđ m̄rimoniũ cõtrahit̄ puella a viri cognatione nũcupat̄. vnde. ys. iiij. Mulieres septẽ app̄hendent virũ vnũ in die illa di. panẽ nostrũ comedem⁹ ⁊c. Et sequit̄: tm̄modo inuocet̄ nomẽ tuũ sup̄ nos. Et qꝛ in isto sacro matrimonio in q̊ dei filius beate Agneti fuit despõsat⁹ spõsus fuit agn⁹. iccirco decuit vt in nuptijs istis virgo illa diceret̄ Agnes ab agno. q. cognominata a suo sponso. Et ideo ad istius virginis cõmendationẽ ⁊ cognomen declarandũ cõuenienter assumit̄ verbũ istud Venerũt ⁊c. Sed attendendũ est. ꝙ ad nuptiaꝝ bene esse duo requirunt̄ p̄ncipaliter. s. Primo ꝙ ꝑsona sponse sit p̄ciosis iocalibus ornata. Scđo ꝙ ꝑsona sponsi sit dignis natalib⁹ illustrata Et qꝛ in p̄senti matrimonio p̄mo ꝑsona spõsi fuit illustrata nobilib⁹ natalib⁹. iõ p̄mittit̄ Venerunt. Iste q̄ꝓpe agnus est eterni dei filius de quo dicit̄ apoc. v. Dignus est agnus qui occisus est: accipere potestatẽ virtutẽ deitatẽ sapientiã honorem fortitudinẽ gl'iam ⁊ benedictionez Scđo q̄a ꝑsona sponse. s. beate agnetis fuit adornata p̄ciosis iocalib⁹. Et ideo sequit̄. Et vxor eius ⁊c. ꝓ qua vxore, põt accipi illud apoc. xxi di. angelo ad b. iohannẽ Veni ostendã tibi sponsã vxorez agni. Ubi est intelligendum ꝙ hic facit differentiã inter sponsã ⁊ vxorẽ agni alioq̄n faceret nugationẽ. cuꝫ dicit sponsam vxorem. qꝛ sponsa dicit̄ qñ matrimonium est iniciatũ sed vxor qñ est cõsumatum. Matrimoniũ aũt iniciat̄ ꝑ animorum cõsensum: sed cõsumat̄ ꝑ corporuꝫ associationẽ. Nũc aũt beatissima agnes non solũ fuit sponsa agni ꝑ votum virginitatis emissum. sed etiã fuit vxor. quia post votum virginitatis corꝑi xp̄i fuit associata. vnde sicut refert btũs Amb. Jaꝫ corꝑi meo corpus eius sociatũ est. ⁊ sanguis eius ornauit genas meas. anulo suo subarrauit me ⁊c. Circa p̄maꝫ ꝑtem thematis cũ dr̄ Venerunt nuptie ⁊c. Est intelligendum ꝙ septẽ nuptie illius agni describunt̄ in sacra scriptura.

Prime nuptie sunt iste in q̄bus mat̄ domini cũ ioseph fuit associata Mat. i. Cum esset inq̄t desponsata. ⁊c. Iste aũt nuptie dicunt̄ agni non ꝙ ex ipsis fuerit I. nuptie.

xp̄i generatio in se facta. sz quia quo ad
homines ex ipsis fuit generatio honesta
A xp̄i. vnde Amb. sup Luc. tangit quinq;
rōnes quare isti agno nuptie celebrate
fuerunt. quarum Prima fuit qr xp̄us
sicut fidelis magis voluit apud infide/
les suam natiuitatē manifestare q. s. na/
tus fuerit p ꝓpagationē q̄ matris casti
tatem violare q si mater cōcepisset po/
tuisset p fornicationē diffamari: si nō de
sponsata peperisset. vnde dicit. Maluit
aliquos de suo ortu: q̄ de matris pudo/
re dubitare: nec putauit ortus sui fidem
matris iniurijs astruendam ꝛc. vsq; ad
apicem fecunditas. Scda fuit. qa nō
decuit vt mulieribus infamibus mater
domini foret ī exemplū. vñ dicit sic: Nō
decuit virginibus sinistra opinione vi/
uentibus excusationis velamē relinqui:
q infamata mater domini videretur.

Tertia est qr testimoniū ioseph spon
si erat sufficientissimū ꝓ virginis casti/
tate cū ipse nutriret filium quez sciebat
se nō genuisse. qd nō fecisset: nisi matris
castitatē nouisset. vnde dicit sic Quoni/
am locupletior testis castitatꝫ extitit ma
ritus: qui posset dolore iniurie vindica/
re obproprium: si cognouisset violatum
sacramentum. Quarta ratio est. quia
docuit malis hominibus velamen excu
satiōis auferri: ne se possent excusare de
christi persecutiōe. vnde dicit sic. Quid
iudeis: quid herodi posset ascribi si na/
tum ex adulterio persequi viderentur.

Quinta ratio est vt diabol⁹ deciperet.
circa istud mysterium sicut primo dece
perat qui partum innupte virginis po/
tuisset habere suspectuz vnde dicit q nō
mediocris causa fuit fallendi principez
II. nu/ptie. mundi ꝛc. Secunde nuptie sunt in q̄
bus natura humana fuit verbo copula/
ta: de quibus ꝑm expositionez beati gre
gorij ītelligitur qd scribitur Mat. xxij.
Simile est regnum celoꝝ homini regi
B qui fecit nuptias filio suo ꝛc. Intelli/
gendum est tamen q sacramentū incar/
nationis xp̄i de quo nūc agitur recte nu
ptijs comparatur ratione quadruplici.

quarū scz Prima est qr vinculū ma/
trimoniale est vinculū vnionis maximū
inter vniones humanas. Unde excedit
vinculum vnionis patris ꝛ matris cum
prole di. scriptura geñ. ij. Ob quā causā
dimittet homo patrem ꝛ matrem ꝛc. qd
dictum replicat saluator in euangelio.
ita vinculum vnionis verbi cuz natura
humana sibi desponsata est supremum
inter vincula cuncta creata qd be. Ber.
inducit di. q ista vnio tenet a ratione in
ter omnes vniones citra illam qua vni
untur tres persone in vna natura diui/
na. Scda est quia sicut nuptie fiunt ī/
ter principes post longam dissensionem
vt pax possit firmius reformari. vn/
de vulgo dicitur q bella principum va/
ticinantur connubia: ita ista sacra vnio
fuit facta ad pacem firmandā inter deū
ꝛ homines: qui fuerant adinuicem di/
scordes. ideo dicit apl's. ad ephe. ij. q ip/
se est pax nostra que fecit vtraq; vnum.
scz natura vtraq; vnita in eodem suppo
sito. Tertia est. quia sicut nuptie pro
curātur affectuose ꝛ sollicite puellis no
bilib⁹ a parentibus ꝛ fratribus: quādo
habent desponsari regibus. quia in hoc
honorant̄: ditant̄ ꝛ extollunt̄. ita iste nu/
ptie fuerunt a sanctis angelis diligētis/
sime ꝓcurate. sicut patz Luc. i. loquente
angelo ad domini matrem. Isti autē
angeli in hac desponsatiōe sublimati fu/
erūt. quia sunt fratres germani animaꝝ
ratiōalium que ab eodem patre sunt ꝓ/
ducte. ꝛ eadem matre spirituali ad eius
imaginem facte. Et ideo quando anīa
rationalis christi fuit verbo vnita: tunc
soror eorum extitit desponsata ꝛ non mi
rum si de hoc gaudebant Luc. ij. Facta
est cum angelo multitudo militie cele/
stis laudantium ꝛ di. gl'ia in altissimis.

Quarta est quia sicut in nuptijs pre/
paratur cibus pro sponsa quāto fieri po
test delectabilis: vt eius animus allicia
tur ad sponsi complacentiam: ita in ista
benedicta incarnatione maxime vt ani/
ma xp̄i fuit verbo despōsata per vnionē
ypostaticam fuit fruitione diuine essen/

tie glorificata perfecta visione sicut dicit propheta dauid. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Tertie nuptie sunt in quibus persona agni fuit manifesta-
III. nuptie. ta de quibus habetur Joh. ij. ca. Et die tertia facte sunt nuptie in chana galilee ꝛc. Iste aũt dicuntur nuptie agni qa ibi agnus manifestauit gloriã suã. vt habek ibidem. In quibus nuptijs sponsa dicit fuisse Maria magdalena. ꝛ spõsus Jo. euangelista. Dicit aũt b. Hiero. q̃ xp̃us vocauit eum de nuptijs volentẽ nubere Hec istud derogat eius virginitati. qa mater domini dedit consensum in sponsum: sine ꝓginitatis diminutiõe. in mẽte dando consensum in matrimoniale vinculũ et non matrimonialem actum. Et sic de beato Johanne credi põt. immo cessit matrimoniũ istius in virginitatis laudẽ. quia virginitas per se sumpta est virtus pura. sed si cõiungatur sacramento fit consecrata. Intelligendum, est tamen q̃ in diuina scriptura inueniuntur quattuor virginitates consecrate. require supra in sermo. b. io. euangeliste sermone. Dilectus meus articu-
IIII. nuptie. lo. v. Quarte nuptie fuerunt ꝛ sunt ille in quibus anima fidelis xp̃o efficitur coniugata. Iste aũt nuptie fuerunt per incentiuum amorem christi sponsi ꝛ anime sponse se mutuo desiderantium. de quibus ad litteram loquitur Johãnes in apoc. vltimo ca. Sponsus ꝛ sponsa dicunt veni scilicet pro reciproco ꝛ intenso desiderio copulandi. Intelligendum est tamen q̃ istud matrimoniũ in sacramẽto baptismi primo iniciatur. quia est sacramentuz fidei. vnde dicit propheta osee. ij. Desponsabo te mihi in fide ꝛc.

Scõo consumatur in diuina eucharistia vbi corpa coniugam copulank. sicut dicit dominus in iohanne. vi. Qui manducat meã carnem in me manet et ego in eo. Tertio quandoq̃ repudiak̃ pro pter lapsum peccati mortalis. quia causa fornicationis licet repudiare vxorem: sicut dicit dominus in euangelio Mat. xix. Dico aũt vobis q̃ quicunq̃ dimiserit vxorem suam: nisi ob fornicationem ꝛ aliaz duxerit mechak. quasi dicat licz dimittere quando fornicatur. immo nõ licet eam tenere. ſm sententiam sapientum quam b. Augu induxit in libro. retractationum. ꝛ quia etiaz peccatũ mortale est spiritualis fornicatio cũ sit auersio a vero sponso ꝛ cõuersio ad bona cõmutabilia cum quibus anima voluntarie iuncta adulteratur. ideo in tali actu anima desponsata a christo repudiatur. leuitz. ij. Si mechat⁹ fuerit quis cũ vxore alterius ꝛ adulteriũ perpetrauerit cũ coniuge proximi sui morte moriatur.

Quarto reconciliatur: ꝛ hoc per sacramentum penitentie in quo anima reuertitur ad verum sponsum. vnde talẽ spõsam alloquens dominus Hiere. iij. cap. dicit. Tu aũt fornicata es cũ amatoribꝫ multis: verumtamen reuertere ad me et scõo suscipiã te dicit dominus. Sz attendenduz est q̃ solum ille anime istõ matrimoniũ impolluꝛum seruant integrum que pmanẽt in innocentia baptismali. qz nũq̃ ibi iteruenit diuortiũ pcti mortalis. ꝛ ideo iste spõse secure sunt. et in talibus est perfectus celibatus anime in sua virginitate permanenti: qui perditus nunq̃ recuperak. sicut nec baptismus iteratur. Et nulla anima virgo est nisi que permanet in gratia baptismali ꝛ istud donum est ab illo sponso. Et iõ dicit ei sponsa Hiere. iij. Pater meus es tu dux virginitatis mee ꝛc. Quinte
V. nuptie. nuptie agni sunt ille in quibus mulier intacta efficit consecrata per virginitatis votum ipsa manifestata. ꝛ tales sunt que semper concomitãtur agnum: virgines enim sunt ꝛ sequuntur quocunq̃ ierit. vt habetur apoc. xiiij. De quib⁹ nuptijs accipit ecclesia istud dictum apostoli. i. cor. xj. Desponsabi vos vni viro ꝛc.

Ad hec vt mulier aliqua sit ad istas nuptias ydonea summe requiritur. q̃ in mente ꝛ in corpe sit castissima. Et qz beatissima agnes illa virtute floruit, iccirco vna de principalibus spõsis agni fuit et ex diuina prouidentia sic numerata.

Intelligendum est tamen q̄ ista virtus castitatis militat contra passionem concupiscentie carnalis quadrupliciter

E Primo militant aliqui sic contra passiones. vt nec superari possint nec superare: donec manent in continua lucta: z donec sponte passio discedat z tales perseuerantes dicuntur. quia nec cadunt nec vincuntur. Bat. xxiij. Qui perseuerauit vsq̄ in finem hic saluus erit. Secundo aliqui sic militant q̄ diu pugnāt z tandem vincunt. sed cum difficultate z isti dicuntur continentes: dicente apostolo. i. co. ix. Sic pugno nō quasi aerē verberans: sed castigo corpus meum. et Job. vij. Militia est vita hominis sup terram. Tertio aliqui sic militant q̄ faciliter illas passiones vincunt z confestim surgunt ad modum fortium bellatorum. z isti dicuntur temperati: quia p seuerantes vincunt eas vt patet. de Johanne bapti. in puericia incipiēte: iuxta illud Antra deserti teneris sub annis tē Et Samuel. i. R. xij. dicit Samuel ego senui z incanui itaq̄ conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsq̄ ad hāc diez: ecce presto sum loquimini de me coram domino. quasi dicat suz sine macula. Quarto aliqui qui sic militant: q̄ habent ita domitas illas passiones: vt insurgere non presumant contra iudicium rationis: sicut populus infirmus q̄ est subiugatus a fortitudine principis: z tales sunt impassibiles ad modum angelorum. De quibus ad heb. ij. Sancti per fidē vicerunt regna. operati sunt iusticiam. adepti sunt repromissiones. obturauerunt oza leonum. extinxerunt impetum ignis. effugauerūt aciem gladij. conualuerūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Ideo dicuntur habere virtutem heroicaz que dicitur diuina quā habētes magis dicunt filij dei q̄ homi/num. sicut Cyprianus dixit de hectore: de qua virtute loquit. b. Dyo. in epistola ad Johannē euangelistā qui eaz fuerat consecutus. Et secundum istam virtutez heroicā beatissima Agnes militauit contra passiones concupiscentie: vt omnino impassibilis foret dicēs Discede a me pabulū mortis: z ideo decuit vt xp̄o fieret desponsata in gratia excellenti: vñ dicebat: Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt. Sed attendendum est q̄ q̄t tuor modis homines male se habent circa istas passiones. Alij enim diu resistunt: sed finaliter nō pmanent. Lu. viij cap̄. Hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus z tollit verbū de corde eoz ne credētes salui fiāt z isti dicunt inpseuerantes q̄ finaliter nō pseuerant. Alij F cito vincuntur vehementia passiōis: nō tamē sine resistentia z isti dicunt incontinentes Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritum z spiritus aduersus carnē.

Aliqui aūt vt insurgit passio sequuntur eam sine vlla resistentia z isti dicuntur intemperati ex malo habitu. Gal. v. Qui talia agūt regnū dei nō conseq̄nt.

Aliqui aūt passiones non expectant: sed ipsas insequunt z desiderāt: sicut sapiens dicit de spadone complectente virginē z suspirāte Et ptz etiā de sodomis Gen. xix. qñ vim faciebāt Lothvehemētissime iamq̄ ꝑpe erat vt infringerēt fores z tales vocant bestiales: z tale vitiū dicitur bestialitas: cōtrariū. s. virtuti heroice: q̄ sicut ista virt⁹ excedit bonitatē humanam z imitatur diuinā. ita istō vicium transcendit vicium hominuz z etiam vltra maliciam bestiarum. p quo vicio potest accipi illud eccli. xi. In corde meo dixi de filijs hoim: vt ꝓbaret eos de⁹ esse similes bestijs sicut dicit in libro Macha. ij. ca. iiij. de Menelao: qui habebat animū fere belue z crudelis tyrānni. Sexte nuptie agni sunt ille in qui VI. nuptie. bus sancta mater ecclesia fuit xp̄o vnita: de qua vnione loquit⁹ apl̄us ad heb. v. dum loqueretur de sacramento matrimonij in terrestri paradiso instituto: Sacramentum aūt hoc magnū est. ego aūt dico in xp̄o z in ecclesia: quia. s. ista matrimonialis cōiunctio que fuit in paradiso instituta. de qua loquit⁹ apostol⁹ fuit signum vnionis xp̄i cum ecclesia.

Intelligendum est tamē ꝙ connubiū status innocentie fuit signum coniunctionis xp̄i cum ecclesia coniuncti ratione quarum Prima est quia sicut in statu innocentie nō fuit bigamia: vnde prim⁹ bigamus fuit lamech maledictus: ita ⁊ xp̄us nunq̄ contraxit nisi cum ecclesia. Et in signuz huius nō admittunt̄ bigami ad ordines sacros ⁊ ecclesiasticos.

Secūda est qnia sicut in illo statu erat matrimoniuū indissolubile, ꝑ eo ꝙ verū matrimonium dissolui non pōt nisi per mortē alteri⁹ coniugū ⁊ tūc nullus mortuus fuisset ⁊ ita mr̄imoniū xp̄i ⁊ eccl̄ie est oīo indissolubile. Tertia rō est q̄a sicut ibi cōcepissent mr̄es sine sue virginitatis corruptiōe: ita nūc eccl̄ia de xp̄o ꝯcipit filios spūaliter sine sue integritatis remissiōe: ꝙ aūt sine corruptiōe cōcepissent declarat Aug. de ci. dei. Quarta ratio est qꝛ sicut ibi sine dolore ⁊ violētia pepissent, ꝑ eo ꝙ dolor ē pena peccati in ꝑtu. gen̄. iij. In dolore paries filios tuos: ita nūc eccl̄ia de xp̄o spūaliter filios parit delectabilt̄ qꝛ ꝑ charitatē Quinta ratio est qꝛ sicut in statu innocentie sꝑ masculi fuissent et femine pares, ꝑ eo ꝙ om̄es cōtraxissent sine bigamia: vt dicit Aug. vbi supra: ita in generatione xp̄i ⁊ eccl̄ie nō sunt dispares masculi et femine in merito et sexu sicut nec in merito. quia dicit apostolus. ad Gal̄. iij. Non est mascul⁹ neq̄ femina, omnes em̄ vos vnuz estis in xp̄o iesu Sexta q̄a sicut ibi nō fuissent nisi p̄destinati: qꝛ ibi nullus fuisset damnat⁹. ita nullus hic generatur nisi deo acceptus fuerit. Septie nuptie agni sunt ille in quib⁹ celestis patria in fine mūdi erit ipsi agno eternal̄r ordinata de quib⁹ loquit̄ saluator. matt. xxij. Simile est regnū ce. hoī q̄ fecit nup. fi. suo. Iste q̄ꝑpe nuptie filij regis eterni sunt facte qꝛ totalis celestis ierarchia tā q̄ vero sponso est eternaliter coniugata.

VII. nuptie.

Intelligendū tamē est. ꝙ ista finalis vnio totius celestis ierarchie cuz agno appellant̄ nuptie xp̄i quadruplici rōne.

Primo qꝛ in nuptijs p̄ciosa, cibaria p̄parātur ita hic fercula p̄ciosissima appo nuntur. scilicz diuina supposita. quia ꝑm bea. Aug. res quibus sancti fruunt̄ sunt ille que beatos nos faciunt: sicut pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. nec erit ibi alius cibus quo fruantur: nisi diuina essentia.

Secundo quia sicut in nuptijs commensales appositis cibarijs corporaliter reficiuntur: ita hic istis preciosis dapibus saturabuntur. cum enim infinita sit fames intellectus creati et voluntatis: vt non possint per aliquod bonum creatum saturari: tamen isti per bonuz infinitum saturantur: vt dicit propheta in psalmo. Saciabor cū ap. ⁊c̄. Tertio. quia sicut in nuptijs inebriantur. vt supponebat architriclinus Johānis. ij. Omnis homo bonum vinum ponit: et cum inebrietati fuerint tunc id quod deterius est: ita illic sancti erunt deitate absorpti voluptate incomparabili: vt quasi ebrij prioꝝ non recordentur nisi ascendant super cor. ps̄. Inebriabuntur ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Quarto quia sicut filij presente sponso nullatenus in aliquo molestātur: sicut dicitur in apoc. xxi. Et absterget deus omnem lacrimā ob oculis eorum: ⁊ mors vltra non erit: neq̄ luctus neq̄ clamor neq̄ dolor erit vltra que prima abierunt. ⁊ dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio om̄ia: ita sancti in illo conuiuio nuptiali propter presentiam spōsi omnimoda carebunt inedia. Ideo dicebat scilicet angelus beato Johanni apoc. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum vocati sunt agni benedicti. Quarum nuptiaruz nos participes faciat iesus christus dei ⁊ virginis filius Amen.

In festo sctōꝝ Anastasij ⁊ Vincētij.

Ecest victoria q̄

vicit mundū fides nr̄a. i. ioh. v. ca. Quia beatus Vincentius ꝑm exigentiam sui nomis martyrij palmaz p̄ ceteris victorie aggress⁹ est. iō ad laudē ip̄i⁹ ꝯuenient̄ assumit̄ istō v̄bū

Hec est victoria ⁊c. In quo beatus iohannes euangelista. Primo introducit huius causam vel formam exemplarem cū premittit hec est victoria. Secundo huius victorie efficatiam virtualem cuz subdit: que vincit. Tertio huius victorie causam primordialem cum adiungit fides nostra. Primo huius victorie causam exaltantē. quia ista victoriam nō habuit be. Vincentius a se: sed a deo qui dat cui vult ⁊ quando placet dignis victoriaz vt patet. i. Bacha. x. ca. de ionatha q̄ fuit multū honorat⁹ a rege alexādro. quia per eum devicerat regem demetrium. ideo dicit vbi supra. Et magnificauit eum rex scripsit eum inter amicos primos: ⁊ posuit cuz ducē et principem principatus: ⁊ reuersus est ionathas in hierusalem cuz pace ⁊ letitia. Secundo huius victorie efficatiam virtualē. hanc efficaciā describit b. paulus ad heb. xj. ca. di. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetū ignis: effugauerunt aciem gladij: cōualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. quia ibidez dicit supra Impossibile est sine fide placere deo. Tertio hui⁹ victorie causam primordialē. Hec est ista via que ducit ad vitam que ē causa primordialis ⁊ finalis omniū nostroz actuū. Aug. Fides ceteris virtutibus lumen fidei ministrat Mat. ix. cap. Fides tua te saluū fecit di. ergo Hec est victoria que vincit mundum fides nostra.

Circa istam victoriam sunt duo principaliter inquirenda et Primum est: quomodo hec victoria fuit in sacra scriptura mirabiliter figurata vel exaltata.

Secundum est qualiter ista victoria est in patria mirabiliter premiata.

Quantum ad primum inducuntur plures victorie in veteri testamento quibus beati Vincentij fuit victoria figurata: quibus alie septem victorie in nouo correspondent quarum B Prima fuit victoria abrae gen. xiiij. quando vicit quattuor reges scilicet chodorlaomor regē elamitarum ⁊ thadal regem gentiū ⁊ amraphel regem sennar ⁊ arioth regem pōti ⁊ liberauit loth nepotem suum: obtulitq̄ pro eo melchisedech rex salem sacrificium. Iste abraam qui fuit pater fidei nostre fm apostolum figurat beatum Vincentium per quem fides christiana fuit singulariter in hyspania generata. Item vicit primo scilicet regē elamitarum: qui interpretatur rex seculi mundana contemptēdo. quia a iuuētute cuncta que habuit pro christo reliquit. Secundo regem thadal qui interpretatur appendens. quia appensio aculei crudelissima ipsum a fidei proposito non mutauit. Tertio regem sennaar qui dicitur rex fetoris quia propter sue puritatis castimoniaz fuit leuita ad huc iuuenis ordinatus. Quarto regem ponti qui dicitur rex inclinationis quam incurrimus per accidiam. quia perseuerantia boni operis adeo excluserat ab eo desidiam. vt non tantum nō fugeret persequentes: sed eos insequi videretur. vnde dicebat episcopo valerio: Quid tu sub murmure mansuetozum verbozum superbum alloqueris? exclama potius ⁊ increpa istum infidelem vt contrita rabies que contra deum suum clamat: ipa vocis auctoritate frangatur

Contra istos quattuor reges debent clerici dimicare vt Primū vincant p cōtemptū voluptates mūdanoz in effectu: aut saltem in affectu. si quis enim diligit mundum: non est charitas patris in eo. vt ait iob. in canonica. i. cap. ij Quia omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis ⁊c. Secundū vincant per patientiam. dum inferunt mala temporalia quia christus cum maledicereture non maledicebat ⁊ cum pateretur non cōminabatur vt ait beatus petrus in canonica. i. cap. ij. Tertium vincant per castimoniam non solum ab illicitis actibus: sed etiam ab illicitis affectibus ⁊ aspectibus abstinendo. ꝺa sicut in triumphante ecclesia virgines

semper agnum sequũtur quocunq; ierit ita in ecclesia militante non debent nisi homines castiesse de christi sorte. Unde clerici sunt hodie pro leuitis ve. testamenti quorum pater carnalitatis viciũ gladio vindicauit in siccimis. Quartum vincant per latriam qua erigimur circa ista que pertinent ad cultum diuinum que est potissima omnium virtutũ moralium. Ista virtus licet sit omibus cõmunis: tamen clericis est magis propria. quia mediantibus ipsis ministrantur illa que pertinent ad cultũ diuinum de qua est primum mandatũ Mat. xxij. ca. Diliges dominũ deum tuuz ex toto corde tuo. de hac virtute est primũ legis preceptũ. s. Dominnm deũ tuum adorabis ꝛc. tanto em̃ ipsa est nobilior: quanto vitium sibi oppositum. s. ydolatria est peior. Scda victoria fuit Moysi q̃ndo vicit amalech. exod. xvij. tenẽdo virgam dei in manu sua: per virtutem orationis. ideo dicitur vbi supra quãdo em̃ leuabat manus ad celum vincebat israel. sed quando fatigabatur leuare vincebat amalech. Iste Moyses figurat beatum Uincentium quia Moyses interpretatur assumptus de aqua. ꝛ beat⁹ Uincentius fuit translatus de aquis. i. de tribulationibus huius seculi ad mõtem dei oreb. iuxta illud ps̃. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profun. neq; vr. super me pu. os suuz Moyses vicit Amalech qui interpretatur gens bruta Sanctus vero iste vicit amalech. i. brutum datianuz qui brutali crudelitate circa eum insaniebat et hoc per virtutem orationis. vnde in eculeo eleuatus dixit In sublimib⁹ agor. vnde quando tacebat querebat cur taceret qui dixit ꝙ tempore orationis vir christianus cum deo loquitur. Ad istã virtutez hortabat christus discipulos suos tempore temptationis di. Orate ne intretis in tẽptationez Mat. xxvi. ca. Ad hanc debet vnusquisq; tempore temptationis recurrere. quia omnis temptatio inclinat deorsum. oratio autem eleuat

II. victoria.

sursum: et contraria contrarijs curantur

Tertia victoria fuit iosue. x. ca. quando vicit. v. reges amorreorũ quando steterunt sol ꝛ luna spacio diei vnius inuocante dominum Josue et obediente voci hominis. ꝛ tunc cepit. v. reges. scilicz regem hierusalem. regem hebron. regez herimoth. regem lachis. ꝛ eglon de quibus dicitur vbi supra percussitq; iosue ꝛ interfecit eos atq; suspendit super. v. stipites fueruntq; suspensi vsq; ad vesperꝫ.

III. victoria.

Iste Josue qui interpretat saluator ẽ beatus Uincentius qui saluauit seipsũ pro christo meritorie moriendo iuxta illud Luc. Qui perdiderit animaz suam propter me saluaz faciet eam. Iste Josue habuit de. v. regibus amorreorũ victoriam sic ꝛ beatus vincentius de. v. sensib⁹ corporis qui ĩ vita amorreoꝝ. id est carnalium hominũ in quibus regnant: anime. scilicet dominium possidendo. istos reges subiecit israeli. id est rationi: que videt deum per carnis mortificationem ꝑm apostolum di. Castigo corpus meũ ꝛc. Istos enim. v. reges debemus redigere in seruitutem rationis. quia iste sũt fenestre per quas intrat scz mors ad animam nostram ꝑm Hiere. Quarta victoria fuit Gedeonis iudic. vij. quando vicit Madian qui fuit virorum fortissimus appellatus ab angelo. Judic. vi. Dominus tecum virorum fortissime. q̃ habito signo roris in vellere vicit madian vt patet ibidem quod signum fuit figura incarnatiõis filij dei. dicẽte ꝓpheta ps̃. lxxi. metro. vi. Descendet sicut pluuia in vellus ꝛ sicut stillicidia ꝛc. Iste fuit beatus Uincentius: qui impauidus circa bonam mortẽ fuit que est propria fortitudo. Iste premisso signo rationis in vellere quod significat incarnationez christi in virgine. iuxta illud ps̃. Descẽdet sicut pluuia in vellus ꝛc. vicit madian qui interpretatur iniquitas. quia beatus Uincentius in virtute incarnatiotionis christi de qua habuit fidem plenissimaz iudicem iniquitatis vicit quadrupliciter et Primo quia eius minis

IIII. victoria.

non cedens gratis se obtulit z presenta uit. Secundo qz eius ministris sup plicia intulit z mala multa. Tertio quia ipsum iudicez postea ingenter vex auit z mirabiliter afflixit. Quarto qz eius impietatibus post mortez precessit

V. victoria. Quinta victoria est Jepte iudic. xi. quando vicit filios amon qui populus inutilis interpretatur Jste Jepte qui interpretatur aperiens fuit beatus Vincentius: qui ea que sunt fidei christiane aperiendo infidelibus qui circa eū erāt vicit amon qui interpretatur populus inutilis z significat populum paganoz per eius predicationem ad fidem cōuersorum. quia illi ante conuersionem erāt penitus inutiles ad bene operandum sicut homines mortui. quia dominus infideles mortuos appellauit vi. vnt discipulorum Mat. viij. Dimitte mortuos

VI. victoria. sepelire mortuos. Sexta victoria fuit Sāpsonis iudic. xv. quando vicit philisteos cum maxilla asini: in qua ortus fuit fons aque viue. Jste sāpson fuit. be. Vincentius quia ipse habuit fortitudinem solis iustitie. i. christi. interpretatur enim Sampson fortitudo solis. quia sicut christus pro nobis mori non timuit: ita nec iste. Jste est Sampson qui vicit philisteos. qui interpretantur cadentes id est demones. qui ab arce superne curie ceciderunt iuxta illud Luc. x. Videbam sathanam de celo cadentem qui superauit persecutionem ab eis iniciatam per datianum ad christianoz ruinam.

VII. victoria. Septima victoria fuit Dauid. i. R. xvi. ca. quando interfecit goliam in funda z baculo accipiens quinq; limpidissimos lapides de torrente. Jste dauid q̄ interp̄tatur vultus decorus fuit b. Vincen. cuius ania fuit decorata virtutib; et donis spūalibus. Jste dauid vicit goliā qui interp̄tat transmigratio z significat carnez nr̄am. q̄ quotidiana corruptiōe ꝓsumit. hāc vicit. b. Vin. acceptis. v. lapidib; .i. q̄nq; plagis. q̄s xp̄s i suo corpe tulit. Sicut em illis caro xp̄i fuit attrita ita ex consideratione ipsaz caro nr̄a atteratur: et carnis tentationes ex hoc rep̄mant iuxta illud .i. pe. iiij. ca. Xp̄o in carne passo z vos eadem cogitatione armamini. Et armatura singlaris aduersus hostē est cogitatio passionis xp̄i. qa dum hostis recordat se superatuz fuisse illa. adhuc iterum dubitat se. scz superari. Jstis em̄ septem victoriis ve. testa. corresp̄ondēt alie septē in no. testa. p quas victoria. b. Vin. nō tantū fuit exaltata: sed etiā formaliter declarata. quaz

I. victoria. no. testa. Pria fuit victoria xp̄i de qua habet apoc. v. ca Vicit leo de tribu iuda. Sicut em̄ xp̄s in patibulo p nob extēsus fuit i cruce: sic b. Vin. fuit in eculei supplicio suspēsus totoq; corpe dissipatus. Sic etiā xp̄s fuit multipliciter in sua carne mirabiliter vulneratus iuxta illud euāge. Qui vult venire p̄ me tc̄. Crucis em̄ z eculei supplicia cōueniūt in corpis suspensione et membroz distensione. Scda victoria

II. victoria. fuit beate marie virginis matris dñi de cuius martyrio. Lu. in euāg. ꝓphetauit sic di. Tuā ipsius aniaz tc̄. Sicut em̄ mater dñi fuit in sua ania gladio passionis xp̄i trāsfossa: sic caro b. Vin. fuit vsq; ad vltimū penetrata pectinibus ferreis ideo dicit vt reuelent in multis cordib; tc̄. qz magnitudo fidei hui⁹ sancti nō nisi p̄ ingentia supplicia potuit reuelari.

III. victoria. Tertia victoria fuit b. Johannis baptiste de quo legit mat. xiij. Sicut ei b. Johes fuit captus z vinculatus: sic be. Vin. fuit cathenis z carceribus fatigat⁹. Et sic ille a d sui mortē ex increpatione Herodē incitauit: ita iste ad sui necē exarguitiōe rigida dacianū ꝓcitauit vt oñderet q̄ nō inuit⁹ sed spōte p̄ xp̄o mortez suscepit. memoras illud euāgelij Mat. x. Nolite timere. e. q̄ corp⁹ occidūt aiam aūt nō possunt occidere. Quarta victoria

IIII. victoria. fuit b. Johis euāgeliste. de q̄ dicitur apoc. i. ca. Fui i insula q̄ dr̄ pathmos tc̄. qz sicut iste fuit in maris insula exulatus: sic iste in maris vnda precipitatus. z sic ille in feruētis olei dolij missus: sic iste i craticula sup carbones assatus: sicut b. Laurētius qui fuit eius collacta-

neus vt fertur. sed ⁊ consanguineus: ita vt diceret de illo apostolus. Ipse aūt saluus erit: sic tamen quasi per ignem.

V. victoria. Quinta victoria fuit beati stephani de qua habet̄ actꝫ. vij. Et dicit̄ ꝙ testes deposuerunt vestimenta ⁊c̄. Sicut eniꝫ corpus beati stephani fuit saxis crepitātibus conquassatuꝫ: ita corpus. b. Uin. fuit testis penetrantibus sauciatum: ita

VI. victoria. vt dicere posset istud propheticū Corpꝰ meum dedi percutientibus ⁊c̄. Sexta victoria fuit beati pauli de qua habetur. ij. coꝝ. xi vbi ait Quīquies quadragenas minus vna accepi. Sic̄ em̄ beatꝰ paulus fuit pro christo multotiens flagellatus: ita iste fuit pro christo durissime verberatus ꝑm attestationeꝫ Amb. ⁊ Mat. iuxta illud euangelij: Tradent

VII. victoria. em̄ vos ⁊c̄. Septima victoria fuit Michaelis archan. de qua habetur apoc. ij. vbi dicitur: Factū est prelium magnū in celo. Quia sicut b. Michael vicit antiquū hostem: ipsum de celo fugando: ita bea. Uincen. de ipso triumphauit: ipsuꝫ dacianum tyrrannū de solo ecclesie militantis effugando ꝑ suum sanguinē: qꝛ interfectio martyrū paulatim sathan de terra in abissuꝫ fugauit. donec tempore be. Siluestri fuit relegatus in abysso: vt habetur. ij. de ciuitate dei. ideo dicit̄ ibidē Ipsi vicerunt euꝫ: vt habet̄ in apoc. xij. bea. Johannis euāgeliste. scilicet re/relegando ipsum in abyssum. Circa secundam partem sermonis est intelligendum ꝙ anima bea. Uincentij secundum illas septenas victorias fuit septē beatitudinibus dotata que nunciate fuerunt septeꝫ angelis. vij. ecclesiarū apoc. i. ca. Septem stelle angeli sunt. vij. eccle-

A siarum ⁊ candelabroꝝ et septem ecclesie felicitates. quarum Prima fuit: quando eius anima se vidit per primā resurrectionem in vita felici perpetuatā. ideo cōuenient̄ fuit figuratꝰ ꝑ angelū Ephesi ecclesie cui dicit̄ in apoc. ij. ca Uincenti dabo edere de ligno vite qđ est in paradiso dei mei ⁊c̄. Istud lignū vite est xp̄s ꝑ cuius esuꝫ ꝑpetuant̄ in vita anīe sctōꝝ in paradiso celesti: sicut per illud lignuꝫ vite ꝑpetuant̄ corpora primorum parentum in terrestri paradiso. Secunda fuit: quando eius anīa vidit se liberataꝫ a plagis ⁊ periculis eterne damnatiōis ⁊ iō conuenienter figuratus fuit per angelum ecclesie smirne: cui dictum fuit apoc. ij. Qui vicerit non ledet̄ a morte secunda. Tertia fuit quādo eius anima vidit ꝙ sibi fuerunt archana celestia ⁊ secreta reuelata per naturam incōprehensibilē cōmunicata: ideo bene figuratus fuit per angelum ecclesie pergami. cui dicitur apoca. ij. Uincenti dabo māna absconditū: ⁊ dabo illi calculuꝫ candidum ⁊ in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit nisi qui accipit.

Quarta fuit: qñ eius aīa vidit ꝙ sibi ptās ⁊ auctoritas regni fuit collata Et ideo bene figurat̄ ꝑ angelū ecclesie thiatire. cui dicit̄ apoc. ij. Qui vicerit dabo ei ptātem sup̄ gentes et regna: et reget eas in virga ferrea: tanq̄ꝫ vas figuli cōfringent̄: sicut ⁊ ego accepi a patre meo. et dabo ei stellam matutinā. Ista stella est iusticia per quam bene regulantur.

Quinta fuit. quando hec beata anīa vidit se virtutibus beatificis adornataꝫ ideo bene figuratur per angelum ecclesie sardis. cui dicitur apoc. iij. Qui vicerit vestietur vestimentis albis: ⁊ non delebo eum de libro vite: ⁊ confitebor nomen eius coram patre meo ⁊ coram angelis eius. Ista vestimenta alba sicut habetur in eodem libro sunt virtutes sanctorum in patria que sunt due: scilicet sapientia: ad contemplandum in intellectu intuitiue diuinā essentiā ⁊ charitas ī affectu ad beatifice amandum eam.

Sexta fuit quando ista beata anima vidit se in diuino proposito confirmatam: vt inde nō possit excidere: vbi est felicit̄ collocata sicut ceciderūt angeli mali. vt habet̄ in Ezechiele. ideo bene figurat̄ ꝑ angelū philadelphie cui dicit̄ apoc. iij. Qui vicerit faciā illū columnā in tēplo dei mei. ⁊ foras non egredieť ⁊c̄. que est beatitudo securitatis. q̄ ꝑm Aug. de ci.

dei est necessaria ad omnē miseriā exclu
dendam. Septima fuit: qñ ista beata
aīa vidit se sup̄ angelos exaltataz. cum
em̄ omnes scti ad ordines beatoꝝ assu/
mant̄: nō vident̄ martyres ⁊ specialiter
tā victoriosi: sicut btūs Vincen. in infe
rioribꝫ ordinibꝫ remanere. Et ordo thro
noꝝ maxime martyribꝫ hoibus esse pro
missus. Juxta illud euāgelicū Mat. v.
Beati q̄ p̄secutionē patiunt̄. Thronus
em̄ maiestatē regni designat. Juxta illd̄
ps̄. De fructu ven. tui po. sup̄ sedē tuā.
Jō conueniēter figurat̄ p̄ angelū laodi/
cie. cū dicit̄ Apocal'. ix. Qui vicerit da/
bo ei sedere in throno meo: sicut et ego
vici ⁊ sedi in throno p̄ris mei. Jste thro
nus ē ordo thronoꝝ in q̄bus deus sedet:
vt ait Bernardus ad Eugeniū. Jste se
ptem btitudines sūt designate per illas
septē stellas quas tenebat xp̄s in dexte/
triginta annis nisi spũalem refectiõem nec h̃ est deo ĩpossibile vt ptz de Enoch ⁊ Helya q̃ fere vixerũt in ꝑadiso. v. milia annoꝝ sine pane. Et iõ: panẽ angelorũ mãducauit homo qꝛ. s. btẽ marie magdalene: nihil aliud erat in illo monte: vt patet in historia sua. Quartũ adminiculũ est libẽter audire verbum dei. sic ipa fuit semꝑ ad pedes ih̃u audiẽs verbum dei: nec ob hoc rñdit aliq̃d marthe de ea cõquerẽti: qꝛ tunc erat absorpta audiendo ⁊ attendẽdo maria ꝟba dñi. Jõ dicit̃ in ps̃. Ignitũ eloquiũ tuũ ⁊c̃. Sexta cõsideratio est: vbi fuit figurata. Et dr̃ ꝙ in q̃ttuor mulieribꝫ veterꝫ testamẽti quas scriptura rep̃hendit. Et ꝑmo ꝑ Bersabee q̃ cõmisit pctm̃ carnis cũ ipo Dauid: quã ipe Dauid habẽs postmodum in vxorẽ amauit eã sup omnes alias mulieres ⁊ vxores suas. ⁊ intantũ vt Salomonẽ filiũ eius cõstitueret regem vt patet. iij. Regũ. Bersabee interpretat̃ puteꝰ saturitatꝫ. ⁊ Magdalena cecidit in puteũ peccatoꝝ. hãc xp̃s postmodum amauit valde ⁊ post matrẽ suã plus ĩter omnes mulieres. vnde eius amore ibat ad domũ Marthe. ⁊ amore eius Martham sanauit a fluxu sanguĩs ꝑm Ambro. ⁊ suscitauit Lazarum fratrem eius

VI considera.

C

Scd̃o fuit figurata ꝑ Raab q̃ nata ĩ hiericho suscepit exploratores missos ꝑ Josue. ⁊ ꝑ eã domus patris sui est saluata: vt dicit̃ Jos̃. Raab interp̃tat̃ latitudo q̃ est charitas sctẽ Magdalene qua dilexit xp̃m. Exploratores sũt apl̃i quibꝰ sedulo ꝓprijs manibꝫ ministrabat. vnde fuit deuota beati Petro apl̃o. qꝛ post cõuersionẽ suã beato Maximino vt filiaꝫ deuote cõmendauit ⁊ ꝑ eã salua facta ẽ domus patris sui: qꝛ per conuersionẽ suam cõuersus est Lazarꝰ ⁊ Martha sanata. vñ historie sonant eos post beataꝫ Magdalenã esse conuersos. Tertio fuit figurata ꝑ Thamar: de qua geniti sũt Judas Phares ⁊ Farã. Geñ. xxxviij Thamar habuit duos filios de iuda socero suo: ⁊ habuit pro arrabone sui concubitus anulum ⁊ armillã ⁊ baculum ꝑ que liberata est ab incẽdio ignis. Thamar interpretat̃ amara: vel commutata Hec fuit magdalena que fuit amara ꝑ contritionẽ: habuit armillã ꝓpter perseuerantiã: ⁊ annulũ ꝓpter fidem quã confessa est: baculũ ꝓpter crucẽ quã amplexata est in mente eam portãdo. Quarto fuit figurata per Ruth moabitidem. que. s. spicas ordei collegit quas cum excussisset inuenit tres modios ⁊c̃. applica figurã. De his quatuor habet̃ expresse ĩ generatione xp̃i. Septima considera tio est: qualis corona fuit sibi data. Et dicit̃ ꝙ habuit quadruplicẽ coronã. Et ꝑmo coronã lapideaꝫ ratione martyrij: quia gladiata gladio mortꝫ xp̃i: fuit etiam martyr: ꝓpter amaricationẽ peccatorũ quam in mente habuit. vnde ps̃. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide ꝑcioso. Scd̃o coronã auream que dat̃ doctoribus. vnde in auro notat̃ sapientia ꝑm Grego. ⁊ ipsa docuit sapientiã ⁊ scientiam fidei xp̃iane. de qua corona dicitur Eccl̃iastici. xlv. Corona aurea sup caput eius. ⁊c̃. Tertio coronã floream que dat̃ virginibꝫ: non ꝙ esset ꝟgo: sed post conuersionẽ suã puritatẽ altissimam mentis ⁊ corꝑis habuit. de qua sapientia coronemꝰ nos rosis anteq̃ marcescant id est puritate mentis ⁊ corꝑis.

VII. cõsidera.

D

Quarto coronã argenteaꝫ que debet̃ victoribus ⁊ martyribus: quia vicit mũdum renuendo nobilitati ⁊ facultatibꝫ. De qua apostolus: Non coronabit̃ nisi qui legittime certauerit. Sed ista certauit incessanter per triginta annos in deserto: vacans orõnibus ⁊ meditationibus diuinis. ideo merito debet coronari gloria. s. eterna. Ad quaꝫ nos perducat xp̃s iesus dei ⁊ virginis filius Amen.

De eadem: Sermo secundus.

Magna est velut mare cõtritio tua Treno. ij. cap̃. Beatus Grego. super Lucam dicit sic: Cogitanti mihi de marie penitẽtia flere magis libet q̃ aliquid dicere. Cuius inq̃t vel saxeum pe-

etus ille huius peccatricz lachrymę ad exemplū penitēdi nō emolliāt. Cōsiderauit nanqz qđ fecit z noluit moderare qđ faceret. sup conuiuantes ingressa est: non iussa venit. inter epulas lachrymas obtulit. Discite inq̄t oium⁹ Gregorius q̄ dolore ardebat q̄ flere inter epulas nō erubuit. In q̄ quidē oracło diuinissim⁹ Grego. p̄figit ante mētis nr̄e oculū contritionē btē Marie magdalene tāq̄ penitendi exemplū z mensurā. Et q̄ exēplum z mēsura debet cōtinere oīa exēplata z mēsurata. idcirco btē marie magdalene recte dici potest illud ꝓbū ꝓpheticū Magna est velut zc. Sic enim mare cōtinet omes aquas originaliter: ita amaritudo illius mulierz penitētis continet oēs nr̄as penitētias exemplariter.

Intelligendū est tamē q̄ ad perfectā pniam q̄tuor in figura requirunt. quor.

Primū est: vt pnia sit vniuersaliter dilata. pnia em̄ particularis z diuisa nō dicit salubris. sic curatio corpis nō dicitur salutifera: si aliqua pars remanet egrota. ió dicebat Ezechias de oībus preteritis vniuersaliter pniam agēs Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs ānos meos i amaritudine anime mee. Scōm est vt penitētia sit internaliter ꝓfunda: quia sicut medicamentū quod solū in superficie constitit dicit subsanare z non salubriter curare: ita penitētia que in ꝓfundo aie nō intimat non est salubris. Ideo clamat ꝓpheta Dauid in ps. Saluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vsq̄ ad animaz meā. Aque em̄ pniales nō sunt salutifere donec ad intrinseca aie fuerint ingresse. Tertium est: vt pnia sit penaliter applicata: q̄ sicut in vulneribus vt dicit Latho. dū sanat dolor est medicina doloris. ita in moralib⁹ pene sunt quedam medicine. Qui ergo vult pfecte penitere sufficienter puniat seipm: sicut ꝓpheta Dauid dicebat: Qm̄ ego in flagella paratus sum: z dolor meus in cōspectu meo semper. Quartū est: vt penitentia sit affectualiter accepta: quia sicut nos videm⁹ in ciuilib⁹ q̄ nullus reputat satisfactiōez placatā illā q̄ est violēter extorta sz illā q̄ ē liberaliter oblata ita i theologicz q̄to pnia ē magz volūtaria: tāto ē magz satisfactoria. Et ideo dicūt sancti q̄ modicū de penitentia plus ꝓficit in hac vita q̄ multa in purgatorio: quia illa pena non est voluntarie assumpta sed violenter iflicta. Et ideo dicit Judicū. v. Qui sponte obtulistis animas vestras benedicite dño zc. Jsta sunt quattuor penitētie insignia que marie magdalene in verbo ꝓposito attribuūtur. Et ꝑmo ei ascribit q̄ ipa fuit dilatata vniuersalit: quia magna. Res em̄ quāto maior: tanto cōmunior z vniuersalior z pluribꝫ cōmuni cari poterit. ideo dicit Esdre. iij. q̄ magna est veritas quā inuocat oīs terra

Scōo qđ ei ascribitur q̄ ipsa fuit profundata internaliter in illa penitentia: quia velut mare. sic em̄ in diuina scriptura attribuit celo sublimitas: ita mari ꝓfunditas. vnde mare ꝓpter suā profunditatē dicit abyssus Jon. ij. Abyssus inquit vallauit me zc. Tertio ei ascribitur q̄ fuit applicata penaliter: quia contritio. actus enim cōtritionis est penalissimus quia ab intimis procedens omnia exteriora cōturbat dicente Jeremia xxiij. Contritum est cor meū in medio mei: contremuerunt oīa ossa mea zc.

Quarto ei ascribitur q̄ fuit accepta affectualiter quia Tua. Ille em̄ operationes que alicui violenter infligunt non sunt vere sue: quia ab eis nō vituperatur nec laudat: sed ille que voluntarie eliciunt dicūtur vere sue: quia ei imputantur ad laudē vel ad vituperiū q̄ non cōsequunt nisi actū ꝓpriū. Et ideo quia opus redemptionis humane fuit volūtarie a christo elicitū. ideo dicitur opus ꝓprie suū. z ideo Abacbuc. iij. dicit. Domine opus tuū in medio annoz viuifica illud. Et cū inter ceteros sctōs hec mulier xp̄i amantissima de actu contritionis commendat a sanctis. idcirco circa actum contritionis nostre considerationis oculū conuertendo. Primo oportet considerare actum contritionis ꝑm

se: ad ipsum realiter eliciendū. Secū do ſm applicationem ad penitentiā ma rie magdalene vt ipam exemplarit imi temur. Quantum ad primā partem primo inſtendum est circa cōtritionis quidditatem, quem actum debemus ad remiſſionē peccatoꝝ elicere. Secūdo circa contritionis qualitatez: vt cerna mus qualiter illud debemus perficere.

Quantum ad primū: quid est est con tritio, dicit beatus Auguſti. xviij. de tri nita. xv. q̄ ſicut dolor qui est offenſio ani me ſenſitiue est paſſio derelicta ex actu diuiſionis cōtra corp⁹: ita triſticia quaz vocat dolorē anime est paſſio derelicta ex actu nolitionis contra animā. Unde dicit q̄ triſticia est diſſēſio animi ab his rebus que nobis nolentibus acciderūt. Ad declarationē autē huius dicti quat tuor preambula premittunt. Primuz est q̄ in voluntate noſtra ſunt duo actuſ contrarij. ſ. volendi z nolendi. Quoꝝ primū est ad bonū, pſequenduz, z secun dum ad malū fugiendū. ſicut enim in in tellectu est actus affirmandi ꝓpter ver. z actus negandi ꝓpter falſum. ita apud voluntatē velle ꝓpter bonū. z nolle pro pter malū. actus autez volendi habet se per modū tendentis in obiectū. z actus nolendi per modū fugientis ab obiecto z quia naturalis inclinatio voluntatis est ad bonū, pſequendū et malum fugi endū. idcirco iſti duo actus cōtrarij da ti ſunt voluntati, p quibus dicebat Sa lomon. iij. Regū. xi. vel Eccliaſtici. iij. Dabis ſeruo tuo cor docile vt ſciat diſ cernere inter bonū z malū. ſ. ad eligēdū z ad fugiendū. Scōm est q̄ illos duo act⁹ volūtatis ꝓtrarios cōſequunt in volūtate due ꝓtrarie paſſiones: qz actum volēdi ſequit delectatio. actū aūt nolēdi ſequit triſticia, vñ ſm Augu. Sicut tri ſticia est de illis rebz q̄ nobis nolentibus ſueniunt: ita delectatio ecōtrario. q̄ aūt actū nolendi ſequat triſticia naturaliter habet. i. Mach. iij. ca, vbi dicit q̄ Liſi as conſternatus est animo z deficiebat quia non qualia voluit talia facta ſunt. Et q̄ actū volēdi ſequat delectatio. dici tur in pſ. Exultent inquit z letent q̄ vo lunt iuſticiā tuā. Tertiū est q̄ quāto maior est actus volēdi in volūtate: tāto delectatio est maior. z q̄to maior actus nolēdi: tanto maior conſequit triſtitia, cuius ſignū est q̄ in equalib⁹ bonis alicui inequaliter delectant: ſm q̄ inequaliter deſiderant illa bona z in malis equali bus inequal⁹ triſtant ſm q̄ inequaliter odiunt illa mala. z ideo ſic felicitas est ſumme volitiua, ita in ea est ſumma de lectatio. z ſicut miſeria est ſumme noli tiua ita in ea est ſūma triſticia ſm beatū Auguſti. z quia actū amoris intenſum ſequit intenſa delectatio: ſic actum odij triſticia. iō dic̄ ſponſa Cañ. ij. Sub vm bra illi⁹ quē deſideraui ſedi z fructus ei⁹ dulcis gutturi meo z̄c. Quartum p̄ambulū est q̄ maior voluptas q̄ poſſit eſſe in boie vel in bois volūtate est gau diuz. z maior anxietas est triſticia: quia nulla voluntas pōt eſſe ſine gaudio: nec aliq̄ anxietas ſine triſticia: cū ſit afflicti ua: cuius est ſignū q̄ res voluptuoſa ſi ne gaudio ſumpta nō allicit: nec res q̄n tūcūq; afflictiua ſine triſticia moleſtat. iō dicit ſapiens Prouer. xvij. q̄ animus gaudēs etatē facit floridā. z ſpūs triſtis deſiccat oſſa. Iſtis ꝓ p̄miſſis p̄am bulis est conſiderandū q̄ ſunt quattuor actus in aia nra q̄ req̄runt necessarie ad ablutionē peccati mortalis. q̄z Prim⁹ est act⁹ recordatiōis patrati ſceleriz: nul lus aūt vnq; de pcō peniret niſi pcm̄ p petratū ad memoriā reuocet. vñ ſcribit ep̄o Epheſi Apo. i. q̄ lapſ⁹ fuerat. Me mor esto vñ exciderz z pniam age. At tendendū est tñ q̄ in illo actu recordati onis debēt noſ q̄tuor occurrere: z diligē ter cōſiderātibus occurrit pcm̄ ſub q̄ druplici rōe. ſ. Primo vt pemptiuū di uine gr̄e: qz in eius aduentu aia ſpoliat ſpūalib⁹ donis. Scōm vt lucratiuuz infinite pene: qz pena condigna peccati mortalis est gehenna inextinguibilis.

Prim⁹ actus A

Tertio vt amiſſiuū glorie: qz nullus exñs in pcō mortali habet hereditatez

in regno dei. Quarto ꝛ est maius omniū: vt offensiuū maiestatis diuine quia altissimus odio habet peccatores ꝑm sapientis documentū. ideo ꝓpter illā quadruplicē malitiam quā peccatū importat voluntas que est tali sauciata plaganam peccatū si quod est. est in voluntate ꝑm Augu. clamat ad memoriā dū desiderat penitentiā di. Recordare pauptatis mee ꝛ transgressiōis absinthij ꝛ fellis. Pauptatis inq̄: quia diuina gratia sum spoliata. Transgressionis: quia ꝑ me fuit diuina indignatio prouocata: Absinthij: quia ꝑ talem actum dulcedo gr̄ie fuit amissa. Et fellis: quia ꝑ ipsum amaritudo pene perpetue fuit promissa Et sequit ibi Threno. iij. Memoria memor ero ꝛ tabescet in me anima mea nulla em̄ memoria vel intelligentia illa quattuor in patrato scelere diligēter cōsiderās que non tabescat. Scōs act⁹ est oditionis ꝓpetrati crimis: qr nisi peccatū ad memoriā reductum displiceret: nullus de tali pctō peniteret. vñ sanctus Job penitentiā agens dicebat Job. iij. Tedet animā meā vite mee: dimittam aduersum me eloquiū meū. loq̄r in amaritudine anime mee. dicam deo noli me condēnare ꝛc. Attende tñ q̄ res solet odiri quadrupl'r. Et ꝓmo feda: sicut homo honestus detestat sordidū indumentum. Scōo anxia sicut bestie oduntaculeū. Tertio onerosa: sicut mercenarius horret magnū pondus. Quarto nociua qr mediē⁹ abhorret cibū mortifer. cuius sit dulcis. ꝛ naute cantū syrenarū. Et istis q̄ttuor rōnibus pctm̄ qō ad memoriā reducit ꝑ pnia ꝛ habet causam odibilē. Et primo quia fedum: habet imaginē dei in anima relucentē denigrare vnde pctōribus Threno. iij. dicit. Denigrata est sup carbones facies eor ꝛ imago trinitatis in eor mēbris refulgēs ꝓpus. Scōo qr anxiū syndersis em̄ sic̄ q̄daz acule⁹ semp pūgit aiam exūtis in pctō mortali: vt eā q̄escere non ꝑmittat. iō dr in ps. Couersus sū in erūpna mea dū cōfigit spina. i. aculeus. s. sti-

II. act⁹

mul⁹ cōscie. Tertio qr onerosū. ita em̄ aggrauat aiam vt ipam ꝑsternat ne resurgere valeat vnq̄ viribus suis p⁹ q̄ corruit. vñ i ps. vij. Em̄ iniq̄tates mee supergresse sunt caput meū ꝛ sic⁹ grauate sunt sup me. Quarto quia nociuū: sic em̄ toxicū cū dulcedie interficit corpus: ita peccatū cū dulcedine occidit aiam que mors est vltimū nocumētum. Vnde Jacobus in canonica ꝑma Peccatū cum consumatū fuerit generat mortē. Et iō cōcurrentibus istis quattuor cōditionib⁹ in memoria satis pōt voluntas rōnabil'r ipm odire vt intuenti pōt patere. Tertius actus attritionis patrati peccaminis. sicut em̄ odiū sequitur recordationē mali ita tristicia sequit' illam oditionē. Declaratū em̄ fuit q̄ sic̄ delectatio natural'r sequit' actū volendi ita tristicia actū nolendi qui est odium Jsta autē tristicia de malo nolito vocat' attritio: ꝛ de illo actu attritionis sequit' actus cōtritionis respectu peccati recordati ꝛ oditi. Dicūt doctores q̄ peccatori cuilibet ꝓnent quattuor considerāda. Primū ē q̄ illa attritio nō meretur remissionē peccati mortalis de cō digno: qr ex puris naturalib⁹ nullus potest resurgere a morte anime: sicut nec a morte corpis que est minor. q̄libet autē ex puris naturalib⁹ pōt esse attritus. Et cōstat q̄ culpa mortalis est mors anime ergo ꝛc. Scōm est q̄ illa attritio non merek infusionē gr̄e de cōdigno: qr nullus act⁹ naturalis ē de se cōdign⁹ dono supnaturali cū in hoc errauerit pelagi⁹ actus aūt attritiōis est act⁹ naturalis liberi arbitrij: g̃ nō pōt esse cōdign⁹ dono gr̄e qō est supnaturale. Tertiuz est q̄ ista attritio merek remissionem culpe de cōgruo qr nō cōgruit q̄ aliq̄s ad impossibile obligek'. ſz impossibile ē alicui meri remissionē talis culpe de condigno g̃ ad tale meritū nō debuit obligari: sed ad meritū de cōgruo: ꝛ illud nō pōt esse nisi attritio. Quartū est q̄ illa attritio merek infusionē gr̄e de cōgruo: quia cuilibet benigno dño dz sufficere ad ei⁹

III. actus

capiendā beniuolentiam: si seruus offe/
rat ei obsequiū qđ potest: licet eius gra/
tie nō sit cōdignū. ⁊ ideo qꝛ creatura nō
potest ex purꝫ naturalibꝫ plus deo offer/
re citra ꝑmū nisi actū ꝯtritiōis deus aūt
Nota dubiuꝫ de cōgruo illū acceptat ꝑ suā beniuolen
tiā licet non sit ei cōdignꝰ. Et si dicat
qđ est mereri de cōgruo ⁊ de condigno.
Dicit ꝙ mereri de cōgruo est qñ q̄s non
dat q̄ꝫtum valet ꝑmiū. sꝫ qñ q̄s aliquo
obsequio meret alteriꝰ amorē vel meri/
tū qđ maius est obsequio Mereri de cō
digno est qñ quis intēdit obsequiū eq̄le
IIII actus merito. Quartus actus cōtritiōis est
cōmisse turpitudinis. qꝛ sicut attritio se
quit oditionē. ita cōtritio sequit attritio
nē pꝛo eo ꝙ illud qđ est supꝛa naturam.
presupponit illud quod est ꝑm naturaꝫ
⁊ actus cōtritionis est supnaturalis ali
q̄ mō: cū actꝰ attritiōis sit merenatural
D De illo actu ꝯtritiōis oportet hic cō/
siderare q̄ttuoꝛ ꝟitates theologicas. q̄ꝝ
Prima est: ꝙ actꝰ attritiōis ⁊ cōtritio/
nis sunt idē essentialr: qꝛ cū actus attri
tionis mereat gr̄aꝫ de cōgruo: nō meret
autē eā ꝓ ꝑmo instāti quo elicit: qꝛ tunc
cito q̄libet esset in gr̄a. ⁊ sic attricio nō ꝑ/
ueniret cōtritionē: sed meret eā post cer
tam mensurā a deo prefixā: ꝑm ꝙ attitio
est intēsioꝛ vl remissioꝛ: ⁊ tūc attritio fit
cōtritio ꝑ solā gr̄e cōiunctionē: sic eadeꝫ
est plenitudo hoīs ī tenebrꝫ ⁊ in luce ex/
istentis. sꝫ qñ est in tenebris nō delectat
nisi ponat in lumine. Scđa ꝟitas est:
ꝙ actus attritiōis ⁊ cōtritiōis differunt
accidentalr sic oculus hoīs dormientis
q̄ est sine visione: ⁊ oculus vigilātis qui
est cū visiōe adiūctus. ita attritio est gr̄a
adhuc ꝑuata. sed cōtritio qñ est gr̄e soci/
ata. Et iō sicut dñs nō habet acceptum
idē seruitiū qđ facit ei seruꝰ qñ est in gr̄a
eius ⁊ nō in eius gr̄a: ita est de actu attri
tionis ⁊ cōtritionis: qꝛ respexit deus ad
Abel ⁊ ad munera eius. ad Cayn aūt ⁊
F ad munera eius non aspexit Gen̄. iiij.
Tertia ꝟitas est ꝙ actus iste cōtritio
nis meret remissioneꝫ mortalis culpe ⁊
infusionē gratie non solū de cōgruo sed
de condigno. qꝛ quicunqꝫ pōt mereri de
condigno illud qđ est maiꝰ: pōt multo/
magis illud qđ est minꝰ: cū ibi mīoꝛ di/
gnitas requirat. actus aūt aīe in gr̄a ex/
istentis meret de cōdigno gl̄iam: g̊ mul
tomagis gr̄am ⁊ culpe carentiā q̄ sūt oꝛ
dinata ad beatitudinē tanq̄ꝫ ad finem.
Quarta ꝟitas est ꝙ actus cōtritiōis
non est cōdignus tātis ꝑmijs ex natura
sua: sꝫ ex sola oꝛdinatōe diuina: qꝛ nulla
natura inferioꝛ pōt esse cōdigna supioꝛi
se. sꝫ spūalia coꝛpalibus nō possunt cō/
pari. ⁊ iō qꝛ natralr actus cōtritiōis est
inferioꝛ actu btīfico ⁊ gr̄a nō pōt esse al
teri cōdigna ex sua natura sꝫ ex instituti
one diuina. sic si rex aliq̄s institueret vt
ꝑciū equi esset marcha auri tūc ꝑciū il/
lud esset cōdignū ex institutōe regia nō
a natura: cū vnus equus sit melioꝛ omī
auro. ⁊ qꝛ illū actū habet acceptū super
omne sacrificiū. iō dicebat Azarias in
oꝛone sua Dañ. iij. nō est in coꝛpe hoc sa
crificiū sed in aīo cōtrito ⁊ spū humilia
to suscipiamur dñe inq̄t a te ⁊c̄. Cir/
ca scđam sermōis ꝑticulā insistendo oc/
currūt q̄ttuoꝛ cōsiderationes. quarum.
Sađa ꝑs ꝑnci palis.
Prima est: q̄lis est eiꝰ necessitas. Se
cūda est: q̄lis est eiꝰ oportunitas. Ter/
tia est: q̄lis est eiꝰ ꝯgruitas. Quarta ē
E q̄lis est eiꝰ vtilitas. Quantū ad ꝑmū
de cōtritione đꝛ ꝙ illud est simplr neces/
sariū sine q̊ finis necessariꝰ haberi nō po
test: sic medicina vel sanitas nullo mo/
do haberi pōt ⁊c̄. sed qꝛ felicitas que est
finis vltimus hominis nō potest habe/
ri sine contritōe: cū hoīes per peccatum
ipam amittant. ⁊ peccatū amittere non
possunt nisi ꝑ contritionē: ergo est sum/
me necessaria. Ipsius autem necessitas
declarat dupliciter. E ꝑmo in sacramē/
to regeneratiōis siue baptismi: quod sa/
cramentū regeneratiōis est sūme neces/
sariū inter omīa sacramenta dicēte dño
Joh. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ⁊c̄. tñ cō
tritio est ad salutē magis necessaria: qꝛ
nullus adultꝰ recte ꝑ baptismū sine cō/
tritione potest saluari. quia si fictus ac/
cedit ad sacramentū nō suscipit: qꝛ rem

sacramēti non suscipit si obicem ponat: postea ꝟo sola cōtritio ipm saluat. Et si sacr̄m baptismi ficte suscipe non possit: sola cōtritio ipm purgat. Scdo in sacramēto confessionis: qꝛ sacr̄m pnie est post sacr̄m baptismi sūme necessariū ad salutē. cū dn̄s dicat Lu. xiij. Nisi pniam egeritis sil' om̄es ꝑibitis. Et tn̄ cōtritio est magis necessaria ad salutē: q̄ꝫ illd sacramentū: cū illud sine contritōe nihil ꝓficiat. Et tn̄ in casu necessitatis sola contritio sufficit sine illo sacr̄o īmo ante illd cōfert gr̄am qn̄ p̄uenit. Tertio in sacramēto cōionis qd est ad necessitatem salutis tp̄ibus ⁊ locis determinatis. cū deus dicat Joh. vi. Nisi mādu caueritis carnē filij homīs. ⁊ tn̄ cōtritio est amplius necessaria. qꝛ sine determinatōe loci vel temp̄is impata est. in oībus alijs excusat impossibilitas vel inoportunitas. In contritione aūt nulla cadit excusatio. ita ꝙ si peccator sine ipa moriat' necessario dāpnat'. Et rō tante altitudinis sacr̄i hui⁹ p̄cipue est: qꝛ semp contritio est in ptāte volūtatis nr̄e p̄uia attritiōe.

Quarto in mysterio nr̄e redemptionis qd fuit sūme necessariū ad humanā salutē dicēte caypha ꝑ spm̄ ꝓphetie sibi ad horā traditū Jo. xi. Expedit vt vn⁹ homo moriat' ꝓ ꝓpl'o ⁊c. Et tn̄ in illo sacramento actus cōtritionis aīe xp̄i quo fuit in cruce cōtritus de pctis nr̄is maxime dicit' fuisse salubris: qꝛ passio aīe ē fortior q̄ꝫ passio corp̄is; ⁊ ad merenduꝫ efficatior indulgentiā q̄ꝫ passio corporis ꝙ aūt xp̄s fuerit cōtritus habet' Math̄ xvi. Tristis est aīa mea vsq̄ꝫ ad mortez. ⁊ illa tristicia de pctis nr̄is fuit. fuit etiam sūma gr̄a q̄ est contritio ꝑfecta. et a ꝟtute illius cōtritionis xp̄i hn̄t virtutez om̄es vie contritionis ad delendū pctā. vn̄ dic̄ xp̄s Esa. lxi Spūs dn̄i sup̄ me ⁊c sequit'. misit me vt sanarē contritos corde ⁊c. Quantū ad cōtritiōis oportunitatē est aduertendū ꝙ medicina ē valde optima qn̄ est vallata circumstātia q̄ druplici: ⁊ Primo qn̄ est facilima: qꝛ alique medicine sunt ita difficiles ꝙ homines p̄eligerēt infirmari ⁊ qn̄q̄ꝫ mori quē admodū dr̄ Math̄i. v. ꝙ illa mulier quā xp̄s curauit fuerat multa a medicis ꝑpessa ⁊c. Scdo qn̄ est celerrima: qꝛ diutine cure nō solū grauāt īfirmū sꝫ attediāt medicū. sic dic̄ sap̄. Eccl'iastici iiij. Languor ꝓlixior grauat. s. medicuꝫ

Tertio qn̄ est integerrima: qꝛ quādo sanat' vnū membrū alio in languore remanente totū corpus infirmū remanet. ⁊ iō non est medicina optima. Et ideo xp̄s illū cecū quē illuminauit corp̄aliter voluit illuminare mental'r Joh. ix. ne videret' cura ꝑtialis. Vn̄ dicūt scti ꝙ xp̄s nunq̄ꝫ curauit aliquē in corp̄e q̄n ipsuꝫ prius curauerit in aīa. Quarto medicina est optima qn̄ ē saluberrima. sūt em̄ nōnulle medicīe q̄ licet morbū p̄scindāt tn̄ stati sanitatē ꝑfectā nō conferūt. et iō medicina tūc est optima qn̄ ipa sumpta mox sanitatis est redditiua. sic fuit illa medicina q̄ mūdatus fuit Naamā a lepra. vbi dicit' ꝙ restituta est caro eius sicut caro pueri. iiij. Regū. xiij. ca. Nūc aūt ista medicina cōtritionis q̄ instituta est ad curādā plagā pcti mortalis. est. s. primo facillima. qꝛ sicut dic̄ Augu. in li. de li. arbi. Nihil est tā in ptāte voluntatis sicut actus ei⁹: cui⁹ signū est. qꝛ licet aliq̄ creatura possit nos cōpellere ad remanendū vel īpedire ad eundū. nulla tn̄ creatura pōt nos īpedire aut cōpellere ad volendū vel nolendū. ⁊ qꝛ actū volendi sequit' attritio: ⁊ ita contritio. ⁊ iō nil est tā in nr̄a ptāte sicut cōtritio. et sic illa medicina est facilima. Scdo ē celerrima. qꝛ non tardat ꝑ horā vel momētū: sed in eodez instanti q̄ aꝓplicat' sanat sic sol emittit radiū suū subito ⁊ ī instāti. Tertio ipa est integerrima. qꝛ impossibile ē vnū vuln⁹ pcti mortal' ꝑ contritionez sanari q̄n oīa sanent': cū diuina indulgentia non sit diuisa. Quarto qꝛ est saluberrima: qꝛ non solū plagam curat: sed ⁊ gratiaꝫ que est vita ⁊ perfecta sanitas anime inducit. ⁊ demū in posterum a peccatis preseruat, Ideo dicit ps̄ Sanat contritos corde ⁊ alligat contri

II considera.

tiones eoꝝ. Sanat cõtritos corde q̃ tũ ad pctõꝝ purgationẽ: ⁊ alligat contritiones eoꝝ q̃tum ad peccatoꝝ p̃seruationẽ

III. cõsidera. Quantũ ad congruitatẽ contritionis est aduertendũ ꝙ contritio que est instituta per penitẽtiã peccati mortal' est pena congruentissima: quia sicut maxima infirmitas indiget maxima cura. ita maxima culpa remittit ꝑm iusticiã distributiuã maximã penam. vnde Deute. xxv. Pro mensura peccati erit plagaꝝ mod⁹ et quia pctm̃ mortale est maxima culpa in quo. s. offendit' maiestas infinita. Iõ ꝑ p̃ncipali pena est instituta ei. s. contritio que est maxima pena. ꝙ autẽ cõtritio sit penaruꝫ maxima ꝓbat'. quia includit tristiciã attritionis: que quidez tristicia dicit' esse pena penaꝝ. Istius autez pene magnitudo declarat' quadrupl'r. Et p̃mo qꝛ sumit. s. originẽ in inferno. Pena em̃ demonũ est maxima. cũ peccatuꝫ angeli fuerit maximuꝫ: vt testat' diuina scriptura in Ezechiele. ⁊ maxime culpe debet' maxima pena: ⁊ tamẽ pena sensus q̃ est in demonib⁹ nõ est nisi tristicia. non em̃ possunt ab igne calefieri vel comburi: cum sint spũs nec dolore sensibili immutari: cũ sint intellectus separati: nec patiunt' in natura vel intellectu: sed solũ in voluntate q̃ peccauerũt in qua non põt esse aliquod afflictiuũ nisi sit tristicia.

Secundo sumit originem in purgatorio: quia sicut docet beatus Augusti. In isto mũdo nõ est aliq̃ pena ita magna sicut illa de purgatorio q̃ infligit' animabus separatis a corpore. ille autem nõ possunt pati ab igne in sua essentia cum ipe sint immateriales: ⁊ ignis in agẽdo in eas non possit inducere aliquã qualitatẽ corporeã: sed affligunt' in voluntate ⁊ non in intellectu: quia in ipo non ponit' aliqua passio afflictiua. ⁊ sic in volũtate cui⁹ pena est tristicia. Tertio sumit originẽ in hac vita: quia in ista vita cũ sit. s. vltimũ ⁊ maximũ supliciũ mors contingit ꝙ aliqui eligunt mortẽ vt fugiant tristiciã cũ tamẽ ad vitandã mortẽ maiorẽ penã acceptent. illud autẽ declarat' in illis qui interficiũt seipos p̃ tristicia cum mortẽ sibi ꝓcurant vt aliquã euadãt tristiciã: sic patet de Saul. vt tristiciã illusionis fugeret. i. Reg. xxxi. ca.

Quarto sumit originẽ in paradiso. qꝛ sic ait Ricardus de sctõ victore. si pena iferni assumi posset cũ amore ⁊ volũtate nõ esset pena. ita põt argui ꝙ si felicitas paradisi posset eẽ cũ tristicia ⁊ displicẽtia nõ esset gl'ia. cũ nullũ violentũ aut displicẽs delectabile eẽ possit. Et iõ tristicia ẽ maxima pena q̃ tantã felicitatẽ absorbere põt: quã absorbere nõ potuit maxima xp̃i ⁊ crudelissima passio: licet em̃ tristaret' nõ tñ de obiecto btifico. Et ꝓpt' h̃ illa maxia pena fuit instituta cõueniẽtissime a deo ꝑ tali culpa ⁊ tãta. ⁊ ita decẽs est: vt tali pena iflicta de⁹ pctõri fiat placatus exq̃ penã debitã sustinet. iõ dr in ps̃ Cor cõtritũ ⁊ humiliatũ de⁹ nõ despicies. Quantũ ad q̃rtũ q̃ est cõtritionis vtilitas est aduertendũ ꝙ actus cõtritionis est pctõrib⁹ sũme ꝟtuosus siue fructuosus sicut act⁹ remissiõis sũme ẽ vtilis debitorib⁹. Istius aũt act⁹ vtilitas q̃drupl'r declarat'. Et p̃mo: qꝛ ꝑ ip̃z eterna pena totaliter dimittit'. quãto em̃ est maior pena condempnationis: tãto maior est actus solutionis ⁊ redemptionis. ⁊ ideo cũ pena inferni illata cõtra pctm̃ mortale sit infinita: infinite vtilitatis ẽ actus quo illa pena totaliter dimittitur iste autẽ est actus contritionis. per vnicum enim actũ contritionis pena inferni eterna que pro omnib⁹ peccatis erat debita totaliter est dimissa. Secũdo quia per ipsum pena purgatorij maxime diminuitur. licet em̃ in actu contritionis pena inferni total'r dimittat'. tñ ad penã tempalẽ purgatorij aĩa obligat': si cõtritio nõ sit tanta ꝙ satisfaciat ad totũ euacuãdũ. pena aũt purgatorij diminuit' ꝑ penã hui⁹ mũdi. qꝛ tristicia ẽ pena penarũ vt patuit. ista tñ frequentata: maxie diminuit' istã penã ⁊ total'r anihilat. Tertio per ipsã gr̃a diuina sp augetur. quia secundum beatum Augustinum. charitas semper meretur au-

IIII. cõsidera

geri: vt aucta mereat̄ ꝑfici. ita quilibet actus elicitus ex potētia caritate infor/mata: dum tñ sit meritorius mereť cha/ritatis augmentū. ⁊ ꝑ consequēs gratie q̄ aut omnino sunt idē aut sunt adeq̄te. actus aūt cōtritionis nunq̄ elicit̄ nisi a potentia elicitiua in q̄ est. ergo quilibet actus augēt gr̄am ⁊ facit deo esse gratū maxime ⁊ dilectū: qd̄ debēt hoīes super om̄ia bona desiderare. Quarto qꝛ ꝑ ip̄am gl̄ia eterna semꝑ accumulat̄. quia p̄mus actus cōtritiōis mereť de cōgruo illā felicitatē eternā si actus ꝑ gratiaꝫ ⁊ charitatē sit formatus. ⁊ q̄libet sequens ip̄m mereť illius felicitatis augmentuꝫ ꝑm aliquē gradum. ꝑ quo plura merita habēt maiorē gl̄iam. ⁊ sic cum habens quēlibet illoꝝ graduū esset ꝑfecte beat⁹ sicut minimus gradus charitatꝫ grati/ficat. Et iō q̄libet actus cōtritionis tan tum valet q̄tū regnū eternū ꝑm aliquē gradū: cū ei rependat̄ de cōdigno. vnde sicut vigilia q̄ est tristicia ante festū leti/cie ponit̄. ita tristicia ante felicitatē indu cit̄ ꝑm illud Ezech̄. vij. Egressa est tri/sticia: floruit ṽga: qꝛ per illius cōtritōis recessum aīa remanet florida tota grati osa ⁊ final̄r beatitudine cādida. Cir ca scd̄am partē p̄ncipalē insistendo cir/ca actum contritionis ad pn̄iam illius sancte aduertendum est ꝙ Maria ma/ria magdalena fuit noīata ⁊ cognomīa/ta noībus cōuenientib⁹ actui cōtritiōis Istud autem nomen Maria habet ꝑm Hiero: quattuor interp̄tationes. quarū .s. p̄ma est summa maris. i. maris colle/ctio ꝑm illud Gen̄. i. cap̄. Congregatio/nes inquit aquarum appellauit maria. Ubi sciendū est ꝙ deus creauit elemen tum aque rarū. ⁊ ex omni parte terre di/spersum. Et postea dixit. Congregētur aque q̄ sub celo sunt in locū vnū vt appa reat arida. Et tunc illam congregatio/nem aquaꝝ appellauit maria. Et per illū modū aīa nostra quādo extra seipsā est dispsa ꝑ sensibilia occupans vniuer/sam sup̄ficiem terre: tunc non potest esse contrita: quia actus cōtritionis est de in terioribꝫ culpis q̄ latent in aīa q̄bus in/tenta esse non pōt dū fit extra seip̄am: et qñ in locū vnū cōgregātur ⁊ ad se regre diunt̄ infra ꝓpriū locū tunc suas cernēs maculas q̄bus inquinat̄ ꝯtrita ⁊ perter rita efficit̄ maria. sic hec sctā gl̄iosa post/q̄ a mūdi pōpis ad se fuit conuersa fuit facta ꝑfecte contrita ⁊c̄. Scd̄a est stel la maris: cuius talis est situs in celo: ꝙ circa ip̄am q̄ dicit̄ stella maris. i. polum articū voluunt̄ semꝑ septē stelle ꝓpt̄ q̄s illa regio dicit̄ septētrionalis. Et ꝑm il/lum modū fit aīa contrita per reuelatio nem septē virtutū: que ꝯtrariant̄ septeꝫ peccatis mortalibus: quia opposita iux/ta se posita magis relucescūt. et ideo scri bitur littera nigra in carta alba. Et ido anima cum recogitat illaꝝ virtutū pul/chritudinem detestatur peccatoꝝ oppo/sitoꝝ mortaliuꝫ turpitudinem: et sic effi citur contrita. Et quia per illum modū conuersa fuit hec mulier dicitur Mat. xv. ꝙ ista est Maria de qua xp̄us eie/cit septem demonia id est septē peccata mortalia ꝑm btm̄ Augusti. Tertia ē illuminata. nulli autem potest aduenire cōtritio nisi ꝑ illuminationē. Natura lu minis em̄ est vt res pulchra qꝛ q̄to plus illuminat̄ tanto plus decorat̄ ⁊ res tur/pis ecōtrario: vt patet in abhoīabilib⁹. que si clarificent̄ faciunt euertere sensuꝫ et ideo cū peccata de sui natura sint tur/pissima vt testat̄ diuīa scp̄tura: q̄to ma gis noticia aīe clarificat̄: tāto pl⁹ pecca/toꝝ turpitudo percipit̄. Et inde est ꝙ sa pientes verecundant̄ de multis de q̄bus stulti non percipiunt nec erubescunt. cū tamē erubescentia non sit nisi de turpi. ⁊ sic generatur contritio. Et vlteri⁹ na/tura lucis est vt illa que in tenebris ap/parent pulchra: quandoq̄ facit appare/re turpia vt apparet in vermiculis: et in aliquibus lignis putridis nocte lucen/tibus. Per hunc modum lux spiritu/alis qua anima illustrat̄ facit pctā abho minari q̄ in tenebrꝫ passionū apparebāt placabilia Quarta ē mare amaꝝ. Ista aūt amaritudo marꝫ causat̄ ex hoc ꝙ ra

Scd̄a ꝑs p̄rin cipalis

dij solis cōtinue cōtingētes supficiē illi/
us aque extrahere habent inde vaporez
subtilē cū dulcedine: z humorē grossum
z terrestrē qui remanēt faciūt amaꝝ q̄si
desiccando. Et ꝑ illū modū radij solis
q̄ sunt attractus spūsscti q̄ continue con
tingūt mentē eiusdē hois bonis inspira
tionib⁹ dicēte aplo. Nemo pōt dicere do/
min⁹ ihs nisi in spūsctō q̄ q̄ttidie extra/
hit hui⁹ mūdi z carnis dulcedinē de aīa
nr̄a q̄ quāto pl⁹ tales inspiratōes multi
plicant̄: tāto ea q̄ sūt in mūdo min⁹ dul
cia sunt: z cū illa dulcedo est penit⁹ sepa
ta: tūc sequit̄ amaritudo ꝑfecta de pctis
q̄ q̄ꝫdiu manet dulcedo mūdi in aīa nō
pōt in ea amaritudo penitētie esse. cum
ista sint cōtraria. Jō dicit̄. i. Regum. i. ꝙ
cū esset Anna amaro animo orabat dn̄z
flens largiter q̄ fletus cōpunctiōis non
pōt ꝓcedere nisi de radice tenere amari/
tudinis. Non solū aūt illius gl'iosissi/
me sctē nomē sed etiā cognomē cōuenit
aīe penitenti seu cōtrite ꝑm eius q̄dru/
plicē interp̄tationē quā ponit Hiero. in
E interp̄tationib⁹ suis. Prima est ꝙ ma
gdalena i terp̄tat̄ magnifica. magnificē
tia aūt est ꝓtus aīe que cōsistit i magni/
tudine sumptuū z donoꝝ. nūc autē tria
sūt bonoꝝ genera. s. fortune q̄ sunt mini/
ma z sunt extra nos. Alia bona corporꝭ
que sunt circa nos q̄ sunt maiora. Alia
bona aīe q̄ sunt intra nos q̄ sunt maxīa.
Anima em̄ cōtrita est magnifica: q̄ li/
beral'r condonat non solū bona fortune
pctā elemosynis redimēdo. sic̄ dedit cō/
siliū Dan̄. iiij. Nabuchodo. di. Peccata
tua elemosynis redime. z bona corporis
carnē macerādo. sed z bona aīe affectio
nes iracūdie total'r remittēdo: sicut dic̄
dn̄s in Math. Si dimiseritis homib⁹
pctā eoꝝ ꝛc̄. Scdo interp̄tat̄ p̄munī/
ta. ille em̄ q̄ prepat se ad actū conuersio/
nis q̄ fit ꝑ contritionē debet se dispone/
re ad pugnā tētationis: vt talis anima
sit p̄munita: sicut cū q̄s detinet̄ violēter
sub dn̄io crudelis tyranni z disponit re/
bellare vt de captiuitate exeat: oportet
ip̄m se fortissime disponere ad resisten/
dum. z tūc facit maxime suū conatū. vn̄
dicit Sap̄. Accedēs ad seruitutē dei p̄/
para aīaz ad tēptationē Eccl'asti. ij. ca.

Tertio interp̄tat̄ turris. aīa em̄ con/
trita ad modū turris debet esse firma: ne
a suo ꝓposito auertat̄. q̄ si post peractā
penitentia reuertat̄ ad vomitū in duplo
displicet z flagellū iterat̄: vn̄ sicut egro/
tus total'r dū sanat̄ a ꝯtrarijs cauere de
bet ne recidiuet: sic z talis aīa cauere de
bet recidiuū ꝓpter q̄d dicit̄ ad Hebreos
vi. ꝙ impossibile est eos q̄ semel illumīa
ti sunt et postea: ꝓlapsi rursus renouari
ad penitentiā q̄ illud nō pōt fieri nisi ꝑ
ꝓtutē diuinā. Quarto interp̄tat̄ defē
satrix. nulla em̄ est specialis amicitia q̄
ita possit aīam defendere a pctō sicut cō/
tritio frequētata: q̄ tristicia nō solum re
pellit tēptationē sibi cōtrariā: sed z con/
tingentē ꝑm dicta philosophoꝝ. vn̄ expi
mur ꝙ manēs tristis non pōt in aliqua
alia re delectari: quia vitia z tēptatiōes
aīam decipiunt per modū delectatiōis:
vn̄ ad repellenda talia est cōtritio sūme
ydonea. sicut pueriles tēptationes ma/
xime ꝑ timores repellunt̄. vn̄ dicitur Ec
clesiastici. xi. Melior est ira vel tristicia
risu: quia ꝑ tristiciā malus anim⁹ et de/
linquēs corrigit̄. Et iō q̄ illa sctā muli/
er omnibus contritis exemplar fidelib⁹
cōueniēter fuit appellata Magdalena.
cui xp̄s p̄mo apparuit in sua resurrectōe
Mar. vlti. Sed quia ꝑm doctrinam
bti Aug. li. de quātitate aīe Magis est
curandū de rebus q̄ꝫ de noībus. idcirco
facta illius mulieris sunt ꝓfunde cogi/
tanda qual'r in eius cōtritōe fuerit ordi
nata. quod describit̄ Luc. vij. Rogabat
ihm q̄dam phariseus ꝛc̄. Et sequit̄ Ec/
ce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix ꝛc̄

In illo aūt ꝓcessu remouet euāgelista
ab illa sctā muliere q̄tuor īpedimenta q̄
obsistunt cōtritioni. cū dicit Ecce muli/
er q̄ erat in ciuitate peccatrix. Primū
em̄ impedimentū est. conscīa indurata.
sunt em̄ alique aīe dure intantū sic̄ saxa
vt nulla cōpunctōe aut inspiratōe vale/
ant immutari. sicut fuerūt iudei ab ini/

tio dure ceruicis quibꝫ dr in Ezechiele. Auferā cor lapideū de carne vr̄a ⁊ dabo vobis cor carneū. ⁊ tales nō sunt idonei ad cōtritionē: sed ad eternā reprobationē. qꝛ dicit Eccl'iasti. i. ca. Cor durū male habebit in nonissimo. Et illud impedimentū remouet euā gelista ab illa scā cū dic̄ Mulier ⁊c̄. Mulieres em̄ habēt cor magis ductile: ⁊ facilꝰ ad penitentiam trahunt q̄ꝫ viri. habēt etiā cor mobile: ⁊ h̄ ex corpis dispositōe: sicut infātes. Et iō rarius inueniunt idurate: sed magis benigne ꝓpter qd̄ dic̄ Sap̄. Ubi nō est mulier ingemiscit eger. Scd̄m impedimentū est cōsuetudo firmata. cōsuetudo em̄ diutina peccādi ita firmat habitū malū vt vertat in necessitatē peccādi ⁊ impossibilitatē cōterendi qn̄ consumate ⁊ ꝑfecte est radicata: sic̄ cibꝫ malꝰ cū possit non sumi. postq̄ꝫ ē sumptꝰ necessario nocet. ⁊ quēadmodū egritudines inueterate dicūtur incurabiles. Ideo dr Jere. xiij. Si pōt mutare ethiops pellez suā aut pardus varietatē suā: ita ⁊ vos bene facere poteritis cū didiceritis malum. Et illud impedimentum remouet cū dicit. erat in p̄teritoimꝑfecto. Que. s erat nondū em̄ erat viciū iueteratū: sic̄ i illis quos pctā dimittūt. qꝛ. xxx. annis vixit in maxima pnia postq̄ꝫ fuit ad deū cōuersa. Tertiū impedimentū ē dissēsio ꝓuocata qn̄. s. est pugna inter rōnez ⁊ passionē. ⁊ inter vires sensitiuas ⁊ intellectiuas ꝯtra bellū intestinū. de q̄ apl's dic̄ ꝙ caro cōcupiscit aduersꝰ spm̄ ⁊ spiritꝰ aduersus carnē. hec em̄ sibi inuicez aduersant vt nō q̄cūq̄ꝫ vultꝫ illa faciatis ad Galath. v. Istud aūt ipedimentū remouet cū dic̄. in ciuitate. s. hierl'm q̄ dicit visio pacꝫ. qn̄ em̄ aīa ē pacata ⁊ rixa passionū est sedata tūc ē ad cōtritionem ydonea. qꝛ passiōes incitāt ad ꝯrias delectatiōes. Quartū impedimentū est innocētia existimata. qꝛ qn̄ aliq̄s cū peccator sit existimat se falsa opinione innocentē tūc nō pōt ad pniaꝫ flecti. sic̄ infirmus nō vult recipe medicinā qn̄ existimat se nō esse egrotū: vt ptꝫ in freneticis ⁊ ita fatuus qꝛ se reputat sapientē refutat disciplinā. ⁊ de istꝫ dr Jere. ij. Dixisti absq̄ꝫ pctō. ⁊ innocēs ego sum ꝓptea ego tecū in iudicio contēdā. ⁊ qꝛ in diuino iudicio ostendet abhoiabilis. sequit q̄ꝫ vilis facta es. Et illud ipedimētū aufert cū dic̄ pctōr: qꝛ nō reputabat se innocentē. Istis aūt exclusis impedimentis euacuata ponit q̄ttuor actus illiꝰ mulieris ad ꝑfectā pniam reducētes. quoꝝ. s. p̄mus est actꝰ diligētissime inuestigationis vt cognouit inq̄t ꝙ xp̄s accubuit i domo pharisei. Istiꝰ rei noticiā non habuisset nisi viā ⁊ ꝓcessū xp̄i diligēter iuestigasset. Et ꝑ illū modū volētes veram pniam facere debēt diligenter agere vt sollicite req̄rāt ꝑ quā viā meliꝰ possint miscd̄iam iuenire: sic̄ illi q̄ sūt a gr̄a alicuiꝰ p̄ncipis t̄reni deiecti: quēadmodū semei cū ꝓuocasset regē Dauid ad irā: diligēter q̄siuit q̄liter eiꝰ gr̄am inueniret. iiij. Re. xix. ca. Scd̄s fuit actꝰ cōueniētis p̄ꝑatiōis. postq̄ꝫ em̄ iuenit qd̄ q̄rebat sufficiēter p̄ꝑauit se ad faciendum qd̄ intēdebat. Et iō sequit ꝙ attulit alabastꝝ vnguēti vt nō veniret vacua sꝫ ad obsequiū preꝑata: sic̄ in lege scp̄tū erat. Nō apparebis vacuus in cōspectu regis et meo. Et ꝑ illū modū dꝫ facere qui vult ꝑe penitere: exq̄ nouit modū q̄ penitēdū est oportet se ad illū sollicite p̄ꝑare offerēdo vnguentū alabastri. i. volūtatis bonū ꝓpositū cōtinētis. volūtas eniꝫ sic̄ alabastꝝ ē vas p̄ciosū qd̄ est gr̄e contentiuū ⁊ ꝓpositū bonū ē vnguentū suauissimū in q̄ deꝰ sūme delectat q̄ꝫuis nō ꝑficiat. vn̄ dictū fuit ad dauid ore diuio ij. Regū. viij. Qꝛ cogitasti edificare tēplū noi meo bene fecisti. h̄ ip̄m mēte pertractās: attamē tu nō edificab ⁊c̄ Tertius fuit actꝰ erubescētis occultatiōis: postq̄ꝫ em̄ preꝑata venit faciē xp̄i erubuit cōscia sibi de pctis. ⁊ iō sicut ꝑecundi nō audēt in faciē respicere sꝫ querūt se occultare. Et ꝑ hoc dicūt sapiētes ꝙ natura intendēs se occultare sanguinē ad faciē mittit cū erubescit. Et iō hec cuꝫ venisset stetit retro: vultū xp̄i non sustinēs.

Et p scdm modū q̄ vult verā pniam agere dz in cōspectu dei oīa ꝓspicientis vehemēter erubescere: qꝛ ꝟecūdia ē passio quā incurrit aspectꝰ de aliq̄ turpi maxime in cōspectu honestoꝝ. ⁊ qꝛ feditas pcti est turpissima pn̄tia vultꝰ diuini honestissima: debet pctōꝛ dū penitet vehemēter erubescere: iō aīe peccatrici q̄ sine ꝟecūdia venit ad pniam ⁊ ad p̄sentiam dei dicit Jere. iij. Frons mulierꝭ meretricis facta est tibi ⁊ erubescere noluisti ⁊c̄

Quartus fuit actꝰ humiliatiōis inclinātis. postq̄ em̄ erubuit semetipam humiliauit. Et dic̄ euangelista ꝙ posuit se secus pedes dn̄i hūiliter ꝓsternēdo. Et p illū modū q̄ vult pfecte penitere debz seip̄m ꝓfunde hūiliare. qꝛ ꝯria ꝯrijs curant̄ qꝛ oē pctm̄ ꝓcedit ex sup̄bia qꝛ nullus peccat mortal'r nisi ex inobediētia ⁊ cōtumacia diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. ille aūt sūt spēs sup̄bie ⁊ passiōes ⁊ ꝓles: vn̄ Numeroꝝ. xv. Aīa q̄ p sup̄biā peccauerit peribit de ꝓpl'o suo: qm̄ rebellis fuit aduersꝰ deū. ⁊ cōsumatꝫ istis q̄ttuoꝛ actibꝫ ad verā pniam disponētibꝫ. describit euāgelista ordinatissime q̄ttuoꝛ obseq̄a q̄ illa venerabil' mulier exhibuit circa pedes dn̄i

C Et primū fuit peduꝫ ablutio. lachrymis inq̄t lauit pedes eius. Scdm fuit abstersio. iō ibidē dicit̄. Et capillis suis tergebat. Tertiū fuit pedū deosculatio. vbi dr̄. Et osculabat̄ pedes eius.

Quartū fuit pedū inunctio. ibi. Et vnxit vnguēto ⁊c̄. Et illa q̄tuoꝛ obseq̄a significāt q̄ttuoꝛ mysteria q̄ in ꝟa penitētia p̄missa vera contritione sequuntur.

Quoꝝ primū est confessio pura que significat̄ p actū ablutiōis: qꝛ cōfessio pura sordes mētis abluit: sic̄ aq̄ mūdat inquinamēta carnis. iō dr̄ in ps̄. Confitebor aduersū me iniusticiā meā dn̄o et tu remisisti impietatē pctī mei ⁊c̄. Et quia in ꝓfluuio lachrymaꝝ nō solum pctā remittunt̄: ꝫ etiā elōgant̄. iō sequit̄. verū tamen ī diluuio aq̄ꝝ multaꝝ ad deū nō approximabūt ⁊c̄ Scdm ē satisfactio pfecta de pctis iā cōfessis: illa significat̄ p actū abstersionis. qꝛ licet p actū cōfessionis abluat̄ a culpa: ita p satisfactionē q̄ fit in pnia dimittit̄ pena et abstergit̄. vn̄ Prouer. ij. Vulnus ⁊ liuoꝛ vulneris .i. opa lesiua ⁊ anxia satisfactiōis abstergūt mala. i. penas ad q̄s aīa remanet obligata ꝑsoluēdo ī alio mūdo duriꝰ si nō vult in isto. Tertiū est recōciliatio cōsumāda post pfectā satisfactionez. ⁊ illa significat̄ p actū osculatiōis. q̄ igit̄ mutuo recōciliāt se osculari solent. Scribit̄ em̄. ij. Re. xiij. ꝙ rex Dauid qn̄ recōciliauit sibi absolō osculatꝰ est eū: ⁊ ita pꝰ plenā satisfactionē aīa deo recōciliat̄ ita ꝙ si corpus moreret̄ cōfestim assumeretur

Quartū est cōsolatio amena: qꝛ post actū satisfactionis est delectatio sincera Jsta significat̄ per actuꝫ vnctionis que est delectatio. ⁊ illud est de natura om̄is actus virtuosi vt dimittat delectationē post tristiciā cum sit difficilis sicut actus malus dimittit tristiciā post delectationem. Et ideo datur vna regula in diuina scriprura ꝙ angelus bonus apparēs in p̄ncipio turbat: ⁊ in fine q̄etat: sic̄ habetur Danielis. ij. Malus autē angelꝰ in principio delectat et in fine offendit: sicut in paradiso etiam. Et quoniā perfecte reconciliatus cū christo iugiter delectat̄. ideo dicit̄ in Apocal'. iij. Sto ad hostiū et si quis apperuerit mihi intrabo ⁊ cenabo cum illo ⁊ ip̄e mecū. Jsta autē vehementi delectatione alterata fuit hec sacra mulier: que tanq̄ꝫ sp̄ualiter inebriata nullam verecūdiā in cōspectu hominū patiebat̄: omnia peccata sua nō secretando: sed publicando in cōspectuꝫ conuiuantiū ingrediens in alienam domū sine licentia irruens quasi importuno beneficio. sic̄ dicit Aug. in sermone. Hac ꝟo pacta penitētia hec mulier fuit sanctissima. idcirco introducit eā euangelista vt pfectione quadruplici illuminatā ⁊ E Primo vt ardētissime diligētē qꝛ q̄to plus peccauit tāto plus ei xp̄us dimisit. ⁊ tanto plus christus eam dilexit et ipsa christum. ꝟm parabolā christi de ipsa ad phariseum Luce. vij. vn̄ christus illi subiūxit. Dimissa sūt ei peccata

multa qm̄ dilexit multū. Scdo vt altissime contēplantē: quia duz sororeius Martha intēta esset vite actiue: ista cōtēplatiue. Martha inq̄t satagebat circa frequēs ministeriū: Maria aūt sedens ad pedes dn̄i audiuit verbū illius. Nec mirū: q̄ magnitudo dilectiōis inducit necessario celsitudinē contēplationis: q̄ quāto res plus amat: tāto frequēti⁹ ad memoriā z cōsiderationē reducit. Et iō q̄ ei⁹ vita erat sic in cōtēplatione sublimata, dicit de ea saluator Lu. x. Maria optimā partē elegit, id est summā q̄ non auferet ab ea. Tertio vt clementissime ministrantē, sequebat em̄ postea xp̄m z ministrabat ei de facultatib⁹ suis vt habet Marci. xv. z ipa vltra omnes alias sequētes xp̄m appropinquāte passione, corpus xp̄i recreauit z confortauit vngēdo quod iam dissolui iciebat: ob horrorē mortis imminētis vt hr̄ Mar. xxvi. Ū dixit dn̄s iude arguenti ipsam Bonū op⁹ opata est in me zc. Quarto vt fidelissime pseuerātē. tpe em̄ passionis a xp̄o et a sua matre nūq̄ discessit. cū oēs apli fugissent, z vltra oēs tempore resurrectionis sepulchr̄ frequētabat plorans z suū dn̄m querens: vt dicit euāgelista Johes q̄ cū Petrus z alij cucurrissent ad monumentū nunciante ea abierūt itez ad semetipos Maria aūt stabat foris plorās. Et quia sapiētia increata q̄ est xp̄s dicit Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. idcirco versa vice euāgelista introducit xp̄m q̄druplicē benignitatē xp̄m ad illā sctām mulierez se habuisse. Primo em̄ vt liberalr̄ indulgentē Luce. vij. q̄ dixit ei pacta illa penitentia. Remittunt tibi pcā tua. Et illam remissionē intelligimus nō soluz q̄ ad culpā: sed etiā quo ad penā: ita q̄ si statim mortua fuisset confestim sine purgatorio ad sinū abrae euolasset: vbi crāt tunc scti. cuius dicti ratio est. q̄ cū culpa oīnis sufficiēter remittat̄ p confessionez z cōtritionē z ipa pus fuerit sufficienter ptrita. z xp̄s q̄ intuet̄ omnia mentaliter cōfessa sequit̄ q̄ non solū ei tunc pcā dimisit: sed etiā salutē eternā donauit. Et ideo dicit ibidē. Fides tua te saluam fecit: vade zc. Scdo vt ipam dulcit excusantē q̄ accusata fuit a sorore sua Luce. x. Martha martha zc. Et sequitur Maria optimā partē zc. vbi dicit Augusti. Quō non putam⁹ eā tunuisse ne diceret ei dn̄s. Surge z adiuua sororez tuā? Excusata inq̄t est sedit securior zc.

Tertio vt efficaciter ptegentez. cum em̄ fremerēt in eā quidā discipuli p̄ter fractionē alabastri p̄cios vnguēti dixit eis ihesus ostendens q̄ gratissimuz eius haberet obsequiū Mar. xiij. Amen dico vobis vbicūq̄ predicatū fuerit euangeliū istud zc. Quarto vt eā indicibiliter consolantē in sacramēto sue resurrectiōis: vt ostendit̄ quadrupl̄ ratione. et Prima est q̄ ante oīes sibi apparuit Mar. xv. Surgens ih̄s primo mane apparuit p̄mo Marie magda. Secū da quia ipam more solito eā allocut⁹ fuit: vt q̄ non cognoscebat videndo: cognosceret audiendo q̄n dixit Maria noli me tangere Marci. x. Tertia est quia se palpandū p̄buit: licet em̄ tūc ei dixerit Noli me tāgere. tñ Mat. xxviij. etiā in alia apparitione dicit̄ q̄ ipa z altera maria tenuerūt pedes eius. Quarta ē: q̄ ei officiū angeli cōmisit q̄ dixit. Vade ad frēs meos z dic eis ascendo zc. Jo. xx vñ ipa gaudia gaudio dn̄ice resurrectōis z preconio sue ascēsiōis p̄mo aplis nunciauit: vt ibidem habetur. Ad q̄ gaudium xp̄us zc

De eadem: Sermo tertius.

Emittuntur tibi

r peccata tua Lu. vij. ca. Q̄r sicut ex testimonio sacre scripture didicimus q̄ rei q̄ magnis debitis sūt obligati habēt q̄druplicē solaciū gradū. quoz Primus est q̄n debitū curialiter exigit nō cū oppressiōe z violentia: sicut ille q̄ tenens suffocabat eū cū dixit. Redde q̄ debes. Et q̄ statim nō soluit mittit eū in carcerē Lu. xvij. ca. Scdo ē: quando debitū differt: sicut rogabat ille

dicēs patientiā habe in me ⁊c̄. luc. xviij. Aug. dicit ꝙ nō postulabat nisi dilatio/nem. Tertiꝰ est qñ debitū diminuitur sicut ꝓpl's isrl' rogabat roboā vt alleuia/ret eoꝝ iugū tributorū ad qđ obligaue/rat eos salomō. iij. R. xviij. ca. Quartꝰ est qñ debitū totū dimittit sic̄ illud luc. xviij. ca. Misertꝰ est dñs serui illiꝰ et oē debitū dimisit ei. ⁊ hec ē sūma gr̄a q̄ cre/ditori p̄t fieri. Et iō qꝛ maria magda lena erat multis debitꝫ obligata gratissi mū pnie obtulit obsequiū xp̄o vt dic̄ euā geliū hodiernū. ꝓpter qđ de tali obseq̄o abūdāter remūerata a xp̄o audiuit. Re/mittunt tibi pctā tua. qđ figuratū fuit. ij R. xix. vbi dr̄ ꝙ dđ. maximā offensā pro modico obseq̄o dimisit semei. Scđm ergo p̄missa i h̄ verbo tria cōmēdabilia ad ꝑsonā huiꝰ mulieris ꝑtinētia descri/bunt. Et primo indulgētia cōmissi sce leris ⁊ hoc cuꝫ dr̄ Remittunt. Scđo beniuolentia collati muneris. quia tibi.

Tertio sarcina depositi ponderis qꝛ pctā tua. Primū cōmēdabile est idul/gentia cōmissi sceleris: cū dr̄ Remittunt de hoc pōt accipi illud luc. vij Dimittū/tur ei peccata multa: qm̄ dilexit multuꝫ Sic̄ em̄ ignis est cōsumptiuꝰ macule in vase argēteo: ita flāma charitatꝫ est ꝯsū/ptiua pcti anie ꝓuerb. xi. Charitas opit multitudinē pctōꝝ. i. petri. iiij. Scđm cōmēdabile est beniuolētia collati mūe/ris. ⁊ hoc ibi cū dr̄. Tibi. Casus datiuꝰ siue donatiuꝰ signat liberalitatem chri/stus em̄ postq̄ dimisit culpam dedit ei gr̄am sic ⁊ de collatiōe gr̄e plenitudinis fuit verbis exp̄ssuꝫ ꝑ eundē casum dicē/te angelo luc. i. Virtus altissimi obum/brabit tibi ⁊c̄. Tertiū cōmēdabile est sarcina depositi ponderis. ibi: pctā tua. Multū. em̄ cōmēdabile est qñ graue pō dus deponit sꝫ multo magis pōdus pctī qđ adeo graue erat qđ totū humanū ge/nus nō sufficiebat ad portandū: donec il lud grauamē depositū a xp̄o fuit Joh. i. Ecce agnꝰ dei ecce q̄ tollit pctā mundi. Quia pctā nr̄a ip̄e ꝑtulit sup lignuꝫ vt pec. mor. iusticie viuamꝰ cuiꝰ li. sa. sumꝰ

Quia ergo hic fit mētio de pctōꝝ pō/dere dicamꝰ de pctōꝝ remissiōe. Oc/currunt em̄ decē cōsideratiōes circa istā materiā. Prima est q̄d est pctm̄ Dicit aūt ꝑm sacrā scripturā ꝙ pctm̄ est diuīe maiestatis offensa dicēte aplo. philip. iij ca. ꝙ electum oportet esse sine offensa. i. sine peccato. Notandū ꝙ pctm̄ in scri ptura compat̄ q̄druplici detrimēto. Et p̄mo detrimēto macule deturpātis quia quāto macula scꝫ nobiliori sbiecto imp̄/mit tāto magis ꝓpter ip̄am tale subiectū vilificat sicut lepra magꝫ dehonestat p̄n cipeꝫ q̄ꝫ rusticū: ita pctm̄ q̄nto nobilio/ri nature imprimit: tanto plus ꝑ illud i/ficit. vnde peccatū qđ in appetitu sensiti/uo veniale est. in intellectiuo est mortale ⁊ qđ in appetitu humano est remissibile in angelo fuit irremissibile Jdeo dicitur de salomōe eccl'iastici. xlix. Dedisti ma/culam in gloria tua. quia cū esset p̄nceps p̄clarissimus plꝰ ip̄m q̄ꝫ aliū deturpauit

Quartus est thesaurus sanctor con/fessorum: quorum fuerunt illa sublimia merita q̄ longe eis minora sufficissent ad salutem. et ideo de eor reliquijs ce/teris peccatoribus prouidētur indulgē/tie. et illud est minus apparens. quia ille qui plus remuneratur q̄ mereturmō ha/bet vilum residuuz vt alteri rependatur eo q̄ totum eius meritum est adequatū z plus q̄ adequatū. sic aūt est de cōfessori/bus de quibus dicit saluator. Lu. vi. ca. Mensurā bonā confertam z coagitatā z superefluentem dabunt in sinū vestrū Ideo videtur esse. dicendū q̄ ille indul/gentie que sic dantur ab ecclesia per mo/dum auctoritatis: pcedunt ex illa pote/state quam xp̄us dedit beato petro quā/

do dixit ei. Quodcunq; ligaueris super terram ꝛc. Et illud potest confirmari ꝙ
D druplici ratione. quaruꝫ. ſ. Prima est talis. quando aliquis princeps cõmittit vicario ſuo plenitudinẽ potestatis vniuersaliter nullã ponens in commissione ſua exceptionem: ille potest secundũ formam cõmissionis sibi facte in omni materia relaxare ꝛ restringere. cũ habeat potestatẽ vniuersaliter sibi cõmissam ꝛ nullatenus coartatam. sic autẽ cõmissa fuit potestas beato petro distributiue dicẽs: Quodcunq; ligaueris ꝛc. nulla facta exceptione. ꝛ sic poterat circa relaxationẽ pene sicut poterat circa relaxationẽ culpe. ꝛc. Scõa ratio est quia quicunq; princeps cõmittit alicui qõ maius est videtur etiã cõmittere qõ minus est circa eandem materiã ꝛ causam. vt ille ꝙ põt qõ maius est: potest qõ minus est circa eandem materiam. vt qui potest sententiare potest iquirere. Sed circa causas peccatorum maius est absoluere a culpa ꝙ̃ a pena. ergo cum princeps ecclesiasticus habeat plenam potestatem absoluẽdi a culpa: multomagis a pena: que est minus malum. cuius signum est: qz redditur pena pro culpa ab eo qui semper dat minora mala pro maioribus bonis. sicut maiora bona ꝙ minoribꝫ ꝛc. Tertia ratio est. quia cuicũq; cõmittit relaxatio maioris pene circa eundem processum: videtur ꝙ non sit neganda relaxatio minoris pene. sicut qui accipit a principe potestatem dimittendi mortẽ: bene videtur accipere potestatez dimittendi mutilationem vel exulationẽ. sed xp̃us potestatem seu plenitudinez potestatis dedit ecclesie remittendi obligationem ad penam eternam: vt patet in absolutione peccati mortalis. ergo multomagis ad penam temporalẽ purgatorij ꝙ̃ inferni ꝛc. Quarta ratio est: quia oĩs princeps iustitie debet esse pronior ad remittendũ ꝙ̃ ad puniendum. dicente ezechiele. xviij. Non est voluntatis mee mors impij: sed magis vt conuertatur ꝛ viuat Nunc aũt videmus ꝙ p̃ncipes illa ad ꝙ̃ sunt promptiores facilius cõmittunt. ergo cum christus cõmiserit ecclesie potestatem alligandi ad penaz: multomagis absoluendi ab eadẽ pena. ꝛ illud nõ est nisi ĩdulgẽtia. Dico ergo ꝙ successor be. pe. de plenitudine potestatis cõmisse b. Petro habet auctoritatem dandi indulgentiã. quia quicunq; habet potestatem sup̃ antecedens: habet illã sup̃ oĩs qõ non sequitur nisi ex illo antecedente. sicut si mors nõ posset euenire nisi p̃ia infirmitate vel egritudine quicunq; põt tollere omnẽ egritudinẽ: põt tollere oẽm ifirmitatẽ ꝛ mortẽ. vñ cũ in ciuilib⁹ actio nascat ex obligatione. quicunq; eĩ põt tollere obligationẽ potest tollere omnez actionem. Et ideo cũ pena sit cõsequẽs ad culpam sicut actio ad obligationem cũ igit ecclesia acceperit omnẽ plenitudinẽ potestatis ad tollendã ministerialiter culpaz: nõ videtur carere potestate ad dimittendum penam. Et quia circa ea que sunt fidei dictis diuine scripture tanq̃ regule ꝛ lumini est assentiendum secundũ diony. de di. no. ideo inducitur auctoritas xp̃i. Jo. xx. di. Quorum remiseritis peccata ꝛc. Nunc autẽ in foro penitentiali licet quis habeat potestatẽ remittendi peccata quantum ad culpã eo modo quo remittuntur ibi. nõ tamen vt videtur remittendi nisi quantũ ad penã quia si potest remittere quãtũ ad culpã posset ipsuz ita iniunctũ in peccato mortali detinere. Et ideo illius detẽtio solũ videtur sonare ad penam. Nullus autẽ potest penam remittere nisi qui põt eaz dimittere. Circa istius sermonis secũdam particulam insistendo erga istarũ indulgentiarum vtilitatez occurrunt. x. consideratiões. ꝛ prima est ꝙ iste indulgentie proficiunt et per consequens non sunt vacue. Secunda est quid proficiunt. Tertia est quantum proficiunt. Quarta est quoties ꝓficiũt. Quinta est. qualiter proficiunt. Sexta a ꝙ̃bus ꝓficiunt. Septima est ꝙ̃bus ꝓficiunt. Octaua est qñ ꝓficiũt. Nona ẽ vbi ꝓficiũt. Decima est quare ꝓficiũt.

I. consi/deratio

Quantum ad primā consideratiōnē q̄ ille indulgentie proficiant ostenditur per quattuor vias. Prima via est ꝛ sumitur ex auctoritate dominica. quia ipse dñs dedit indulgentiaꝫ quando dixit E magdalene: Remittunt tibi peccata tua cū tamē prius cū perfecta contritiōe venisset ad christum in qua cōtritione culpa remittitur. Et ideo dixit christ⁹. Dimissa sunt ei peccata multa quoniaꝫ dilexit multum. postea addidit quando sibi licentiam dedit recedendi. remittunt tibi peccata. qō nō potest intelligi quantum ad culpam. quia iam dixerat. dimissa sunt ei peccata ꝛc. Et ideo oportet q̄ intelligatur quantum ad penā: ꝛ hec est indulgentia. Et si dicatur q̄ solus x̄pus potest hoc facere. non valet. qꝛ ipse promisit apostolis. Joh. Opera que ego facio ꝛ ipse faciet ꝛ maiora horum ꝛc.

Scōa via sumitur ex auctoritate apostolica. quia non habet maiorem auctoritatem princeps temporalis in temporalibus q̄ princeps spiritualis in spiritualibus: cum maiori principatui maior auctoritas cōmittatur. Hunc autem princeps temporalis pōt remittere oēm penam temporalem: ergo princeps spiritualis multo plus cum ei plenaria potestas sit cōmissa: cum dixit christus Petro Pasce oues meas. Jo. xxi. ca. Tertia via est ꝛ sumitur ex auctoritate ecclesiastica. quia saluator. Math. xvi. ca. describens ecclesie fundamenta dixit. Super hanc petram edificabo ecclesiā meā ꝛ porte inferi non prevalebūt adversus eam. vnde habetur q̄ ecclesia vincit portas inferni. ꝛ non videtur q̄ inferni inferioris. cum nulla virtus ecclesiastica ad illos se extendat. Et sic videtur q̄ intelligatur de purgatorio. s. q̄ virtus ecclesiastica illas portas vincat qō nō potest intelligi nisi quantum ad suffragia. vel quantum ad indulgentiaꝫ. suffragia autem non videntur habere locum. qꝛ non habent efficatiam per modum auctoritatis: sed per modum deprecationis. vbi autem est sola deprecatio ibi non est victoria. sicut hic dicitur de portis inferni ꝛc. Quarta via sumitur ex auctoritate euangelica. quia christus p̄misit implicite q̄ nunq̄ deficeret fides ecclesie. Luce. xxij. quando dixit Petro. Ego autem pro te rogaui vt non deficiat fides tua. qō dictuꝫ intelligitur in persona totius ecclesie et non singularis persone. quia post illud dictuꝫ Petrus perdidit fidem cum christum ter negauit. vt ibidem dicit euangelium. Et quia indulgentie date sunt ab initio secundum fidem ecclesie. ideo de vtilitate indulgentiarum nullatenus est dubitandū. Secunda consideratio est. quid ille indul/gentie proficiant. Dico q̄ ex istis indulgentijs p̄ueniunt quattuor bona. Et A primū bonum est augmentatio gratie. quia cum supponant hominē esse in caritate opera talia meritoria merenk gratie augmentum. quia secundum Aug. Charitas meretur augeri. tales autē indulgentie non habentur nisi per opera meritoria de natura sua. ideo lucrum indulgentie nō pōt fieri sine augmēto gr̄e. II. cōsi/deratio

Secundum bonum est accumulatio glorie. quia cum nullus possit lucrari indulgentiam nisi per fidē: ꝛ fides est cui promittitur visio diuine essentie ex primo de trini. ideo cum ex indulgēcia lucrum augmentek. necessario dona felicitatis eterne i debito augmētank. Tertium bonum est remissio pene in hac vita. quia cum sacerdos sapiens venienti ad penitentie sacramentū imponat penitentiam ꝑm mensuram peccati. dicente domino in lege Moysi deutero. xxv. q̄ secundū q̄titatem delicti erit plagarum modus. Et ideo cum tales penitētie date sint in penam peccati: q̄tum lucratur de indulgentia tantum tollitur de illis penis. Et quia indulgētie vt patuit sunt ad auferendū penaꝫ. vnde si sacerdos iunxit. x. dies de penitētia. x. dies de indulgentia euacuant illam penam q̄tum ad necessitatem: non q̄tum ad vtilitatem. vnde in collationibus indulgentiarum solet dici decem dies de iniunctis peni/

nitentijs misericorditer relaxamus.

Quartum bonum est remissio pene in alia vita scilicet in purgatorio. quia ibi teneretur illa regula de qua habetur apoc. xviij. Quantum glorificauit se in deliciis fuit tantum date ei tormentum et luctum. Nunc aũt quantũcunq; alicui beneficium aliquid remissuz est in aliqua cõmunitate ab illo qui habet plenitudinẽ potestatis in illa cõmunitate per idẽ est ac si soluisset. Sed si quis penitentiã sibi iniunctam soluisset in ecclesia secundum exigentiam suoz peccatorum nulli dubium est q̃ iteruz in purgatorio nõ puniretur cum non resurgat duplex tribulatio in idipsum secundum propheticum dictum. ergo eodem modo si in ecclesia est remissum per indulgentiaz qõ erat puniendum. Tertia cõsideratio est. quãtum ille indulgentie proficiunt. Dicitur autem in. iij. lib. sententiarum q̃ indulgentie tantum valent quantum sonant. i. quantum exprimitur in forma concessionis earum. Intelligendũ est tamẽ ꝙa indulgentie cõmuniter date solent quadrupliciter sonare. Et primo respiciunt ad determinatuz tempus secũdum mensuram scilicet dierum: vt cum dant. xl. dies de indulgentia. Secundo modo scõm determinatum tempus scõm numerum annoz: vt cum dantur xl. anni de idulgẽtia. Tertio modo respiciunt certam portionem peccatorum vt cum medietas vel pars peccatorum relaxatur. Quarto modo respiciendo ad totum simpliciter: vt cũ datur remissio peccatorum omniũ scõm plenariam indulgentiã. De primo modo. si idulgentie sonant ad numerum dieruz: sunt sic intelligende q̃ si alicui sunt iniuncti x. dies de penitentia pro suis peccatis in foro confessionis: q̃ per decez dies de indulgentijs remittunt illi quia ita sonãt verba dictarum litteraruz forme in quibus conceditur indulgentia. Cum dicunt. x. dies de iniunctis penitentijs misericorditer relaxamus sibi. Et si tales non sunt iniuncti tunc tantum auferetur de pena purgatorij: q̃ntũ ꝙ illam pñiam si facta perfecisset sibi iniuncta sublatuz fuisset. qz indulgentia tm̃ remittit de pena q̃ntũ de pena sonat. z illa pena q̃ ẽ sel remissa non debet esse iteꝝ punita De secundo modo: Si indulgentie sonant ad numeꝝ annoruz est intelligendũ q̃ tantum valent q̃tum valeret persolutio penitentiarum iniunctarum ad vnũ annum. Et si dicatur quid intelligimus per vnum annum aut per vnam diez de penitentia cui correspondet annus vel dies de indulgentia. Dicitur q̃ in primitiua ecclesia computati erant dies tales secundum arbitrium sacerdotis. vt tali die infligeretur tanta pena quantam poterat portare sine detrimento salutis in abstinentijs z flagellis. quia dicit Aug. q̃ corpus nostrum non est damnanduz: sed sanandum. De tertio modo si indulgentie sonent ad quantitatem peccaminum quo ad penam. vt dimidiã partem. tunc tantum valent quantum penitentia sufficiens valeret facta pro tantorum peccatorum quantitate. quia in tali indulgẽtia remittitur media pars penitentiarum iniunctarum sibi vel iniungendarum secundum arbitrium sapientis sacerdotis quod est finis suus et per idem est ac si fuisset solutuz. Et ideo de illa portione non habebit penam in hoc seculo. nec in futuro. quia deus vt patuit debitũ bis non exigit. De quarto modo si indulgentie sonant qnantuz ad totum cumulum peccatorum vt penam remittant secundum formam indulgentiarum plene tunc omne debitum auferꝝ vt nullus reatꝰ pene remaneat pro isto seculo. quia ab eo pena remittiꝝ sibi quantum in hoc seculo potest vniuersaliter soluere vt patuit z ligare. nec etiã in futuro seculo. quia illud quod est plene remissũ ab inferiori principe in suo principatu vbi est plena potestas sibi cõmissa: a superiori non debet vlterius exigi: a suo pn cipe committente in principatu superiori: alioquin obuiaret sue cõmissioni. Et ideo cum talis pena sit totaliter dimis/

Nota

B

sa in hoc mundo per illū cui est potestas commissa. tale debitum nō est in futuro seculo a deo exigendum: sicut dictat ratio naturalis. Sed tunc solet talis q̄stio fieri. Si tales qui cum plenitudine talis indulgentie scilicet moriuntur nullo peccato apposito. statim euolent. Dicitur q̄ sic quia nullum impedimentum est ascendendi in celum exquo quis moritur in gratia. postq̄ christus preparauit viam per solutionem debite pene. vnde anime post sufficientem purgationez confestim euolant iuxta illud ps. Torrentem pertransiuit anima nostra. ergo cum illud quod est remissum per idem sit ac si esset solutum. alioquin inanis esset solutio vel remissio. isti cōfestim euolant. Et ideo dixit christus Petro signāter. Math. xv. Tibi dabo claues regni celorum ꝛc. Quando enim quis habet claues confestim potest introducere. nec per alium modum inuenitur per quem possit sedes petri celum claudere vel aperire. quia peracta penitentia hic vel ibi sine ipso quisq̄ ingreditur. Quarta consideratio est. quotiens ille indulgentie proficiunt. Dicitur autez q̄ sicut sacramentum penitentie est iterabile. dicente sapiente prouerb. xxiiij Septies in die cadit iustus ꝛ resurgit. que resurrectio non fit nisi per penitentiaz: ita beneficium indulgentie est iterabile et frequentabile. quia sicut potest iterari culpa ꝛ frequentari: ita pena consequēs ipsam. ꝛ ideo sicut penitentia frequentatur ad emendandam culpam ꝛ indulgentia iteratur ad deledum penam ꝛ etiam dirimendam consequentem ipsam

Questio

IIII. Consideratio

Intelligenduz est tamen q̄ quattuor modis potest intelligi q̄ istarum indulgentiarum frequentatio proficiat ad penas purgatorij propter quas hodie principaliter intenduntur. Et primo modo vt qui lucratur vnam diem de indulgentia. habeat scilicet vnam diem refrigerij cū erit in purgatorio Et ita de vno anno ꝛc. Secūdo modo vt qui lucratur vnum annū de indulgentia per vnū annum eius pena in purgatorio breuiatur. ꝛ ita de vna die ꝛc. Tertio modo do: vt qui lucratur vnam diem vel vnū annum de indulgentia: tantum habeat de refrigerio in purgatorio quantuz de pena habuisset si penitentiam tantaz in hoc mundo fecisset. Quarto modo vt si lucratur vnum diem vel vnum annuz de tali indulgentia tantum breuiter de eius pena: quantuz in penitentia fuisset si penitentiam redemptam per indulgētiam perfecisset. quia vt patuit. indulgētie ad penitentias iniūctas vel iniungēdas directe respiciunt. Sed primus modus non videtur esse conueniens. ꝺa anime nō detinentur in purgatorio nisi ad soluendam penam sibi determinataz ꝛ ideo pena illa terminata: anime statiz euolāt. ꝛ ideo nō videt ibi tale refrigerium quia pro tempore illo quo non puniuntur deberent esse beate. ꝛ ideo talis dilatio felicitatis preter penam videtur esse iniusta. Nec secundus modus valet quia ille cuius auctoritas non extenditur ad aliam vitam: non videtur posse prefigere tempus pene quod exigitur in alia vita: cum nullus princeps extra suum principatum possit aliquid statuere princeps autem ecclesie non videtur habere iurisdictionem extra presentem vitam. ꝛ ideo videtur quantum possit illi tempus limitare. Nec tertius modus valet. quia tale refrigerium non admittitur in purgatorio ne ibi vltra debitum sancti retineātur. nec esset perfecta talis indulgentia si cuz tali refrigerio esset pena damni que ponitur maxima. Nec quartus modus. quia non sunt equales penitentie huius vite ad penas illas secundum Augu. ꝛ ideo non potest ibi fieri bona cōmensuratio. ideo videtur esse dicenduz si quis diligenter respiciat ad premium: q̄ tantum diminuitur de pena purgatorij per vnam diem aut per annum de indulgentia quantum breuiatiū fuisset si talis per annum aut per diē penitentiaz hanc egisset. quia indulgentie respiciunt penam peccati secundum q̄

Et

imponunt ab ecclesia. ⁊ illud potest ab ecclesia remitti. ⁊ cum esset remissum nõ remittitur in alio mundo. Et quia certum est quantum de pena purgatorij diminuit vnus annus penitentie. ideo incertum est quantum diminuat vnus annus indulgentie. vnde accipitur documentum ꝙ certius est lucrari indulgentiam secundum quantitatem culparum tertiam: vel quartam vel mediam. per quantitatem temporis q̃ vt mille vel. c. annorum. quia ibi est certitudo de certa parte temporis purgatorij de media vel de tertia: hic autem de nulla. Et quia in talibus beneficijs spiritualibus homines sunt nimium conquirendi solertes. ⁊ ideo dicitur Luce. xvi. Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua ⁊c. Quinta consideratio est. qualiter indulgentie proficiunt. Dicitur ꝙ proficiũt eo modo quo penitentie hic iniuncte quando perficiuntur quia eo modo proficit alicui remissio debiti: quo proficit ip̃ius satisfactio. vt amplius illud debitum nunq̃ repetatur. vnde qui perficit penitentiam debitã facit satisfactionem. Et qui habet indulgentiam habet eiusdem debiti remissionem de quo dicitur in ps̃. Remitte mihi vt refrigerer priusq̃ abeam ⁊ amplius non ero. quia scilicet ista remissio fit in hac vita q̃uis profutura. Intelligendum est tamen ꝙ sacramentum penitentie cõtingit quadrupliciter terminari qđ subsequitur indulgentia peccatorum. Et p̃mo quãdo a sacerdote nulla iniungitur penitentia sicut christ⁹ dixit mulieri adultere Johã. viij. Vade ⁊ amplius noli peccare. Et illud contingit quãdo quis confitetur in puncto mortis. quia nullã potest in hoc mundo perficere penitentiam. Secundo quando a sacerdote imponitur maior penitentia q̃ debeat propter ignorantiam sacerdotis ponderantis quod nõ est ponderandum. sicut dicit de phariseis qui decimabant mentam ⁊ ciminum ⁊c. Tertio quando a sacerdote imponitur minor penitentia q̃ debeat vt ꝯtingit ꝓpter volũtatẽ penitẽtis. sicut illi q̃ alligãt onera g̃uia ⁊ digito suo. no. ea. mouere. Quarto qñ a sacerdote ĩponit pena adeq̃ta pctis ꝯfessis ⁊ illđ ꝯtingit ex discretiõe sacerdotis inter lepram ⁊ lepram discernentis sapienter vt habetur in lege Moysi ⁊ obedientia penitentis. Nunc ad propositum primo quãdo nulla datur penitentia tota indulgentia sequens respicit tantum penã purgatorij ⁊ sic ibi nõ habet auctoritatem ecclesia militans. cum pena nõ sit hic tremissa. nec ibi remitti põt. Secundo quando penitentia excederet: si illa per indulgentiam remittatur tunc cõstat ꝙ in purgatorio non repetitur. quia iam est superhabũdanter remissa. ⁊ si nõ remittetur non punietur quantuz est hic quia ibi est iudicium equissimum loquẽdo secundum proportionem. Tertio quando penitentia deficit: tunc illud qđ deficit supplebit in purgatorio quia semper curia superior est iusta ⁊ resecat superflua. ⁊ supplet diminuta in punitione: ꝫ ibi curia superior de tota indulgentia ⁊ de iniunctis penitentijs euacuabit quicquid ibi exigeretur de illis si non cõplerentur. de reliquo autẽ quod iniungi debuisset si non fuit hic iniũctum quõ erit hic remissum. ⁊ si hic non remittet quomodo ibi non exiget. Quarto quãdo penitentia est adequata culpe claruz est ꝙ si tota remittit hic legittime tunc nullo modo exigit. qꝛ debitum remissum a nullo iuste exigi potest. Et ideo scđm p̃missa vtilissimus modus adipiscendi indulgentiã ꝑ purgatorio eẽ videt vt vnusquisq̃ pniam sufficientem hic acceptet ⁊ post acceptã ꝑ indulgentiã redimeret. Et illđ sonat modus antiqu⁹ ꝯferẽdi indulgentiã de penitentijs sibi iniunctis.

Sexta ꝯsideratio c̃. a q̃bus ille ĩdulgẽtie ꝓficiũt. Dr̃ aũt ꝙ iste ĩdulgẽtie sũt vtiles qñ ꝯferunt ab illis q̃ ꝯferẽdi vl dãdi hñt auctoritatẽ aliter minime valẽt. Intelligendũ est tñ ꝙ in eccl̃ia fuerũt a p̃ncipio q̃ttuor ordines distincti. s. Prim⁹ incipiẽdo ab ĩfimis fuit ordo diaconoꝝ de

VI. cõsideratio

A

quo fuit beatus Stephanus cum alijs vi, de quibus habetur. act. vi. Secundus fuit presbyterorum, de quibus dixit christus. Luce. xxij. Hoc facite in meam cōmemorationem quando dedit eis potestatem conficiendi corpus suū. Tertius fuit episcoporum: quibus xps dixit Quodcunq; ligaueritis ꝛc. quia episcopi successerūt aplis. Quartus fuit sūmorum pontificum, quorum primus fuit beatus Petrus cui dictū fuit. Quodcunq; ligaueris ꝛc. Et illos quattuor ordines distinguit Dion. de angelica ierar. Primus aūt non facit ad propositum, qz nulla auctoritas absoluēdi atq; ligandi diaconibus est cōcessa nisi solis sacerdotib⁹ ministrare. Sed circa tres alios ordines ponūtur quattuor catholica documenta. B Et primus est q sicut sacerdotibus fuit collata auctoritas absoluendi a culpa quando fuit promulgatum sacramentum penitentie Johā. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ita auctoritas absoluendi a pena quādo dixit: Quorum retinueritis retēta erunt. vt fuit ostensum. Et confirmat qz maior potestas data ē eis. s. absolutio a culpa. vt patuit: tum quia potest obligare ad penā. z lex diuina est promptior ad absoluendum q̄ ad liganduz. Secundū est q sicut potestas absoluendi a culpa fuit sacerdotibus limitata. vt non possint nisi circa limitata petā absolvere: ita potestas absoluendi a pena q modum indulgentie fuit limitata per superiores. vt non possint per se indulgētias dare: ne forte vilescant z facilitas indulgētie sit occasio culpe. Unde nisi fuisset iure positiuo limitata illa potestas videret quilibet sacerdos posse absoluere: sic̄ summus ierarcha: qō est plus q̄ quecūq; indulgentia. Tertium est q talis indulgētia z potestas in episcopis non ē ligata. sed tamē determinata. vt nō possint simul nisi. xl. dies conferre qui potuissent alias sine determinatione. cum ita dixerit eis. s. qōcunq; ligaueritis ꝛc. in aplis. sicut in summo pontifice Petro. Quodcunq; ligaueris ꝛc. Quartum est q talis potestas est in summo pontifice indeterminata. qz sine termino fuit collata a xp̄o vt patuit. ita q nullus alius pōt euz limitare tanq̄ totius ecclesie pastorem. Jo. xxi. Et ideo potest plenam indulgentiam z determinatam sicut ei videtur quibuscunq; conferre capacibus.

Septima consideratio est. quib⁹ iste indulgentie proficiūt. Dicitur aūt q nō valent nisi illis qui sunt idonei ad ipas recipiendas: dicēte domino eis quibus cōcessa fuit hec auctoritas. Si fuerit ibi filius pacis requiescet super eū pax vra sinautem ad vos reuertetur. Intelligendum est tamen q quattuor impedimenta inueniunt ne indulgentie proficiant alicui. q̄tumcūq; recte fuerint date. VII. ꝯsideratio

Primum est defectus credendi. quando quis non habet fidem q talia p̄ficiāt quia dicit Augu. de doctrina xp̄iana primo q xp̄us dedit claues ecclesie. vt qui nō crederet in ea sibi dimitti peccata nō dimittant ei. z qui crederet indulgentiam perciperet. Secundū est defectus acceptandi. s. quando quis non est in diuina gratia. quia tunc est obligatus ad penam eternam circa quam nō cadit indulgentia: cuz sit irremissibilis quādiu est in mortali culpa. tūc em̄ nō valet idulgētia qz idulgētia sequitur culpe deletionē

Tertium est defectus cōmunicandi. quia quandocunq; est aliquis excōmunicatus pro eo q est ab ecclesia precisus non est capax indulgentie: cum nō sit in ecclesie gremio constitutus. z ideo sicut membrum mortuum non suscipit beneficium corporis: ita isti non recipiunt beneficia ecclesie. Quartuz est defectus confessionis z contritionis. quia quādo datur indulgentia vere penitentibus et confessis datur quia nisi vere quis peniteat z confiteatur indulgentiam non cōsequitur. in cuius figura ante peccatoz expiationem fiebat confessio omniū iniquitatum filiorum israel. Leu. xvi. Intelligendum est tamen q cōfessio peccatorum preuia cōmuniter videtur neces-

saria ad percipiēdum indulgentiam. q̄a nulla indulgentia habet locum de debito remittendo vbi debitum non est adiudicatum: ⁊ q̄ d̄ non constat deberi nō postulat̄ ad soluēdū remitti. Ista adiudicatio debiti in ecclesia non fit ante penitentie sacramentum. vnde ante ipsū nullus obligatur ad penam in hac vita. ergo nō cadit talis ecclesie remissio donec peccata fuerint per ecclesiam iudicata. Et ob hoc videtur dari indulgentia vere penitentibus ⁊ confessis ⁊c̄. Octaua cōsideratio est. quando proficiūt iste indulgentie. Dicitur autem q̄ proficiūt eo tempore cum homo potest mereri cuz propter opera meritoria semper assignētur. De quo tempore dicitur Johan. ix. Me autem oportet operari: opera eius qui misit me donec dies est. Et quia alio tempore talia non proficiunt. ideo sequitur. venit nox in qua nemo potest operari. ⁊c̄. Intelligendum est tamen q̄ circa istam consideratione occurrunt quattuor veritates quaꝝ. Prima est. q̄ tales indulgētie prosunt existentibus in hac vita. quia ipsi sunt in plena iurisdictione ecclesie. ⁊ ideo sicut ecclesia potest eos ad penam obligare: ita a pena absoluere. Secunda veritas est q̄ non prosunt existentibus in alio mundo. quia illi sunt extra iurisdictionem ecclesie. cuz sint extra terminos vie. vnde christus nō dedit potestatem ecclesie ligandi atq̄ soluendi nisi super terram. Tertia veritas est. q̄ prosunt ꝑ ista vita. quia per tales indulgentias remittitur penitentia quā hic perficere oporteret: sicut ex earuz forma. cum dentur ex iniunctis penitentijs. Quarta veritas est q̄ prosunt pro alia vita quando dantur existētibus in hac vita. quia illud quod est remissum legittime in curia inferiori. non pōt legittime exigi in curia superiori. Et cum dantur iste indulgentie: remittunt̄ pene debite in ecclesia existēte ab eo qui in ecclesia accepit plenitudinem potestatis. Sed ex istis veritatibus accipiūtur duo catholica documenta. Primum est q̄ nullus prelatus potest cōcedere indulgentias iam defunctis. quia nō sunt sub eius iurisdictione. Secundum est q̄ nullus potest lucrari indulgentiam ꝑ suis p̄decessoribus defūctis quia illi nō sunt sub auctoritate indulgentias conferentis. cuius signum est. quia circa mortuorum subsidia ecclesia non vtitur modo potestatis sed humilitate supplicationis. vt dicit beatus dionisius. Nona consideratio est vbi proficiunt iste indulgentie. Dicitur q̄ quattuor loca distinguit sacra scriptura vbi conueniunt merita ponderari. Primus locus est istius mundi de quo dicitur in ps̄. Statuisti in loco spacioso pedes meos. quia hic datur spacium ad bene operandum.

Secūdus locus est purgatorij de quo dicitur Job. xxviij. Auro locus eius in q̄ conflatur. quia ille non est nisi ad purgādum electos. Tertius locus est inferni. de quo deutero. xxxij. cap̄. dicitur: In loco horroris ⁊ vaste solitudinis in figura. quia licet ibi sint multi: tamen nō sūt aliquo ordine vel amicitia federati.

Quartus loc⁹ est paradisi. de q̄ Exo. xxxiij. Est locus apud me: cum domin⁹ voluit Moysi suam essentiam reuelare

Nunc autez ad propositum secundū illa quattuor loca hic ponūtur quattuor documenta. quoꝝ scilicet. Primū est q̄ iste indulgentie non prosunt existentibus in paradiso. quia vt patuit directe respiciunt penas. ibi autem nulla est pena. immo felicitas summa: non quin merita in actibus bonis quibus adiūgitur indulgentia ibi proficiant. quia indulgētie introitum illius felicitatis accelerāt. sed ex quo ibi sunt nulla talium indigēt pro quo statu dixit dominus Moysi: Ego ostendam tibi omne bonum. Secunduz est q̄ nihil prosunt existentibus in inferno. quia si ibi proficerent tantum possent multiplicari q̄ ipsi possent a penis liberari. Cuius oppositum dixit christus. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Non tamen videtur inconueniens si pro illo statu hic pro

VIII. ꝯsideratio

IX. cōsideratio

ficiant sicut pro statu purgatorij. quia si quis perficiat penitentiam pro peccatis preteritis z postea damnetur per peccatum superueniens: non punitur inferno pro peccatis preteritis. de quibus sufficientem penā portauit: sicut dicitur in ps. Deus non punit bis i id ipsum. ita eadē ratione si lucratus fuisset de illis penis indulgentias. vnde siquis post plenam indulgentiā peccaret vnico peccato quo damnaretur non puniretur in inferno nisi de illo secundum premissa zc. Tertium documentuz est q̄ iste indulgentie non proficiūt in purgatorio existentibꝫ quia pena que est eis limitata per superiorem iudicem non potest per inferiorē diminui vel tolli exquo quis moritur ad certam penam in purgatorio damnatur diuino iudicio z non humano. Et ideo videtur q̄ non possit ipsum a tali pena liberare quis sua auctoritate: nisi fuerit absolutus prius z tunc proficiunt p purgatorio z̄ non in purgatorio. Quartum documentum est q̄ indulgentie iste solum proficiunt in hoc mundo quia dātur secundum auctoritatem militantis ecclesie: que non est nisi in hoc mundo. nec eius auctoritas directe se extēdit ad aliud seculum nisi quantum in hoc mūdo remittitur vt fuit ostensum. Intelligenduz est tamen q̄ solet fieri questio Si princeps eccle militantis possit purgatorium totaliter euacuare. quia ibi videtur esse quedam portio militantis ecclesie. quia nō sunt in termino. Et illud non obstat quia non sunt in statu merendi aut demerendi. tum quia illud potest dupliciter intelligi. aut quantum ad penas de preterito iniunctas. z sic non videtur. quia ille sunt iniuncte auctoritate diuina z non tolluntur humana. aut q̄n tum ad iniungendas. z tunc posset diuinum iudicium preuenire soluēdo. ne deus iterato requirat qui dedit talem potestatem super terram vt si statueret. qui cunq̄ vltimo momento sue vite esset in statu gratie q̄ eo ipse consequatur plenā indulgentiam. tunc cum nullus descendat ad purgatorium nisi in gratia cōstitutus z tunc hic esset plenarie absolutus z sic nunq̄ vllus descenderet ad purgatorium sed confestim euolaret quod est mirum. licet appareat verum ex dicto christi assumptio scilicet Quodcunq̄ ligaueris zc. Decima consideratio est quare iste indulgentie proficiunt. Dicit autem q̄ proficiunt secundū qō est ordinatum a deo ad supportandam humanam fragilitatem z infirmitatem z ad declarandam diuinam benignitatez. de quibus dicitur sapi. xi. Misereris omnium. quoniam omnia potes. Et iterum. Parcis omnibus. quia tua sunt omnia qui amas animas. Intelligenduz est tamen q̄ circa istam considerationez occurrunt quattuor documenta quorum p̄mum est q̄ tales indulgentie non proficiunt quando dantur pro rebus illicitis vt si quis daret indulgentiam euntibus ad iniustum bellum aut ad inhonestuz lucrum vel locum. immo nocent tam cōferenti q̄ suscipienti peccantibus mortaliter z committentibus sacrilegium. qa sacra auctoritas a christo collata applicatur licitis z nō illicitis Vñ. ij. cor. xiij dicit apostolus q̄ potestatem dederat ei dominus non ad destructionem fidelium sed ad edificationem. Secundum est q̄ tales indulgentie proficiunt quando dantur pro bonis operibus: vt pro peregrinatiōe vel pro elemosynis. quia cui licitum est remittere penas: luciuz est recipere satisfactionem quantumcunq̄ paruam. z ideo cū ibi fiat aliqua satisfactio proficit plusq̄ si fieret nulla. quia in tali bono opere non solum remittitur pena: sed augetur gloria. Tertiuz documētus est: q̄ tales indulgentie de bonis meritorijs non proficiunt secundum excessum talis meriti. vnde quandocunq̄ datur maior indulgentia pro minori merito non proficit ad diminuendam penaz per modum talem ex merito operis: sed auctoritate dantis z per idem tunc prosunt minus bonis sicut magis bonis. Quartum est q̄ iste indulgentie profi-

Que/stio

X. consideratio

ciunt absolute date: quãuis non sint ali/
cui bono operi adiuncte. quia habẽs ple
nam potestatem in cõmmunitate potest
ibi debitum sine aliqua solutione relaxa
re sicut quodcunq; preciuz recipere. alio
quin indulgentie date in mortis articu/
lo non valerent ꝛc̃. Sed remanet du/
bium ex premissis. quia sicut penitentia
de preteritis peccatis mortalibus facta
in statu culpe secundum aliquos profi/
cit. ita videtur ꝙ indulgentia que datur
ad remissionem talis pene in tali statu
possit proficere si daretur absolute pro q̊
cunq; statu ab ecclesia que non soluz bo
nis sed etiam malis multiplicia benefi/
cia prestat scd̃um illud quod dicit̃. Qui
solem suum facit oriri super bonos ꝛ ma
los ꝛc̃. Qui nobis concedat hic in pñti
gratiam: ꝛ in futuro gloriam. Amen.

In festo assumptionis marie
virginis. Sermo. I.

Leuata ẽ magni/
ficentia tua super celos ꝛc̃. ps̃
viij. Quia magnificentia re/
gia consistit in larga distributione dono
rum. ꝛ dona supernaturalia fuerũt a re/
ge reguz virgini marie largissime distri
buta: iccirco cõuenienter dicitur de ipsa
magnificentia diuina ꝙ eleuata est ꝛc̃.
Et scd̃m hoc huiusmodi magnificentie
assumptio ipsius marie virginis dupli/
citer describitur in his verbis. Primo
quantuz ad solium in quo fuit inchoata
cum premittitur: Eleuata scilicet de val
le huius miserie. omne eniz qd̃ eleuatur
in imo stetit. Secundo quantum ad
terminum ad quem fuit exaltata. cuz se/
quitur super celos ꝛc̃. De quibus duob;
dicitur Job. ij. Ad preceptum tuum ele
uabitur aquila. i. mater domini propter
sublimitatem sui volatus quantum ad
primum. Et ponet in arduis nidum su/
um. i. in sublimitatibus celorum quan/
tum ad secundum. Circa primum est
intelligendum ꝙ cuz dicitur eleuata est
Ista eleuatio fuit primo in statu patriar
charum subtillter figurata per illũ ascẽ/
sum quando ascendit abraham de egy/
pto cũ sara sponsa sua: ꝛ venit ad terraz
ꝓmissiõis i loco vbi prius fixerat taber/
naculũ. Iste abraam q̃ dictus fuit pater
multaꝝ gentium ꝛ significat xp̃m a quo
om̃es gentes regenerationis gr̃am acce
perunt scd̃m illud Joh. Nisi quis rena/
tus fuerit ex aqua ꝛc̃. Iste ascẽdit de egy
pto huius seculi cum sara sponsa que fi/
gurat matrem domini. tum qꝛ sicut illa
concepit angelo nũciante ꝛ sic maria. tũ
qꝛ cum esset sterilis vt habet̃ in geñ. ꝯce/
pit virtute spiritussctĩ. tum qꝛ genuit fi/
lium quẽ pater eius duxit ad imolandũ
Cum illa sara. i. cũ virgine matre nostra
xp̃us ascendit. quando ipsam in celuz as
sumpsit vbi est terra ꝓmissionis vbi pri⁹
erat tabernaculũ. qꝛ a mũdi cõstitutione
p̃parauit dignissimũ habitaculũ matri
sue iuxta illud io. In domo patris mei
mansiones multe sunt. Scd̃o in statu
põtificũ spiritualiter signata numeri. ij.
vbi dicitur. Eleuabit̃ tabernaculũ testi/
monij per officia leuitaꝝ quando filij is/
rael per desertũ venerunt ad terram pro
missionis. Istud tabernaculũ erat si/
militudo matris domini. tum sicut in il
lo repositũ erat sancta sanctoꝝ: sic in vir/
gine erat repositũ scd̃m Danielẽ ille qui
est sanctussctõꝝ. tum qꝛ sicut in illo erat
archa federis: sic in virgine humanitas
xp̃i in qua humana natura fuit ineffabi
liter cõfederata. Illud tabernaculuz ele/
uauerunt leuite. i. angeli qui tabernacu
lo celesti deseruiũt in sua assumptiõe iu/
xta illud. Sanctificati sũt ergo sacerdo/
tes ꝛ leuite. Tertio fuit in statu regũ
ardẽter desiderata. vñ d̃d̃ clamat. Sur/
ge dñe in requiẽ tuã tu ꝛ archa sanctifi/
catiõis tue ꝛc̃. Ista archa est mat̃ dñi
de q̃ dicit̃ apoca. xi. Uisa est archa testa/
mẽti eius in tẽplo ei⁹. Ista surrexit in re/
quiẽ dñi qñ assũpta est ad dexterã filij vñ
dr̃. in can. Ueni de libano soror mea spõ/
sa. i. de statu inocẽtie in q̊ stetit i hac vita
Coronaberis. s. corona aurea ꝓpter scti/
tatẽ. qꝛ illa debet̃ oib; sctis i apoc. Coro/
na aureola ꝓpter virgitatẽ vbi eius per/

sona figurak in tabula de lignis sethim imputribilibus que habebant aureolā ꝛc. Corona lapidea in eius martyrio cuius animam gladius pertransiuit. Corona stellea propter doctrine veritatem quia eam de mysterio verbi informauit vt luce ꝛ Joh. i. secūm Hieronymum. De qua corona dicitur Dan. xij. Qui ad iusticiā eruditi plurimos. Quarto fuit in statu prophetarum certitudinaliter prenunciata. ysa. iij. Leuabit dominus signum ꝛ congregabit profugos israel. Istud signum, prenunciabat matrem domini. quia illud signum fuit in syon sublimatum vt dicit ysa. sic mater domini fuit sublimata in ciuitate speculationis diuine. fuit etiam ad gentes exaltatum. sic mater domini ad agilitatez gentium est assumpta. Fuit super montē caliginosum vt dicit ysa: sic mater domini est assumpta ad terrendos demones illius montis habitatores. Et quando hoc signum fuit eleuatum per assumptionem congregati sunt profugi. qz peccatores sunt deo reconciliati iuxta illō eze chielis. xi. Congregabo vos de nationibus ꝛc. Circa secundum principale est intelligenduz. qꝫ sicut potest colligi ex dictis beati ambrosij in exameron. cum dictis ceterorum doctorum. xij. sunt celi distincti virtute diuina mirifice fabricati.

B Quorum primum dicitur celum aereuz. ꝛ supra illud fuit mater domini eleuata per virtutem humilitatis. sicut em̄ hoc celuz est ceteris infimius: sic virtus humilitatis fecit matrem domini ancillam se dicere cum esset domina. vnde dixit Luce. j. Respexit humilitatem ancille sue. ꝛ iterum. Ecce ancilla domini.

Secundum est celum olympicum de natura ignis supō qō fuit scilicet eleuata per virtutem liberalitatis: sicut enim illud celum consumit terrestria in corpora subtilia conuertendo: sic liberalitas consumit temporalia in spiritualia commutando. Hac virtute floruit mater domini. quia illas oblationes trium magorum statiz pauperibus pie creditur erogasse. iuxta consilium filij di. Omni petenti te tribue. Tertium est celum lune supra quod fuit hodie eleuata per virtutem virginitatis. sicut enim luna propter suam influentiam frigidam extinguit inordinatum calorē: sic virginitas omne incendium carnalitatis. ideo virgo in cant. dicitur pulchra vt luna ꝛc.

Quartum est celū mercurij supra qō fuit eleuata per virtutem patientie. sicut enim mercurius dominatur aquis secūdum ptolomeuz: sic virtus patientie tribulationibus ipsas scilicet vincendo. de quibus in ps̄. Assumpsit me de aquis multis. Hāc habuit mater domini q̄ndo fuit de regno iudeorum fugata: vnde regredi non est dedignata propter salutem eorum. vt habek in Bar. Quintum est celum veneris supra qō fuit eleuata per virtutem charitatis. sicut enim venus causat amicitiam sic charitas est amicicia pura ꝛ amicitie causa. Hanc charitatem habuit mater domini vltra omnem puram creaturam. ideo de ea dicitur in cant. Aque multe non potuerūt extinguere charitatem. Sextum est celum solis supra quod fuit eleuata per virtutem sapientie. sicut enim sol illuminat ad videndum sensibilia. sic sapiētia illustrat ad cognoscenduz intelligibilia Hanc sapientiaz habuit mater domini quia conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. vt patet in Luca. de supercelestibus. Septimum est celuz martis: supra qō fuit eleuata per virtutem magnanimitatis Mars enim iducit ad actum fortitudinis quam habuit mater domini in tempore passionis duz apostolis fugientibus ipsa iuxta crucez remansit. ꝛ tunc fides nostra dicitur in ipsa sola matre dñi remansisse. Octauū est celum iouis supra quod fuit eleuata per virtutem temperantie. quia sicut iupiter est in qualitate temperatissim⁹ sic mater domini fuit in sensibus temperatissima. quia summe intellectualibus dedita. vnde de ipsa dicitur in luca. Maria optimam partez elegit que ꝛc. Ho

num est celum saturni: supra quod fuit eleuata per virtutem paupertatis. sicut enim saturnus est maliuolus omnibus istis inferioribus. sic mater domini pvir tutem paupertatis omnia ista inferiora contempsit. vnde filium pannis inuolu tum in presepio reclinauit. quia nō erat ei locus in diuersorio. Decimum est celum firmamenti supra quod fuit eleuata per virtutem misericordie. sicut em̄ hoc celum habet influentiam generalez ad omnia inferiora: sic mater domini per suam misericordiam influit tam iu stis q̄ peccatoribus remedia. vnde i ps. xxxij. Misericordia domi plena est ter ra illa. scilicet de qua dicit in ps. lxxxiij. Benedixisti domine terram tuam. Et ysa. Aperiatur terra ꝛc̄. Undecimum est celum cristallinuz supra quod fuit ex altata per virtutem perseuerantie. mo tus enim illius celi est summe diutur nus secundum ptolomeuz. sic mater do mini. quia sola ab instanti sue natiuitatis vsq̄ ad finem preter filium fuit sine peccato. Ideo dicitur in actibus q̄ apo stoli erant perseuerantes cuz maria ma tre iesu. licet non tantum ipsi quantum ipsa. Duodecimum est celum empir reum supra quod fuit eleuata per virtu tem beatitudinis ⁊ glorie. quia sicut hoc celum est maius in gloria seculi huius omni alio celorum. sic maior est felicitas virginis q̄ omnium aliorum sanctorum. vnde mulieri dicēti christo Luce. xi. Be atus venter qui te por. ꝛc̄. Christus con firmauit dicens: Quinimo beati q̄ ꝛc̄. Qui autem super omnes ascenderit pro batur. quia ascendens sedet ad dexteraz filij. De quo dicit apostolus q̄ ascendit super omnes celos vt adimpleret omia. ꝛc̄ Circa illud vltimum celum est in telligendum q̄ in ipso sunt. xij. mansio nes. Et primo est eleuata supra primaz in qua sunt sancti sine suis propijs me ritis: sed merito passiōis christi. Et ma ter domini plus habuit de meritis q̄ ali qua creatura. ideo dicitur gratia plena.

Secundo eleuata est supra secundaz que est angelorum ⁊ sanctorum ad illuz ordinem assumptorum. quia isti mittun tur ab archangelis. quod non decet vir gine cū dignior sit. Tertio supra ter tiam que est archangelorum ⁊ sanctorū quia isti per virtutem perficiuntur qui bus sacra virgo est perfectior in donis spiritualibus ⁊ alijs. Quarto supra quartam que est virtutuz. quia virtutes reguntur a principatibus mater autem domini per neminem regitur: cum ipsa sit regina omnium. Quinto supᵒ quin tam que est principatuum. quia princi patus conferuntur per potestates sic p̄n cipantes firmius diuinas illuminatio nes retipiunt. Mater autem christi fuit plusq̄ in gratia confirmata. Sexto supra sextam que est potestatum. q̄a isti sunt subiecti dominationibus. Mater autem domini nulli debuit esse subiecta quia nobilior est in gratia. Septimo supra septimam que est dominationum quia dominationes thronorum iudicijs regulantur: Mater autem domini a ne mine regulatur. quia ipsa est prima re gula morum. Octauo supra octauaz que est thronorum. quia isti cherubin il lustrantur. Mater autem domini plus fuit sapientia plena ipsis: cum ipsam to tam conceperit sapientiam scilicet chri stum. Nono supra nonam que est che rubin. quia isti a seraphin inflammun tur. Mater autem domini plus habuit de charitate q̄ seraphin pro quanto fuit plus deo cōiuncta. Decimo supra de cimam que est seraphin quia maior fuit virginis humilitas q̄ superbia luciferi qui ab huiusmodi sublimitate ordinis corruit. vnde virtutis bonū excedit pec cati malum ſm beatum dionysium.

Undecimo supra vndecimam que est ierarchie supercelestis in qua beatus di onysius ponit solas personas diuinas. Et ideo ad hanc non ascendit nisi chri stus ad cuius dexteram est mater sed nō equaliter. Et ideo cum non ascenderit ad duodecimam nec remanserit in deci ma. oportet q̄ ponatur in vndecima mā

sione. Iste duodecim mansiones figurate sunt in apoc. per duodecim fundamenta ciuitatis hierusalem ex.xij. ordinibus lapidum preciosorum. vbi vndecimũ fundamentũ erat iacinct⁹ q̃ est coloris celestis designatus per virginitatem ꝓpter celi incorruptibilitatẽ. Quaz vndecimam mansionem possidet virgo benedicta in patria. Cuius meritis gratiam meremaur in presenti ⁊ in futuro gloriam. Amen.

De eadem. Sermo.II.

D preceptuz tuũ eleuabitur aquila ⁊ ponet in arduis nidũ suuz Job.xxxix. cap̃. Quia ꝑm hieronymum mater dñi in sua assumptione fuit super omnes alios sanctos exaltata: sicut super omnes alias aues volat aquila iccirco ad declarationem prefate festiuitatis conuenienter verbum propositum est assumptum. In quo quidez verbo dei genitrix duplicirer introducitur cõmendãda. ⁊ scilicet Primo vt a terrenis infimitatibus exaltata cum premittitur. Ad preceptum tuum ele. aquila. Secundo vt in celestibus sublimitatibus collocata. cum sequitur. Et ponet in arduis ⁊c̃. i. in summis sublimitatib⁹ que sunt difficiles ad ascendendum De quibus duabus solẽnitatibus inducitur illud ps̃: Eleuata est magnificentia tua quantum ad primum. Super celos quantum ad scd̃m. Dicitur enim mater domini magnificentia dei quia suorum donorum deus magnitudinem maxime in ea demõstrauit. Magnificentia em̃ consistit in sumptuum magnitudine. Quia igitur de eleuatiõe sancte dei genitricis est ista solennitas: iccirco circa ipsam duodecim

I. q̃stio questiones formantur quarũ. Prima questio est. quid est eleuatio. Et dicitur ꝙ eleuatio est alicuius trãslatio de loco inferiori ad locũ superiorẽ sicut dicit eleuata gl̃ia dñi in ezechiele sup̃ terraz. Sz illa trãslatio quandoqz fit virtute ꝓpria sicut in xp̃i ascensione. aliquando virtute aliena. vt in virginis assumptione. iõ prima dicit ascẽsio. scd̃a dicit assumptio Ideo de ista ꝑa assumptiõe inducit illd̃ p̃sagiũ qd̃ habet geñ. vij. vbi dicit ꝙ aq̃ eleuauerunt archam in sublime a terra. Ista aũt archa fuit mater dñi bñdicta qz sicut in illa fuit recondita. s. omniũ viuentiũ esca: sic in ꝟginis vt̃o fuit p̃paratus cibus omniũ existentiũ in gratia xp̃i q̃ de seipso ait io. vi. Caro mea vere est cibus. Et sicut per archam fuit totus mũdus a naufragio liberatus in diluuio: sic per virginem cognoscitur saluatus a finali incendio. Istam archaz eleuauerũt aque in sublime in sua assumptiõe. i. ꝓpl̃i celestis ierarchie. qz aque multe populi multi sunt vt dicit in apoc. Sed quedaz istarum aquarum istam archam sic eleuantium ascenderũt de abysso: quedam de celo teste scriptura. qz non solum illi q̃ in ascensione exierũt obuiam xp̃o: sed illi qui ascenderunt cum eo de inferno virginem eleuauerunt in sublime ⁊c̃. Secunda questio. Si mater dñi fuit eleuata. Et dicit ꝙ nullus fidelis dubitat de hoc. vt patet ex p̃ñti solẽnitate. ⁊ ꝯfirmat ista veritas ex quadruplici testimonio sacre scripture. quoꝝ Primum est can. iij. vbi sapiens preuidens illam eleuationem querit in ꝑsona angeloꝝ quasi adiuuantium ⁊ dicentium. Que est ista q̃ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris. Sicut em̃ virgula talis fumi sine violentia ascẽdit ad regionem ignis sicut ad ꝓprium locum: sic mater domini eleuabatur ad celum empirreum qd̃ propter eius splẽdorem maximum dicitur igneuz: tanq̃ ad locum sue sanctitati maxime cõsonũ.

II. questio A

Scd̃m est cañ. v. vbi dicitur. Que est ista que ꝓgredit quasi aurora cõsurgẽs pulchra vt luna ⁊c̃. Dicit em̃ in sua assũptione quasi aurora. qz cũ per ip̃am tota celestis curia illuminet scd̃m diony. de angelica ierarchia. principiuz illius claritatis fuit in eius assumptiõe tanq̃ aurora. Est aũt pulchra vt luna. qz totã suã claritatez recipit a sole iusticie. Sed est

electa vt sol. qꝛ similata xp̄o. Sed terribilis vt castroꝝ acies ordinata hostibus qꝛ iccirco fuit translata vt eius precibus a fidelibus superent̄. Tertiū est cant. vij. vbi dicit̄. Que est ista q̄ ascendit de deserto delitijs affluens innixa sup̄ dilectum suū. qꝛ beata virgo ascendens de h̄ mūdo deserto innixa sup̄ xp̄m fuit glorificata anteq̄ꝫ assumpta. ⁊ ideo delitijs affluens. Quartū est apoc. xij. vbi dicit̄. Signum magnū apparuit in celo mlier amicta sole. qꝛ virgo imediate tūc iuxta solez diuinitatis fuit collocata Et luna sub pedibus eius. Ita vt tota ierarchia celestis a sole iusticie sit illustrata. Et in capite eius corona stellarū. xij. i. duodecim felicitatib⁹ quas tūc mater dñi acq̄siuit: quas enumerat beatus ansel. de si-
III. questio militudinibus. Tertia questio est. q̄liter mater dñi fuit eleuata. Dicit̄ q̄ int̄ ceteras similitudies fuit eleuata ad modū aquile quadrupliciter. Et primo. q̄a sicut aquila eleuata dicit̄ respicere solez irreuerberatis oculis sup̄ om̄ia anialia ita mater dñi sola in celū assumpta respicit diuinitatē quantū a pura creatura ē
B visibilis ⁊ plus. Scd̄o qꝛ sicut aquila tm̄ ascendit donec calorē solis pōt sustinere: sic mater dñi tm̄ fuit glorificata donec plus cape non potuit. ⁊ ideo sic sola fuit gratia plena. Tertio qꝛ sicut aq̄la euolans collocat nidū suū in arduo loco vt nullus adire possit: vt patuit in verbo thematis: sic mater dñi collocauit nidū mā̄sionis sue in tam arduo loco vt nulla pura creatura ad ip̄m vnq̄ꝫ ascēdere potuerit. teste btō Hiero. Quarto q̄ sic aq̄la dicit̄ euolare vsq̄ꝫ sup̄ tertiū interstitiū appropinquās vsq̄ꝫ ad ignē: sic mater dñi vsq̄ꝫ ad tertiā ierarchiā ad ignez deitatis fuit approximata. Jō dicit sapi. prouer. iij. q̄ difficilis est via. s. aq̄le in celo. i. in aere. qꝛ inaccessibilis est virginis altitudo in loco vbi collocata dicit̄. s. ad
III. q̄stio dexterā filij. Quarta questio est si ista eleuatio fuit in sacra scriptura figurata Et dicit̄ q̄ sic q̄druplici figura. Et p̄ma fuit de fōte p̄adisi. Scd̄a de nube tabernaculi. de q̄ dicit̄ nūeri. x. Tertia fuit de archa testamēti. i. paralip. xv. ca.

Quarta fuit de virga Moysi. exod. xiiij. Istas figuras require in sermōe sequenti qui incipit. Erit i nouissimis diebus. ⁊ sunt prime quattuor figure ibi posite. Quinta questio est. Si ista eleuatio fuit in sacra scriprura p̄nūciata. Et dicit̄ q̄ sic: vt q̄druplici testimonio declaratur. ⁊ Primo fuit a sctis desiderata. vñ ait ps̄. Surge dñe in requiē tuā tu ⁊ archa sanctificationis tue. Dicit̄ aūt domina archa sctificatiōis dīne. qꝛ p̄ eius inhitationē fuit. ij. plene sctificata. Secundo fuit a p̄phetis p̄nunciata. vñ ys. ij. Erit in nouissimis dieb⁹ p̄paratus mōs domus dñi. i. mater eius i qua fuit edificata huminatas xp̄i q̄ est templū diuinitatis scd̄m apl̄z in vertice mōtiū. i. angeloꝝ iuxta illud ps̄. Montes. i. angeli in circuitu eius ⁊ eleuabitur super omnes colles id est sanctos ⁊ fluent ad euz omnes gentes propter vniuersale refugium matris christi. Tertio fuit a videntibus enarrata. vnde ys. xi. Leuabit dominus signum i nationib⁹ ⁊ congregabit p̄ fugos israel. Illud signum fuit virgo benedicta: in cuius anima tanq̄ꝫ in vexillo fuerunt omnia insignia regis altissimi picta. Quarto fuit regibus assimilata vt patet iij. R. ij. de ingressu bersabee ad regem salomonem. Sexta questio est quo tempore fuit mater domini exaltata. Dicendum quod in. l. anno pretermittendo quattuor annos infantie quibus viuitur sine vsu rationis communiter. quia. xij. anno vt referunt historie fuit ei angelus missus ⁊ trigita tribus annis vixit cum christo ⁊ nouez annis post passionem. ⁊ sic in summa si infantia nō numeretur erunt anni. l. Iste annus dicitur iubileus. a summa leticia: a quo quidem anno fuerunt quattuor priuilegia populo fidelium collata. quorum

Primum est quia in eo iugis festiuitas celebrabatur cum sonitu tubaruz q̄rum vsus erat in iubileo. Scd̄um est qꝛ debita remittebant̄. Tertiū est q̄a

V. q̄stio

E

VI. questio

hereditates recuperabantur. Quartum est. quia libertates reddebātur eis qui in seruitute fuerant: sic in tempore scilicet virginalis assumptionis.

ter. q̄lis veritas corruit in plateis. Cor
ruit em̄ scꝫ ꝟitas dotata ꝑuilegijs. veri
tas magnificata p̄conijs. ꝟitas cumula
ta meritis. talis em̄ ꝟitas corruit hodie
in plateis. Siquidē huiꝰ hois. s. ex ꝑui
legijs erat ꝟitas seu doctrina tenēda. ex
p̄conijs libenter audienda ⁊ credēda. ex
meritis ꝟo diligēda ⁊ suscipiēda. vide
mus autez contrariū accidisse q̄n ꝑuile
gia facta sunt in conculcationē. p̄conia
in obliuionē. ⁊ merita in despectionem
Corruit ergo ꝑmo veritas dotata ꝑuile
gijs. habuit em̄ iste veritatis predicator
quattuor ꝑuilegia sup alios hoīes. s. an
gelice annūciatiōis. mirabilis concepti
onis. copiose sctificationis. solennis na
tionis. Primū ergo fuit priuilegium
angelice annūciationis. de quo Luce. i.
vbi dicit ꝙ ab eodem angelo nunciatus
est Johannes a quo ⁊ xp̄s. s. a gabriele. ⁊
sicut dicit Bern̄. plus habet in hac par
te q̄ꝫ christus. scilicet locū securiorē. tem
F pus sanctius. miraculū apertius. Pri
mo in loco securiori fuit Johannes an
nunciatus. quia christus in thalamo et
iohannes in templo intra sanctasancto
rum. Secundo tempe sanctiori fuit
annūciatus. quia iohannes in solennissi
mo festo. s. diuine ꝓpitiationis: quando
solus pontifex semel in anno ingredie
batur in sanctasanctoꝝ. et omnis popu
lus currebat ad templum. Tertio fu
it annunciatus miraculo apertiori. quia
cum Zacharias de verbo angeli dubita
ret est factus mutus vsq̄ in diem q̄ hec
omnia complerentur. Secundū pri
uilegium fuit mirabilis conceptionis.
erat enim in matre naturalis sterilitas:
⁊ tam in patre q̄ꝫ in matre tum virtutis
longeuitas propter quod filium habe
re non poterant propter impedimen
tum nature. Et hec duo impedimenta
tangit euangelista cum dicit Luce pri
mo capl̄o. Non erat eis filius eo ꝙ Eli
sabeth sterilis erat. et processissent in di
ebus suis ambo. et tamen potentia gene
randi in vtroq̄ erat mortua et in vtroq̄
diuina misericordia reuiuiscit. miracu
lose ergo conceptus fuit non tamen tam
excellenti miraculo sicut christus. quia
vt dicit Anshelmus. aliud est naturam
vel etatem aliquo vicio debilitatam sa
nare et ad opus suū reuocare: quod fecit
in Elisabeth. aliud inauditam et inco
gnitam penitus virtutem narure cōfer
re: quod fecit dominus in maria vt de
um conciperet et hominez sine virili se
mine generaret. in hoc ergo plus habu
it christus. Tertiuz priuilegium fuit
copiose sanctificationis. de quo dicit an
gelus Luce primo. Spiritu sancto ad
huc replebitur ex vtero matris sue ⁊c.
Signanter autem dicit replebitur nō
sanctificabitur. vt intelligatur in hac re
pletione non soluz a culpa originali pur
gatus: sꝫ insuper copiosa gratia super
fusus. Factum est hoc in momento salu
tationis qua virgo salutauit Elisabeth
Luce primo. Ecce vt facta est vox salu
tationis tue in auribus meis exultauit
in gaudio īfans in vtero meo. Quar
tum priuilegium fuit solennis natiuita
tis de qua dictū est. Et in natiuitate eiꝰ
multi gaudebunt. Fuit autem solennis
sima natiuitas illa tam p̄sentia regine

q̃ regis z gaudio totius cognatiõis. Regia id est beata virgo p̃sens erat et insistebat obsequio parentis. Jesus aũt rex p̃sens erat in utero virginis obsequẽtis Tandem audierunt vicini et cognati quia magnificauit dominꝰ misericordiam suam cum illa et cõgratulabant ei. Reuera ex tantis priuilegijs debuit esse veritas huius hominis veneranda. s. herodi. sed quantũcunq; fuerit priuilegiata: tamen hodie corruit veritas in plateis. Facta sunt ergo ꝓuilegia in conculcationẽ. Vnde impletum est in eo illud Dañ. In tempe illo pternetur veritas i terram: patet ergo quomõ singula priuilegia facta sunt in conculcationẽ. Nam bonus angelus nunciauit: malus interfici persuasit: fuit em̃ mirabiliter conceptus: fuit miserabiliter decollatus. per gratiaz sanctificantẽ connexus est z cõiunctus capiti spirituali: sed hoc priuatus est capite materiali. In natiuitate eius multi gaudebunt: z in morte eius multi lugebunt quando corruit veritas in plateis z equitas non potuit ingredi. Item corruit veritas magnificata ꝓconijs laudum: ex quibus sua doctrina et veritas erat libenter audienda z credẽda. Inuenik aũtẽ sanctus iste in scriptura multa habere preconia z hoc sumpta similitudine in qualibet differentia creaturarũ. quod patet sic. Inter naturas pure corporales excedit ignea vel luminosa natura: inter naturas pure spirituales excedit natura angelica: inter naturas compositas ex vtraq; excedit humana: inter naturas hominis boies prerogatiua cognitionis excellit prophẽta.

Vocat aũt scriptura iohannẽ. Primo .s. ignem ardentem z lucentem. et hoc pter zelum rectitudinis Johannis. v. Ille erat lucerna ardens z lucens. Ardens interius p dilectionẽ z lucens exterius p ꝓdicationẽ. Ardere sctm̃ est: lucere vanũ: ardere z lucere pfectũ. vel sic oportet em̃ om̃e celũ inflãmari charitate: sed discretum veritatis luce. Vocat scdo ipm̃ boiem per affectũ mansuetudinis Joh. i. Fuit homo missus a deo Homo aũt est aial mãsuetũ a natura vt dicit phus. natura em̃ habet arma vl ad impugnandũ vel ad repugnandũ. non cornibus supbie: non calcibꝰ violẽtie: nõ dentibus crudelitatis: non vnguibꝰ rapacitatis: nõ veneno malignitatis talis fuit Johãnes. vnde sup eius mansuetudinẽ dñs suspirans ait. Helyas iam venit z fecerunt in eo quecunq; voluerunt Math. xvij. Vocat tertio eũ pphetã z hoc pter excellẽtiã cognationis Lu. primo. Tu puer pphета altissimi vocaberis. Et dñs addidit q ipe erat pphета z plusq̃ pphета. que em̃ pphete a remotis viderunt: ipe digito demõstrauit

Vocat quarto angelũ. z hoc pt mũditiam angelice puritatis seu pter officiũ legationis Malachie. iij. Ecce ego mitto angelũ meũ zc. Veritas g̃ doctrine iohannis non solũ ex priuilegijs erat veneranda: sed ex preconijs tanta laudum libenter audienda z credenda. sed sicut priuilegia sunt facta in conculcationẽ. ita preconia sunt facta in obliuionem: vnde impletũ est in eo illud Esa. lix. Facta est veritas in obliuionem. z q̃ recessit a malo prede patuit. Venerunt em̃ singula preconia in obliuionẽ: lucerna per extinctionem: homo mansuetꝰ p oppressionez: pphета per inhonorationẽ angelus per minorationẽ iuxta illõ ps. Minuisti eum paulominus ab angelis id est predicatoribꝰ. scõm q ipe dixit de se Joh. iij. Illum oportet crescere me aũtẽ minui. Johãnes aũtẽ minutus est in capite. z christꝰ creuit in cruce zc.

Tertio veritas corruit cumulata meritis. Non em̃ solum habuit priuilegia gratiaz z preconia laudum. sed etiã dines fuit meritis opum: z hoc patet i omni differentia ordinũ. Sunt em̃ quattuor ordines in ecclesia. s. Confessoꝝ. Virginum. Apostoloꝝ. et martyꝝ. Inter confessores nullus prior in victu. asperior in vestitu. nullꝰ secretior i in colatu. z talia pertinent ad cõfessores. s. pcitas victus zc. De victu Johannis habes Jo-

hannis. viij. ꝙ esca eius erat locusta et mel siluestre non coctum vel saporosum balneatū. De vestitu simil̄r ꝙ erat vestitus de pilis camelorum. De incolatu ꝙ erat in deserto. Et si queras quāto tempore hanc penitentiā fecerit. Scire debes ꝙ q̄nquennis intrauit heremum. et xxv. annis extitit heremita in deserto.

Inter virgines nullus virginior bea. Jo. Totā cōspice sectā nazareoꝝ. nullū floridiorem inuenies. fuit em̄ sollicitissimus talem custodire thesauꝝ: ideo sibi cura fuit fugere lenocinia sēsuuz: spectacula vanitatū ne leui saltez maculare vitam famine posset vt in hymno canitur ꝓpter qd̄ fuit dign⁹ xp̄m baptisare ⁊ mūdum beatis manib⁹ cōtrectare. Inter apostolos diues in meritis. nam cū apostoli seruierint xp̄o in acq̄sitione populoꝝ. Johannes non solū in hoc: sed etiā ip̄oꝝ apostoloꝝ. ipse nanq̄ suos apostolos discipl̄os Petrū. s. ⁊ Andreā ⁊ Philippū ad ih̄m misit: ⁊ illi inherere docuit. Missus g̊ fuit Johes apte ante parare dño viā ꝑfectā intranti eccl̄iam apostoloꝝ. nec aperte potest parare domino viam mundum intranti Inter martyres em̄ hodie locū inuenit: ita vt alij dicant̄ martyres fidei: hic vero castitatis. qꝛ ꝑ castitate iussus est martyr: ideo cantat eccl̄ia de eo. Prepotens martyr ⁊c̄.

Erat ergo veritas doctrine Johānis ex ex meritis diligēda ⁊ suscipiēda. sz sicut ꝑuilegia in cōculcationē. p̄conia in obliuionē. ita merita facta sunt hodie in despectionē. Erat em̄ Herodes vn⁹ ex illis ad Ro. ij. Qui ñ acq̄escūt ꝟitati: credūt aūt iniq̄tati. Despecta g̊ fuerunt in ꝯfessore merita pnīe in ꝟgīe merita inocētie in apl̄o merita iusticie ⁊ ī martyre merita ꝑseuerātie oꝑum: ⁊ sic hodie corruit veritas in plateis. s. veritas dotata ꝑuilegijs gr̄arum: magnificata p̄conijs laudum: cumulata meritis ꝓtectionuz. Moraliter aūt hēmus in hoc spectaculo. q̄d imitemur. q̄d detestemur. In Johanne imitemur cōstantiā annūciandi veritatē. In herode detestemur impugnādi maliciā: sed in cetu ꝑncipū qui aderant negligentiam defensandi veritatē.

Moraliter.

Quātū ad ꝑmū ē notādū: ꝙ ꝟitas ꝯstāter ē p̄dicāda: ⁊ h̄ ꝓpt̄ q̄tuor rōes. Pr̄ia qꝛ ꝟitatꝫ ꝑiculosa ē abscōsio. Scd̄o qꝛ fructuosa ē māifestatio. Tertio qꝛ gl̄iosa ē ꝑsecutio. Quarto qꝛ īdubiosa ē vltio. Pr̄io dico ꝙ ꝟitatꝫ ꝑiculosa ē abscōsio non solum illis q̄bus abscondit̄: sed abscondenti. ps̄. Non abscōdi misericordiam ⁊ veritatē tuam a consilio multo. Tu aūt dñe ne longe facias miseratōes tuas a me. quasi dicat. longe deberes facere miserationes tuas a me si abscōdissem veritatē tuam a consilio multo: sed veritatem ⁊ salutare tuū dixi. Ber̄. Nō licet tacere cui ex officio incūbit p̄dicare ⁊ peccantes arguere: d̄r ergo predicatoribus abscondentib⁹ veritatē. i. Coꝝ. ix. Ue mihi si non euangelizauero. vtinaz essent multi Johānes qui non absconderent veritatem. precipue ꝑncipibus ⁊ p̄latis: nulloꝝ em̄ iniuria magis in eccl̄ia nocet q̄ꝫ iniuria prelatoꝝ. Grego. Nemo amplius in ecclesia nocet q̄ꝫ qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis tenet: delinquentē redarguere hoc p̄sumit nullus: ⁊ in exemplum trahit̄ culpa vehementer vel extrahitur vel extenditur quādo ꝓpter reuerentiam ordinis peccator homo honoratur. Itē ⁊ postea. Scire debent prelati ꝙ tot̄ mortibus digni sunt: quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Secūdo dico ꝙ fructuosa est veritatis manifestatio. sicut enim dicit dominus Esaie. lv. Uerbū quod egredietur de ore meo nō reuertetur vacuum ad me. At ille cui predicas. si te audiuit lucratus es fratrem tuū. et sic est fructuosa ad lucrum anime. Frequenter enim cum veritas de terra oritur. iusticia de celo ꝓspicit ꝑ gratie infusionem. ⁊ sic misericordia et veritas obuiauerūt sibi. misericordia e x ꝑte dei iustificātis. ⁊ veritas ex ꝑte hominis annūciantis. Si ꝟo te nō audiet nihilominus veritas tibi fructuosa erit. s. ad meritū ꝓpriū. ⁊ hoc ē quod dicit̄ Eccle-

Scd̄o.

siastici. vi. ⁊. viij. Volatilia ad sibi simi
lia conueniūt. ⁊ ꝟitas ad eos qui illam
operanꝫ reuertet̄. Quid ꝓfuit herodi ve
ritatis p̄dicatio: nihilominꝰ tñ si nō con
uertit audientē: coronauit confidentem

tertio Tertio dico ꝙ gl'iosa est ꝟitatis ꝑse/
cutio. gl'iosum est em̄ ꝓ ꝟitate pati. Et
hoc qꝛ cōfiguraꝫ xp̄o q̄ in mundū dic̄ se
venisse ad hoc Joh. xviij. Ego ad h̄ na/
tus sum ⁊ in mundū veni vt testimoniū
perhibeā veritati. Et ideo magis gl'io/
sum est cū veritate deijci q̄ꝫ cuꝫ falsitate
magnificari. ij. Machab. vij. ceteri frēs
vna cū matre se hortabanꝫ mori fortiter
dicentes: dñs aspiciet veritatē ⁊ cōsola/
biꝫ in nobis. i. cōsolabiꝫ nos eterna con/
solatione. Gl'iosa est g̊ ꝑsecutio ꝟitatis
ex ꝑte subsannantium non inferentium

quarto Quarto dico ꝙ indubitata est ꝟita/
tis vltio siue vindicta ad hoc vlciscetur
dñs in contēptores ꝟitatis ps̄. Diligite
dñm om̄es scti eius qm̄ veritatē req̄ret
dñs ⁊ retribuet ha. fa. supbiā. Requiret
aūt volūtatē qual'r audita suscepta ope
impleta sit: illis aūt q̄ vel audire nolue/
runt: vel audita recipe contēpserūt: vel
receptā ope implere neglexerūt retribu/
et habūdanter Rom̄. i. Reuelabitur ira
dei de celo sup omnē impietatē ⁊ iniusti
ciā hoīm q̄ veritatē dei in iniusticia deti
nent. Sic ergo imitemur Johannem in
constantia denunciandi veritatē ⁊ dete/
stemur in herode nequitiam impugnan
di veritatē. Sed est notandū ꝙ sunt
quattuor rōnes impugnandi veritatem
ꝓpter quattuor em̄ mouenꝫ ꝑuersi ad im
pugnandū veritatez agnitā. s. Primo
E ꝓpter naturā dissimilē. sicut em̄ similitu
do conciliat amorē. ita dissimilitudo ge/
nerat odiū. vnde hoīem veritatis homo
vanitatis ipugnat. sapiēs Sap̄. ij. Etiā
grauis est nobis ad videndum qm̄ dissi
milis est alijs vita eius. ⁊ immutate sūt
vie illius. quasi dicat si essent in falsita/
te sicut sunt nostre vie diligeremus eum
Bern̄. Vitiosus vitiosoꝝ cōsortia nō re
fugit: ⁊ vbi oēs fetent vnius minime fe/
tor sentiꝫ. qui em̄ auarus auarū. luxurio
sus luxuriosum erubuit. ⁊ vere in bonis
non placet vox si displicet facies. Se/
cundo ꝓpter naturā manifestatiōis: ve/
ritas em̄ in modū lucis est occultoꝝ ma
nifestatiua: ⁊ ꝑ consequēs turpiū denu/
datiua: g̊ et vituperatiua. g̊ q̄ male agit
odit lucē. qd̄ dicit apl's ad Rom̄. x. Ego
inimicus factus sum vobis veꝝ loquēs
quasi dicat: qꝛ dixi verū: inimicus factꝰ
sū. si dixissez sic̄ adulatores factꝰ eēm a/
micꝰ. ita etiā hodie adulatores sūt ī ami
citia non veritatis annūciatores. Tuli
us in li. de amicitia. Sic habendū est in
amicitia nullā pestē esse maiorē q̄ꝫ adu/
lationē: blanditiē: assentationē. hoc viti/
um em̄ omniū est mentientiū atq̄ fallē/
tiū: loquentiū ad voluntatē om̄ia: nihil
ad veritatē. Recitat Seneca. quō mag/
nus alexāder subsannauit amicos adu/
latores. cū em̄ sagitta vulneratus eēt in
bello et tandem represso sanguine sicci
vulneris dolorē sentiret. omnes inq̄t iu/
rāt me esse Jouis filiū. sed vulnus hoc
hoīem me esse dicit. Tertio ꝓpter na/
turā reuerberationis. sicut em̄ veritas
est manifestatiua ostendēdo. sic est reuer
beratiua ⁊ pungitiua corripiendo ⁊ ar/
guendo. Et qꝛ homo ꝑuersus sicut hero
des non potest sustinere puncturas ar/
guitionis in maleficijs: armaꝫ cōtra ve/
ritatis doctorē. seuit occidere: necare et
extīguere festinat. hoc est quod dixit do/
minus iudeis Joh. viij. Quid me que/
ritis interficere hominē qui vera locu/
tus sum vobis. Dicit Bern̄. Mirabibi
lis insania irascimur sanāti. qui nō ira/
scimur vulneranti. Sanās em̄ predica/
tor: vulnerans est dyabolus. vnde Aug.
de ciui. dei. Putamus gloriaꝫ vanitatis
nullis cedere viribus virtutis: ad perni/
ciem vtiq̄ ei cui tam magnum vitium
dominatur. inuictus est hic morbꝰ non
malo medici sed egroti. Quarto pro/
pter naturam directionis. veritas enim
dirigit ⁊ mouet in bonum de sui natura
ps̄. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me
⁊c̄. Et quia dirigere non potest in bo/
num existens: nisi faciat relinquere bo/

nū apparens ⁊ nisi tollat omnes cōsola/
tiones carnis ⁊ gaudia cōsueta. iō ho/
mo ꝑuersus existimādo nimis preciosa
que relicturus est ⁊ nimis difficilia ad q̄
dirigendus est odit ꝟitatē: quia nō vult
ꝑdere voluptatē. Seneca. Uides vbi
posita sit felicitas. sed ad illam perueni/
re nō audes. q̄d te impediat dicam. ma/
gna hec existimas q̄ derelicturꝰ es. hoc
idē dici potest de volentibꝫ intrare reli/
gionē. vident em̄ vbi posita sit salus: sed
ad illā ꝑuenire non audent. q̄d eos im/
pediat patet. magna existimant que reli
cturi sunt. Sic igit̄ detestemur in hero/
de maliciā impugnādi ꝟitatē. vlterius
detestemur in cetu ꝑncipū negligentiaꝫ
defendenti ꝟitatē. cū em̄ viderēt in ocu/
lis suis illū magnū ꝓphetā ꝺcollari nul
lus fuit locutus ꝑ eo. nullus fuit q̄ defen
deret ꝟitatē. Sciēdū est ꝙ sunt quat/
tuor impedimēta defensionis veritatis.
videlicet Primo metus terrene pote
E statis q̄ reprimit nō solū a ꝟitate tuēda
⁊ defensanda: sed etiā dicēda. Exemplū
de ceco a natiuitate Joh. ix. Dicūt iudei
Hic est filiꝰ vester quē vos dicitꝫ: q̄ ce/
cus natus est: quō ergo nunc videt? Re
sponderūt parētes. Scimꝰ. q̄ hic est fili
us noster: quō aūt nūc videat nescimus
⁊c̄. Et sequit̄ hoc aūt dicebant: q̄ time/
bant iudeos. nā talis metus cecidit sup
eos. ⁊ ideo dicere poterāt illud apostoli
Nō em̄ possumꝰ aliq̄d aduersum verita
tē: sed ꝑ veritate. Scdo questus mun
dane cupiditatis. i. Thi. vi. Qui verita
te ꝑuati sunt existimātiū questū eē pieta
tem. Hinc est ꝙ ꝑncipes ⁊ tribuni gali/
lee sub herode habebāt officia lucratiua
⁊ questuosa. iō maluerūt studere cupidi
tati q̄ꝫ assistere ꝟitati. Tertio appeti/
tus voluptatis. vñ. i. Pe. de q̄busdā dicit̄
Multi sequunt̄ eoꝝ luxurias per quos
via ꝟitatis blasphemat̄. De his tribus
impedimētis defensandi ꝟitatē hēmus
moral̄r Esdre. iij. cap̄. de illis tribꝫ iuue
nibus q̄ philozophati sunt q̄d fortiꝰ eēt
in mundo. vnus dixit ꝙ fortior esset rex.
aliꝰ dixit ꝙ fortius esset vinū. et tertius
ꝙ fortiores essēt mulieres sed sup omīa
vicit. s. veritas. Preferre em̄ ꝟitati regeꝫ
hoc respicit metū terrene ptātis. Prefer
re vinū hoc respicit abūdātie temꝑalis
questū cupiditatis. Preferre mulierē re/
spicit appetitū voluptatis. ꝓpterea tertiꝰ
sententiauit ꝙ ꝟitas fortior esset ⁊ oībꝫ
ꝑualeret. Quarto ambiguū similitu/
dinarie felicitatꝫ. Similitudo em̄ vt dic̄
Augu. est mater fallsitatis ⁊ hec decepit
cōuiuantes. credebant em̄ ꝙ ꝓpter iura/
mentū qd̄ interuenerat oīno esset. s. dan/
dū caput Johis. ⁊ si hoc hoc faceret he/
rodes piū ⁊ non impiū reputabāt: q̄ ad
hoc credebāt ip̄m esse obligatū. vnde cō
uenit eis illd̄ Gala. iiij. O insensati q̄s
vos fascinauit non obedire ꝟitati. Fasci
nū vocat ꝑstigiuꝫ quo q̄s decipit̄ ambi/
guo sil̄itudinarie ꝟitatis. Sic g̃ veritas
que cōstanter ꝑdicat̄ corruit dū a pl̄ibus
impugnat̄. ⁊ in plateis dum a nullo de/
fensat̄. Et hoc est ꝙ ꝟitas tacet̄ ꝓpter su/
pradicta q̄ttuor. vñ sequit̄ ꝙ ex hoc mū/
dus destruit̄: iusticia nō exercet̄: mali re
gnant ⁊ boni deꝑmunt̄. ⁊ hoc accidit. q̄
veritas tacet̄. mendacia enarrant̄ et per
cōsequēs credunt̄ ⁊ eis fides adhibet̄. ⁊
deus cū sit ꝟitas total̄r negat̄ ⁊ blasphe
mat̄. Dicamꝰ igit̄ semꝑ veritatē. Quā
nobis cōcedat ihs xp̄s. Amen.

In festo natiuitatis virginis
Marie: Sermo primus.

Iber generatio/

l nis iesu christi filij dauid ⁊c̄.
Math. ꝑmo ca. Sicut xp̄us
fuit liber in matris ꝟginis vtero spiritꝰ
scti miro vmbraculo exaratus qui iuxta
vaticiniuꝫ Esa. xxix. tā scientibꝫ lr̄as q̄ꝫ
ignorantibꝫ ꝓpter suā vtilitatē est occul
tus. ita mater dñi fuit liber in matrꝫ ste/
rilis vtero dei digito descriptus iuxta il
lud Deute. xxxi. vbi d̄r ꝙ liber positꝰ est
in latere arche. Ista archa fuit Anna be
atissima mater matris dñi q̄ fuit archa
q̄ celi liber inclusus fuit in ip̄a. cuius li
bri natiuitatē euāgelista in ꝟbo ꝓposito
dupl̄r introducit. Et ꝑmo q̄ꝫtū ad di/

uinā ꝓductionem qua mater dñi fuit de
matre sterili diuina virtute supnaturali/
ter generata. cū p̄mittit. Liber gene. ie/
su xp̄i. Sicut enim ipsa genuit christū sic
ipa a xp̄o licet aliter fuerit i esse ꝑducta
vt de ipsa dicatur illud gen. x. Hic liber
generatiōis adā. i. christi q̄ est nouissim⁹
adā ꝑm doctrinā apl̄i. quia sicut prim⁹
adā fuit p̄ncipiū generatōis corporalis
sic iste generatōis spūalis. Dicit autem
liber generatōis ei⁹ mater nō solū qꝛ ab
ipsa fuit genit⁹: sed quia ipse fuit geitor
eius iuxta illud ps̄. Hō natus ē in ea et
ip̄e fūdauit eā altissim⁹ ꝛc̄. Scdo q̄tū
ad humanā generatōem qua mater dñi
fuit a sāctis patrib⁹ naturalit̄ propaga/
ta cū sequit̄. filij dauid filij abraā. nō em̄
christus fuit filius istorum: nisi quia ma
ter eius fuit de eorū stirpe ꝓgenita iuxta
illud apostoli Ro. primo dicentis: Qui
factus est ei ex semine dauid ꝑm carnez
quā accepit de virgine matre. Dicit er/
go liber gn̄ationis iesu christi ꝛc̄. Cir
ca primū est intelligendū ꝙ iste liber fu/
it in veti testamento primo subtiliter fi/
guratus. vnde Ezechielis. ij. Ecce ma/
nus missa ad me. in qua erat inuolutus
liber: ꝛ expandit illum corā me qui erat
scriptus intus ꝛ foris. ꝛ scripte erant in
eo lamentationes ꝛ carmen ꝛ ve. Ista
P manus missa fuit xp̄s qui est ꝑm aposto
lum dei virtus ꝛ sapientia per quam de/
us pater omnia fabricauit. vnde Joh. i.
Omnia per ip̄m facta sunt. De qua ma
nu dicitur Esa. iiij. Manus mea fun/
dauit terram. Ista manus fuit missa ad
redimendū genus humanū iuxta illud
apostoli Galath. iiij. Misit deus filiuz
suū ꝛc̄. In illa manu erat inuolutus li/
ber ille in quo fuit veritas increata de/
scripta mater. s. dñi. quia in ipsa fuit in/
uolutus xp̄us iuxta illud Jere. xxxiij. Fe
mina circūdabit virū. Iste liber fuit ex/
pansus in sua natiuitate id est in huma
no genere reuelatus. Iste liber erat scri/
ptus intus ꝛ foris. quia verbum eternū
quod est veritas prima non solū fuit cō
ceptus intus in eius mente: sed etiā fuit
incarnatus foris in eius corpe. In q̄ li
bro erant scripte lamentationes dolorū
de morte filij. Carmina gaudioꝝ de ei⁹
resurrectione. Et ve. i. maledictiones de
monioꝝ ab ipso exterminatoꝝ iuxta il/
lam maledictionē primi colubri in Gen̄
Ipsa conteret caput tuū. s. maria. Se
cundo iste liber fuit in nouo testamento
certitudinaliter declaratus. vnde Apo/
calip. v. Vidi in dextera sedentis super
thronū librū scriptum intus ꝛ foris: sig/
natum sigillis septem. Iste liber qui
erat in dextera sedentis super thronū fu
it mater dñi que fuit in sua ascensiōe ele
uata ad dexteram filij residentis super
thronū deitatꝫ iuxta illud ps̄. Astitit re/
gina a dextris tuis ꝛc̄. Sed ille liber
erat sciptus intus ꝛ foris. quia vt ait be
atus Leo. Diuinam humanāq̄ prolem
prius cōcepit mente q̄ corpe. Sed erat
signatus sigillis septē. quia septem sunt
p̄uilegia quibus eius sacra natiuitas fu
it celit⁹ decorata. quoꝝ. s. Primū fuit
quia sicut xp̄i natiuitas fuit per gabrie/
lem archangelū nunciata: sic per eundē
vt pie creditur ista natiuitas predicata
quia si beato Johanni baptiste fuit hoc
priuilegiū concessum: multomagis ma A
tri dñi consonum. Scdm est ꝙ sicut
xp̄s fuit virtute spiritussancti supnatu/
raliter genitus Luce p̄mo: sic mater dñi
fuit spiritussancti virtute generata. cum
ei⁹ mater sterilis eēt ꝛ vi generādi care/
ret licet aliter. Tertiū est qꝛ in sua na
tiuitate ab om̄i labe peccati fuit totalit̄
depurata. ꝛ hoc quia nunq̄ aliqd̄ pctm̄
contraxit. aut quia in cōtracto non ꝑmā
sit: secus autē fuit de alijs scīs qui post
moram fuerūt purgati. vnde dicit beat⁹
Anshel. in li. Cur deus homo. ꝙ decuit
vt illa virgo ea puritate niteret qua ma/
ior sub celo nequit intelligi. Quartū
est ꝙ ab om̄i pctō tam actuali q̄ veniali
ꝛ mortali fuit penit⁹ elongata. ita ꝙ exq̄
fuit nata nullū tale potuit cōmittere. qꝛ
hec gratia fuit angelis confirmatis col/
lata. Quintū est ꝙ in gr̄a spūssctī vlti
mate est confirmata. ab instanti eniz sue

natiuitatꝫ plus habuit de gr̃a q̃ꝫ aliqua creatura pura. ideo fuit appellata gratia plena in Luca. Sextum fuit ꝙ in gratia xp̄i fuit inseparabiliter consignata quia ab instanti sue natiuitatis non potuit ab ip̄a excidere: cũ etiam fuerit hoc apostolis concessuꝫ post aduentũ spiritussancti q̄ in virgine plenius requieuit.

Septimũ est ꝙ eius natiuitas fuit nomine aurore notata: quia sicut in aurora stella nascit̃ ante solem: sic in nouo testamento virgo nata est ante filiũ. Ideo ꝓphetauit Balaã in numerꝫ. xxiiij. Orietur stella ex iacob ꝓpter ortũ virginis. ⁊ exurget homo ex israel ꝓpter ortum filij eius ⁊ ꝑcutiet duces moab. i. ꝑncipes inferni. Ista. vij. sigilla vt ait Johes nemo erat dignus soluere nisi agn⁹. qꝛ illa septem ꝑuilegia non potuit alius conferre virgini nisi xp̄us eius fili⁹. Sequitur filij dauid filij abraã. s. mediãte matre q̄ quidẽ fuit de sanguine p̄riarcharũ traducta fideliter. ꝓpter quod sequit̃ filij abraã.

B Circa quoꝝ p̄rinũ est intelligendũ ꝙ mater dei fuit ꝓgenita a septeꝫ regibꝫ fidelibꝫ. quoꝝ Prim⁹ fuit Dauid a quo habuit dignitatẽ benigne clementie. qꝛ ꝓpheta cõmemorat singulariter miscdias dauid fidelis in ps̄. ꝓpter hanc dignitatẽ bene fuit ꝟgo filia regꝫ dauid: qꝛ ꝑ ip̄am sumns oẽs miscdiam consecuti. iõ dicit̃ regina miscdie. vñ ps̄ Miscdia dñi plena est terra illa scꝫ de q̄ ait Esa. Aꝑeriat̃ t̃ra ⁊ germinet saluatorẽ. Ista. s. miscdia est illa ꝟtus ꝑ quaꝫ pctã redimere possumus iuxta consiliuꝫ Daniel̃ dicentis. Peccata tua elemosynis redime ⁊c̃. Scds fuit Salomon a quo habuit dignitatẽ tranq̄lle pacꝫ vt habet̃. iij. Regũ: ꝑm quã virtutẽ fuit beata virgo filia eius: qꝛ in ipsa fuit generata pax vniuersalis generꝫ humani cũ deo: dum ibi fuerunt facta vtraq̄ vnuꝫ ꝑm dictũ apl̃i. Et per illã virtutẽ possumus lucrari hereditateꝫ paradisi iuxta illud. Beati pacifici qm̄ filij dei vocabũtur. ꝙ si filij ⁊ heredes ꝑm apl̃m. Tertius fuit Abias a quo habuit spem firmam. de quo. ij. Paralip. dicit̃. ꝙ confortatus est: quia sperauit in dño deo patrũ suoꝝ. Huius filia fuit ꝟgo btã non solũ corꝑaliter sed etiã spiritualiter ꝓpt̃ quã beatitudinem firmam sibi promissam sperans dicit Luce. ij. Beatã me dicent omnes generationes. Ista est ꝟtus per quã huius mundi aduersa faciliter tolerant̃. vnde apostolus vocat eam galeã quasi ab hostibꝫ ꝓtegentem. Quart⁹ fuit Asa. a quo habuit credulitatẽ rectã Iste enim vicit ethiopes qui figurãt demones ꝓpter fiduciam quam habuit in domĩo patꝝ suoꝝ: vt patꝫ scdo Paralip. Huius filia fuit recte beata virgo: quia recte credidit angelo nuncianti certitudinaliter. vñ clamauit helisabeh. Beata que credidisti ⁊c̃. Per illam ꝟtutẽ habemus vitaꝫ spiritualem. vnde apl̃us ait. ꝙ iustus ex fide viuit: et christus infideles aꝑpelauit scilicet mortuos: dicendo. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos ⁊c̃. Quintus fuit Josaphat a q̄ habuit dignitatem legis diuine Iste. n. rex felix non solum legem dei in se seruauit: sed etiam seruandam populo doceri et conmoneri ꝑcepit: vt patet ibidẽ. Huius autem filia bene fuit mater domini. quia legem diuinam et in quibus non tenebatur perfectissime obseruauit vt patet in purificatione. Et ideo dicit Lucas ꝙ ipsa et Joseph perfecerũt omnia ꝑm legem domini. Per istam dignitatem possumus acquirere perfectam libertatem que est seruitutꝫ soli⁹ dei Vñ beatus Jacobus legem scꝫ euangelicaꝫ legem perfecte libertatꝫ nominat dicẽs Qui aũt ꝑspexerit i lege ⁊c̃. Sextus fuit Ezechias a q̄ habuit dignitatẽ sũme diligẽtie: de q̄ d̃r sup̄. ꝙ diligẽter q̄siuit dñꝫ deũ patꝝ suoꝝ i toto corde suo ⁊c̃ Hui⁹ filia fuit ꝟgo maria q̄ exurgẽs abijt i mõtana cũ festinatiõe vbi dic̃ btũs Ambrosius. Nescit tarda molimina spiritussctĩ gr̃a. ꝑ hãc ꝟtutẽ solã possumus implere illud ꝑceptũ Deutero. Diliges dñꝫ deũ tuũ ⁊c̃. sꝫ quõ pñt hec ꝑficere negligẽtes q̄bꝫ d̃r Apo. Utinã calid⁹ aut

frigidus esses. Septimus fuit Josias a quo habuit dignitatē innocentie pure qꝛ in sua pueritia vt dꝛ ibidē cepit querere dñm deū patrū suoꝝ sine macula ꝑseuerans adhuc octo annoꝝ. huiꝰ filia fuit virgo regia cuius innocētia omnē innocentiā eoꝝ q̄ fuerūt creati in statu innocentie prepauit: qꝛ illa cōfirmata ⁊ nō illi. Et qꝛ hanc dignitatē amisimus: datū est nob sacr̄m pnie sicut scd̄a tabula post naufragiū ꝑ quā illaꝫ aliq̄liter recupare possimus. Subsequit̄ filij abraā. Circa qd̄ est intelligendū ꝙ mater dñi fuit ꝓgenita a septem pr̄ibus ꝓoribꝫ a q̄bus habuit septē sacras solēnitates. Primus fuit Enoch ad cuiꝰ imitationē habuit solennitatē fidelitatis ⁊ gl̄ie. sic̄ em̄ enoch qꝛ cū deo ambulauit viuens fuit ad celestē patriā trāslatus. vt habetur ī Geñ. sic mater dñi qꝛ xp̄m genuit vt pie credit̄ viuens ad celestē gl̄iam euolauit Et sicut iste testimoniū habet placuisse deo ꝟm apl̄m sic hec plus om̄i creatura

Scd̄s fuit Noe cuiꝰ figura fuit beata ꝟgo ad cuius imaginē habuit solennitatē ꝟginitatis. sicut em̄ ip̄e vixit centū annis ꝟgo ⁊ solus inuētus fuit in diluuio īmaculatꝰ a carnis pctō. vt habet̄ ibidē: sic btā ꝟgo sola ꝑmāsit purissima in puerꝑio dicēte sibi angelo nunciante cū p̄miserat: Quō fiet istud ⁊c. ait Spiritussctūs suꝑueniet in te. Ad hāc virtutē nos oportet accedere si deū desideramus videre. qꝛ vt dicit Matheus. Beati mūdo corde ⁊c. Tertius fuit Heber cuius filia fuit mater dñi habens ab ip̄o solennitatē victorie de inimicꝫ vt vere dicat̄ heber. i. victrix sicut dicit̄ heber victor. Per ip̄am em̄ fuerūt hostes hūani generis debellati qñ volūtarie obtulit filiū suū q̄uis eius passione extiterit gladiata. vñ dicit̄ in canticꝫ. Terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Ad istā victoriā nos hortat̄ angelꝰ Apo. ij. di. Uincēti dabo edere de ligno vite. Et hoc cōuenienter. qꝛ ꝑ lignū crucis ad talē victoriam aīamur. Quartus fuit Abraam cuius fuit filia ꝑ fidē verā: qꝛ sicut abraam fuit pr̄ fidei nr̄e ꝟm apl̄m. qꝛ credidit deo: sic mater dñi fuit mater fidei nostre. qꝛ obiectū fidei nr̄e genuit: ⁊ quia tota fides eccl̄ie in ip̄a tempe passiōis permansit. Ad hāc virtutē nos hortat̄ paulus apl̄s. qꝛ sine fide impossibile est placere deo. q̄re sine ista ꝟtute om̄ia opa nostra sunt inania. Quintus fuit Isaac cuius filia extitit mater dñi hñs ab eo solennitatē obediētie ꝑfectissime. sic̄ em̄ Isaac fuit obediēs patri ip̄m immolare volenti. qꝛ cū esset. xxx. annoꝝ ꝟm Josephum patri resistere potuisset: sic xp̄s fuit obediens deo pr̄i cū haberet oīa ī sua potestate in mortē tradens aīam suam. Per hāc ꝟtutē vt apl̄us ait. multi sūt iustificati sicut ꝑ vnius inobedientiā multi iniusti facti sunt. Sextꝰ fuit Jacob a quo ip̄a habuit humilitatez ꝓfundissimā. sic̄ em̄ ꝑ humilitatē Jacob vicit superbū Esau dñm eum vocās: sic mater dñi ꝑ humilitatez summā inclinauit ad se diuinā excellentiā. Et ꝙ hec fuerit occasio diuine descensiōis in ip̄am confirmat̄ cū dixit: Quia respexit humilitatē ancille sue ⁊c. nō cōmēorans ꝟginitatez aut aliquā aliā ꝑfectionē. Et ad hāc virtutē saluator in matheo dulciter nos inuitat di. Discite a me: qꝛ mitis suꝫ et humilis corde ⁊c. Septimꝰ fuit Judas de cuiꝰ tribu fuit mater dñi a q̄ habuit solennitatē nobilitatis. Ista em̄ fuit tribus nobilissima. qꝛ regia. vñ in bñdictione Jude fuit dictū. Nō auferet̄ sceptruꝫ de Juda ⁊c. Geñ. xlix. Jō mater dñi ī cāticis filia principis appellat̄. Ad istā solennitatem peruenient qui vestigia matris domini sequūtur in patria vbi omnes diuinis confessionibꝫ vacant: ⁊ ideo iudei vocantur. Beati igitur qui habitāt in domo tua dñe in secl̄a seculoꝝ laudabūt te. vt ait ps̄. Ad quā solēnitatem nos ꝑducat p̄cibus ⁊ meritꝫ ꝟginis sue matris xp̄i bñdicte ꝟbi filiꝰ q̄ viuit ⁊c.

De eadem: Sermo secundus.

Rief̄ stella ex iacob ⁊ cōsurget ꝟga ex israel

ꝛc. Numeroꝝ. xxiiij. capitulo. Quia ꝑo mater domini stella maris ē nūcupata: secundū Jero. ideo pro eius ortu cōueni enter assumit verbū propositū. In quo quidem verbo eius felix nattuitas introducitur dupliciter. s. Primo vt clara et inobfuscabilis: quia ad modum stelle

Secūdo vt recta ꝛ inobliquabilis qꝛ ad modum virge. quia egrediet virga de radice yesse ꝛc. Circa natiuitatem istā pro vt fuit clara et inobfuscabilis occurrunt quinqꝫ articuli declarādi. quoꝝ primus est. quare mater domini dicitur stella. Secūdus ē. quare eius natiuitas ortus stelle. Tertiꝰ est. quare eius vita motui stelle cōparat. Quartus ē. quare dicitur stella matutina. Quitus est. q̄re dicit stella maris. Circa primū arti.

I articulus

C est intelligēdum ꝙ mater domini dr stella. qꝛ sicut stella habet simplicitatē i sua essētia: cū non sit cōposita ex contrarijs elemētis sicut ista inferiora. ita in virgiē non fuit cōtrarietas sicut in alijs: in q̄bꝰ caro cōcupiscit aduersꝰ spiritū ꝑm apl'm sed hoc nūq̄ fuit in virgine cū non peccauerit etiā venialiter ꝑm Aug. de natura et gratia ita dicētem: Cū de peccatis agitur: nullā de matre domini volo fieri mētionē. Secūda ratio ē. qꝛ sic stella habet impassibilitatē i sua natura qꝛ nō recipit peregrinas ipressiones vt calefactionem ꝛc. ita mater christi fuit impassibilis: vt non potuerit non solū non vinci in temptationibus: sed etiam nec potuit temptari delectatione vel consensu: sed tantum suggestione sicut xp̄s: in qua temptatōe nō est passio sicut in alijs q̄bus alij omnes temptant ꝑm Grego.

Tertia ratio est: qꝛ sicut stella habet icorruptibilitatē in substātia: ita mater xp̄i impeccabilitatē in aia: vnde nec potuit peccare venialiter. ita in gr̄a confirmata fuit. sicut nec a naturali potuit pꝰ suā cōfirmationē. nec scti post suā glorificationē. Et ideo dicit in cāticis. Pulchra es amica mea ꝛ macula nō est in te ꝛ hoc est singulare ꝓuilegiū vt dicitur in iij. Senten. Quarta ratio est qꝛ sicut habet speciositatē in ortu et figura. quia est capacissima a deo. ꝛ ideo factꝰ est mūdus illius figure. ita aīa ꝑginis fuit specialr sperica: qꝛ sūme capacissima in gratia post xp̄m ꝑm Hiero. ꝛ ꝑ cōsequēs in gl'ia. vñ licet discipuli repleti fuerint spiritu sctō: ip̄a tamē erat gr̄a plena Lu. i. Jp̄a ergo est stella inter micantes plyades posita Job. xxviij. Qꝛ vna est ꝑncipalis sicut mater xp̄i. Circa scd̄m articulū est sciendū ꝙ mater dñi ortui stelle compatur ꝓpt quattuor rōnes. Et prima est qꝛ origo cuiuslibet stelle est et fuit miraculosa: qꝛ a potētia dei facta. ita. s. mater xp̄i fuit concepta ꝑm Danielem.

II. articulus

D

Scd̄a est qꝛ origo stelle est. s. luminosa. qꝛ licet stelle de se nō habeant lumen ꝑm Dioni. de diui. nomi. tñ in instāti creationis fuerūt a sole illuminate. sic ꝑgo btā a xp̄o: qꝛ licet de se nata sit obscura sicut alij: tñ cōfestim fuit a sole iusticie illustrata gr̄a: vt ait Bern. Tertia ē: qꝛ sic quelibet stella fuit statim sita i firmamento: ꝛ ibi posita: sic in libro vite fuit scripta mater xp̄i de quo libro iniusti delentur ꝛ iusti scribuntur: vt patet in ps̄.

Quarta ratio est: qꝛ sic quelibet stella orta fuit in die. iiij. Gen̄. i. cū sole et luna: ita mat dñi fuit nata in quarto tempore. qꝛ q̄druplex fuit tempus. s. innocētie. nature. legis scripte. ꝛ gr̄e: in cuiꝰ exordio nata est btissima virgo que est illa stella de numero stellaꝝ que dederūt lumen in custodijs suis. Jp̄a em̄ dedit lumen in custodijs: vt dicitur Baruch. iij

Circa tertiū articulū est sciendū ꝙ vita virginis compat cursui stelle rōne q̄druplici. quaꝝ Prima est: qꝛ stella currit regulariter: ꝛ qꝛ i directo cursu nūq̄ flectit ad dexterā nec ad sinistrā sic aialia. sic mater xp̄i nec ad dexteraꝫ peccādo ꝑ ignorantiā: nec ad sinistrā ꝑ maliciam.

III. articulus

Scd̄a ratio est qꝛ stella currit velociter: nullū em̄ mobile est in istis inferioribus qd̄ ita cito moueri possit sicut stella. sic mater xp̄i velocissime cucurrit: qꝛ ad apicē ꝑfectionis ꝑuenit in. xij°. anno qñ scd̄o in verbi conceptōe sanctificata fuit

Tertia est qꝛ stella currit incessabiliť sic mater xp̄i nunq̄ stetit nec vnq̄ retrocessit: sed semp̄ iuit de bono in meliꝰ: iuxta illud ps̄. Ibūt de ꝟtute in virtutem

Quarta ratio est: qꝛ stella currit circulariter. om̄es em̄ motus corpoꝝ supercelestiū sunt circulares. motus aūt circularis est ab eodē pūcto in idem punctū. sic mater dei in eadē gr̄a inchoauit. s. in gratia sctificationis ꝛ in eadē feliciter consumauit. Et illū modū currēdi seruant solum illi qui finiūt in gratia baptismali. Ista est de numero illaꝝ stellaꝝ de q̄bꝫ dicit̄ in Apocal. ix. Claudunť sub signaculo: quia ꝑm Augu. virgo clausa fuit ante partū ꝛ post partuꝫ ꝛ figurata per portā Ezechielis. Circa quartū articulū est intelligendū ꝙ mater dñi comparat̄ stelle matutine. ꝓpter eius ꝓprietates. q̄ꝛ Prima est: ꝙ ista stella est pulcherrima omniū visibiliuꝫ a nobis post solē. Et ideo lucifer dicit̄ ad instar pulcherrimi primi angeli. ꝛ isto modo fuit pulchra ꝟginis anima. ideo dicit̄ in canticꝫ ꝙ est pulcherrima mulieꝝ. Scd̄a est ꝙ ista stella est optima omniū stellaꝝ quia habet summā beniuolentiā ꝛ influentiā. vnde influit ad amicitiā generandam sicut mars ad bella. ex quibꝫ sequit̄ pax que est cunctis optata mortalibus. ꝛ ideo dicitur venus: ita mater domini posuit amicitiā inter nos ꝛ trinitatē existens omniū mediatrix. Et ideo fuit figurata per hester que filios israel et regē assuerū pacificauit: vt habeť Hester ij. ca. Tertia est: qꝛ est omniū stellarū maxima quo ad nos. ita mater dñi ē maxima omniū sanctoꝝ ꝛ fuit in virtute et merito. De qua magnitudine loquit̄ gabriel Luce p̄mo. Erit em̄ magnus ꝛc̄.

Quarta est: quia est omniū stellaꝝ radiosissima: quia magis illuminat celū ꝛ terraꝫ q̄ aliqua aliaꝝ. ita scilicet mater dñi plus de luce recepit a xp̄o ꝛ cōmunicauit mundo cū etiam om̄es sanctos illuminet in patria. et similiter magis ecclesiam militantem. Unde Hieronymus Sola ip̄a interemit vniuersam hereticam prauitatem. Quinta ratio est: qꝛ ista stella regnat sexta feria. ideo dies illa dicit̄ dies veneris sicut luna in die lune. ita virgo maria regnū suū accepit in die veneris. quia tali die fuit verbuꝫ incarnatum ꝑm Augusti. de trinitate. Sicut em̄ tunc fuit facta mater regis omnium ita et regina. Sexta est: quia ista stella immediate subijcitur soli existēs supra lunam ꝛ mercuriū. ita mater xp̄i est imediate sb̄ sole iusticie ꝛc̄. Septima est: quia ipsa infra nouem annos p̄ficit cursum suū ꝑm. s. Astro. ꝛ ꝑm Isidorum in libro Ethimo. ita mater dñi per nouē annos perfecit cursuꝫ vite sue ab eo tempe quo fuit a christo redempta in cruce: vt habetur in histo. Octaua est ꝙ ipsa precedit solem in p̄ncipio diei vnde orit̄ in aurora. ideo dicit̄ stella matutina. ita ꝛ mater dñi suo ortu precessit ortū filij sui qui dicit̄ sol iusticie. vñ virginis natiuitas fuit noui testamenti aurora. ideo dicit̄ de ea illud. ij. Regū. xxiij Sic̄ lux aurore mane oriente sole absq̄ nubibus rutilat. Nona est: ꝙ ipsa seq̄tur solis occasuꝫ quādoq̄. vnde dicitur vulgo bubulca eo ꝙ tūc cessant arare bubulci cū apparet de sero. Sic mater xp̄i fuit secuta occasum christi cum. liiij. annis vixerit in hoc mūdo. s. xij. ante xp̄m: trigintatribus annis cum christo: et nouem post xp̄m. Decima est: ꝙ ipsa habet tria nomina. Primo em̄ dicit̄ stella matutina que est lucifer. Secūdo vernus. Tertio hesperus. ita marie est triplex iterp̄tatio. Prima ē ꝙ d̄r stella in qua lucet iusticia que stelle est a ꝓphetis comparata. Secunda est ꝙ dicit̄ maris summa: quia miserationis copia aut quia mare id est pelagus in ea infinituꝫ fuit. Tertia quia ipsa est amaritudinis id est amarā penitentiam influens. ideo quia mater dñi stelle assimilatur recte dicitur de ea Ecclesiastici. l. Quasi stella matutina in medio nebule id est ī suo ortu primo in medio synagoge.

Circa quintū articulum est notandū ꝙ hec stella habet tres virtutes p̄claras.

quarum Prima habet dominiuz supra naturam durissimaz in suo attractu Ubi est sciendum ꝙ inter omnia lapis est durior. vñ durior est ferro: ferrũ enim virtute ignis potest aliqualiter molliri: lapis aũt nunq̃ licet possit cõminui seu frangi. lapis enim Adamas inter om̃es lapides est durior. vnde Ezech. iij. Ecce dedi frontem tuã duriorem frontibus eoꝝ: vt adamantẽ et silicem dedi faciem tuam. Hanc autẽ ꝓprietatez habuit virgo maria. Quid est enim duri⁹ corde humano quod existens in peccatis nõ vult ad penitentiã emolliri Zach. vij. Aures suas aggrauauerunt et cor suũ posuerũt vt adamantem ne audirent legez. Videmus interdũ ꝙ homines durissimi q̃ nec deum timent nec homines reuerent̃ per deuotionez ad virginem aliqualiter emolliunt̃ et tales raro flectuntur per viam rigiditatis ⁊ iusticie: sed bene per viam bonitatis ⁊ clementie. Ipsa aũt virgo est clemẽs. vnde Ezech. xxxvi. Auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneuz. Ipsa est stella que manens in cursu suo. scz misericordie et benignitatis aduersus syzarã pugnat. Sisara interpretat̃ gaudij exhibitio ⁊ significat peccatorẽ cuius habet duritiem emollire ⁊c. Tertio habet virtutẽ fortissimã in suo attractu: fuit enim opinio quorundaz famosissima ꝙ stelle habeãt virtutem attractiuam: dicentes ꝙ terra ꝓpter suam ponderositatẽ non posset stare in medio de se. Ideo ponebãt in vnaquaq̃ parte celi stellas ip̃am terram attrahẽtes vt non magis declinet ad vnã partem q̃ ad aliam. Ex illa opinione famosa poterit fieri applicatio licet non sit vera. Isto em̃ modo possumus dicere ꝙ hanc virtutẽ attractiuam habuit virgo Lucifer em̃ qui est relegatus in inferno cũ satellitib⁹ suis cũ suo conatu nos nititur trahere in infernũ Ideo maxime indigem⁹ attractari ad oppositũ. Hec autem ꝟgo beata que s̃m Berñ, ꝑ nob̃ peccatoribus retrahẽdis ad oppositũ scilicet ad deũ sicut aduocata suppliciter intercedit iuxta illud. Eya ergo aduocata nostra ⁊c. ⁊ de hoc est maxime sollicita non solũ ex eius obedientia: sed etiaz ex iusticia. Gratitudo enim est quedam species iusticie: constat autẽ ꝙ totum honorem siue sublimitatem quam habuit ꝓpter peccatores habuit. ad hoc em̃ nasci voluit de ea finaliter vt ip̃e peccatores redimeret. Et ideo cantat̃ in hymno Qui ꝑ nobis natus tulit esse tuus. Dicas ergo obsecro ꝙ soror mea sis vt viuat anima mea ob gr̃am tui ⁊c. Quarto habet naturam supra naturã grauissimam inter om̃ia mixta. licet eniz adamas siue magnes leuet ferrũ quod ẽ corpus grauissimũ semper tendens deorsũ ꝓpter terram in eo predominantem. hoc tamen non est nisi ex virtute sibi data a stella maris. Hanc virtutem habuit beata ꝟgo. applica sicut scis. Et proprietates alias de illa stella Require in sermone illo de nomine beate virginis qui incipit. Questio est de facto. Quare ista virgo que erat xp̃m paritura appellata est maria. vbi multa inuenies de materia ista. Rogemus ergo ⁊c.

De eadem: Sermo tertius.

Orietur stella ex iacob ⁊ cõsurget ꝟga de isrl̃ ⁊c Nũeroꝝ. xxiiij. c. In ꝟbo isto ꝓposito natiuitas ꝟginis bñdicta introducit̃ dupl̃r. Primo in modũ syderis nascẽtꝫ. cũ p̃mittit̃. Orietur stella ex iacob Scdo in modũ ꝟgule exurgentꝫ. cũ addit̃: ⁊ cõsurget. Circa p̃mũ modũ insistẽdo occurrũt septẽ sacr̃a de ortu illius stelle ꝯsiderãda: q̃ꝝ Primũ est: q̃lis ẽ in corpe stelle natura. Dr̃ ꝙ de⁹ a p̃ncipio creauit q̃ttuor corpoꝝ genera. Et q̃dam fuerũt corruptibilia ⁊ maculabilia sic̃ corpa q̃tuor elemẽtoꝝ. Quedã corruptibilia sed imaculabilia sic̃ radij lucis habẽtes trinã dimẽsionẽ: q̃ licz possit de destrui nõ tñ infici vt sol. Quedã icorruptibilia: sz mutabilia vt corp⁹ lune que licet nõ possit destrui: tñ bene põt q̃si per nigredinẽ maculari. Quedam incorru-

p̃mũ sacramẽ.

ptibilia ⁊ immaculabilia sic̄ stelle q̄ nec destrui possunt nec maculari. Et ido natura stelle est vt sit corpus incorruptibile ⁊ immaculabile. vñ dr̄ Dañ. xij. ꝙ qui ad iusticiā erudiūt multos fulgebūt q̄si stelle in ꝑpetuas eternitates. Sil'i modo inuenies in sctis q̄ttuor genera corporꝝ. qꝛ sicut quedā sunt maculabilia et corruptibilia: sicut illoꝝ q̄ non fuerūt in gr̄a confirmati: qꝛ potuerūt corrūpi per peccatū mortale ⁊ veniale sic̄ btūs Petrus. Quedā corruptibilia sed immaculabilia sicut corpus Ade in statu innocentie vbi potuit corrūpi sed nō maculari ꝑ veniale. vt notat̄ ibi ſm sententiam bti Augusti. qꝛ tūc remansisset in innocentia cū pctō. Quedaꝫ incorruptibilia sed maculabilia sicut corpus bti Johannis bap. ⁊ ceteroꝝ cōfirmatoꝝ in gratia q̄ potuerūt ꝑ peccatū veniale maculari: sed nō ꝑ mortale corrūpi. Quedā īmaculabilia ⁊ incorruptibilia sicut corpus ꝟginis ⁊ xp̄i solū: qꝛ nec maculari ꝑ veniale: nec corrūpi ꝑ mortale potuerunt: sicut dictū fuit de stella. ideo ꝓ istis corporibꝫ sacrꝫ occurrit qd̄ habet̄ Geñ. p̄mo vbi dicit̄ ꝙ deus posuit stellas in firmamento ꝓpter ipoꝝ incommutabilitatē.

Scdm sacramē. Scdm sacr̄m est: q̄lis est stelle figura Dicit̄ ꝙ stelle fixe in firmamēto sunt figure circularis ad modū rote nō spice vt cōiter credit̄ ad modū pile qd̄ probat̄ q̄drupliciter. et Primo ex firmamenti opacitate q̄ celat celū empirreū quod nō videret̄ si esset dyafanū ⁊c̄. Secundo ex stelle infusione q̄ si esset spica non appareret cū induceret̄ infra corp⁹ opacuꝫ ⁊ nō attingeret eius supficiē nisi in puncto. Tertio ex stelle p̄eminentia: quia tūc faceret distare sperā saturni ⁊ eēt ibi vacuū aut mediū condēsabiliter ⁊ rarefactibile. Quarto si ponat̄ circularis tota eius rota poterit supficiei firmamēti adequari. sed natura figure circularis est vt qñ ꝓtrahit̄ ibi incipiat vbi termīari debet qd̄ non cōuenit alicui alteri figure. Et iō est intelligendū ꝙ in sacra scriptura inueniūtur q̄ttuor genera ꝑsonaꝝ

Et quedā sine gr̄a sunt orte ⁊ eodeꝫ modo cōsumate sic̄ Pharao. q̄ natus fuit cū pctō originali ⁊ mortuus est cū peccato mortali actuali. Quedā cum gr̄a sūt orte ⁊ sine gr̄a consumate. sicut plerique putant de sampsone q̄ fuit sctificat⁹ in vtero matris angelo nūciante sꝫ final'r iterfecit seip̄m. Quedā sine gr̄a sūt orte ⁊ in gr̄a cōsumate. vt Dauid q̄ fuit in vtero matris cū pctis cōceptus. vt testat̄ et finaliter saluatus. Quedā sunt in gr̄a orte ⁊ i gr̄a cōsumate sic̄ mater dñi q̄ nata fuit sctificata ⁊ in morte sancta. vñ sicut dicit Leo. ꝙ alienū est a xp̄i natiuitate illud dictū: Nemo mūdus a sorde nec infans cui⁹ est vnius diei vita sup terram Et ita in illa nil fuit de pctō. ⁊ iō ortus virginis merito stelle compat̄: qꝛ in eadem qua fuit orta in qua ⁊ consumata. Ideo ꝓ eius ortu dicit̄ Hester. i. ca. Noua lux oriri visa est ⁊ qꝛ sine pcti tenebra fuit orta. iō dicit̄ de ea in Eccl'iastico ꝙ est quasi stella in medio nebule. i. in vtero matris. qꝛ fuit sic sctificata. Tertium sacr̄m est: qñ stelle fuerūt create. ⁊ dr̄ ꝙ feria q̄rta qꝛ deus in p̄ncipio creauit oīa in sex diebꝫ: vt habet̄ Geñ. i. qꝛ p̄mo creauit solē. scdo lunā. tertio stellas. q̄rto posuit eas in firmamēto qd̄ fecerat secunda die: vñ dr̄ Geñ. i. Fiant luminaria ⁊c̄. Sed in die qua nata fuit mater dñi fuerūt facta ista q̄ttuor opa p̄ncipaliter. Primo fuit sol creatus: quia illa materia de qua fuit formatus sol iusticie fuit cū ꝟgine edita cum ex testimōio sanctorū fuit format⁹ ex puris virginis sanguinibꝫ. ⁊ iō fuit iste sol material'r ortus. Scdo fuit creata luna: quia beata Anna cuius corp⁹ fuit maculabile ꝑ pctm̄ veniale: sed īcorruptibile ꝑ mortale fuit facta mater ꝟginis. Dies em̄ ista quarta nō fuit creata quo ad materiā sꝫ species eius. ita nūc btā Anna fuit summe ꝑfecta licet non p̄mo sctā. Tertio fuit creata stella qꝛ mater dñi edita beata maria fuit ⁊c̄. Quarto fuit in celo firmata: qꝛ sic fuit in statu gl'e indissolubiliter cōfirmata: vt postea nullū ꝑiculū

Tertiū sacr̄m

A

cadendi habuerit. iō dictū fuit Gen. pri/
mo. de illa stella ꝙ luceret in firmamen/
IIII. sa- to cūctis diebus. Quartū sacr̄m est:
cramē. quare mater dñi dicta est stella regia. et
dicit ꝙ q̄druplici rōne. et Prima ē: qꝛ
B stella ista ē illa que direxit magos in sua
itineratōe ne errarēt ducēs eos ad xp̄m
sic mater dñi dirigit fideles in sua pere/
grinatione ne errēt a tramite veritatis.
vñ dicit Hiero. ꝙ ip̄a interimit omnez
prauitatē hereticā. Scd̄a est: qꝛ sicut
ip̄a stella in ceteris est hoībus ꝓpinq̄or:
quia in aere. ita ꝟgo gl'iosa ad succurrē/
dū nostris necessitatib; familiarius con
descēdit q̄ cet eri sancti ꝑm btm̄ Bern̄.

Tertia est: qꝛ sicut illa stella hoībus
crudelib; sicut hierosolymitanis cuz he/
rode xp̄m occidere cupientib; fuit occul
tata: ita miscd̄ia matris xp̄i solis illis ē
denegata. qꝛ dicit btūs Jaco. ij. Judiciū
em̄ sine miscd̄ia illi qui nō fec̄ miscd̄iam

Quarta qꝛ sicut ista stella xp̄m finali
ter demōstrauit: sic illa ostēdet ip̄m i pa/
tria. ꝛ ad ip̄am clamat eccl'ia dicēs: Et
ih̄m benedictū fructū ventris tui nobis
ostēde. vnde ꝓ eo pōt accipi illd̄ Mar.
iij. Videntes stellā gauisi sunt gaudio
magno ꝛc̄. qꝛ sūma consolatio pctōꝝ est
cū aspiciūt auxiliū virginis benedicte.

Quintū sacr̄m est: quare mater domi
ni dicit stella splēdida. Et d̄r ꝙ quadru/
plici rōne: quaꝝ Prima est corp⁹ splē/
C didū sicut est auꝝ est opacū nisi illustret
a corpe luminoso. sic mater dñi de se qñ
fuit creata eius aīa obscuritatē pcti ori/
ginalis cōtraxisset: nisi lumine spūssan/
cti p̄uenta fuisset: vt patet in. iij. Sentē.

Scd̄a est qꝛ sic̄ stelle q̄cito fuerūt cre
ate tā cito fuerūt a sole illustrate. sic ani/
ma ꝟginis in p̄mo instanti sue creatio/
nis pie credit fuisse sctificata. Tertia
est qꝛ sicut splendor stelle nūq̄ variatur
nec obscurat: sic ꝟginis sctificatio nūq̄
fuit obscurata aliq̄ pcti macl'a. Quar
ta quia sicut splendor stelle qui ad nos
venit quādoq̄ remittitur ꝓpter vaporū
interpositionem ꝛ quādoq̄ totaliter au
fertur. sic ducatus virginis quādoq̄ no
bis remittit per vapores venialiū: qñq̄
aufertur ꝓpter grossiciez mortaliū: ideo
conuenit sibi quod habetur Apoca. xxij
Ego suz genus ꝛ radix dauid stella splē
dida et matutina. Sextum sacramē/
tum et septimū require in sermōe de cre VI. sac.
atione anime virginis Marie qui inci/
pit. Dixit deus fiat lux. vbi querit qua/
re dicit stella matutina. Et quare dicit
stella maris. s. in septimo ꝛ octauo miste
rio. ꝛ ibidem plenarie inuenies. Roge/
mus ergo dei filiū vt meritis sue matrꝭ
hic in presenti nob̄ concedat gratiā et in
futuro gloriam. Amen.

In festo sacroꝝ stigmatū beati
Francisci: Sermo primus.

Vsignaculum si
t militudinis plen⁹ sapiētia et
ꝑfectus decore in delicijs pa/
disi dei fuisti ꝛc̄. Ezech. xxviij. ca. Cha/
rissimi sic̄ lucifer in p̄ncipio sue creatio/
nis fuit deo similim⁹ in tota multitudi/
ne angeloꝝ: vt docet btūs Jsido. in p̄mo
li. de sūmo bono: sic btūs Franciscus cir
ca finē sue spūalis creationis fuit xp̄o si
milimus in tota vniuersitate sanctoruz.
Et sicut verbū ꝓpositū ad lr̄am de luci/
fero fuit ꝓlatū ꝓ statu sue felicitatꝭ ine/
narrabilis quā habuit ante suā subuer
sionē: ita conueniēter assumit ꝓ christi si
gnifero Frācisco ꝓ statu sue sanctitatis
incompabilis quā habuit post suā con/
uersionē. nec obstat si scti lucifero cōpa/
rant ꝓ statu sue creationis. qꝛ supbi com
parant sibi ꝓ statu sue subuersionis. qꝛ
diuina scriptura vtrūq̄ statū distiguēs E
recte quandoq̄ ip̄m extollit vt admira/
bilem. quādoq̄ ipsum deijcit vt execra/
bilem exempluz Ezechielis. xxviij. Tu
cherubin extentus ꝛ protegens: posui te
in monte sancto dei in medio lapidum
ignitoꝝ id est spirituuz seraphicoꝝ. am/
bulasti perfectus in vijs tuis a die con/
ditiōis tue donec inuenta est iniquitas
in te. Exemplum ꝑm Esaie. xiiij. Quo/
modo cecidisti lucifer qui mane orieba/
ris. Et ideo quantum ad statū sue crea/

miseria caret inuidia. Et iterum sapi. Imitantes illū inuidia pauci facti sunt ecclesiastici. xlviij. cap. Quarto pecca to ire z indignationis. videns em̄ se de iectum de paradiso. s. voluptatis ascen dit eius malitia vsq; ad odium dei. de q̄ habet Job. viij. Ille erat homicida ab initio z in veritate non stetit. Sed dubi um est. si diu manserit in statu innocētie. Dicunt quidā q̄ a principio aurore vsq; ad creationem lucis vt dicit gen̄. i. q̄ di uisit lucem a tenebris. Septima con templatio est. in qua de spiritibus repro
VII. p̄tē platio bis plures questiones occurrunt. qua rum. scilicet prima est vtrum cognoscāt cogitationes nostras Dicitur. autem
D q̄ non. iij. Reg. viij. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et sancti dicunt q̄ illabi mentibus nostris est soli deo p̄ prium. Vbi notandū est q̄ quattuor sunt que retinet deus opera facieda. Et primū est opus creatiōis. Secunduz est iustificationis. Tertium est glori ficationis. Quartū est cognitio cogi
F tationis. Sed p̄tra q̄ demones de cogi tatiōibus nr̄is nos accusant. igitur eas cognoscunt. Dicit q̄ cogitationez nudā nullo modo cognoscere p̄nt. nec de ea ac cusabunt sed conscia p̄ria accusabit. si quas vero cogitationes cognoscunt: co gnoscunt per signa vt per motuz cordis aut verba aut signa aut opa. z hoc p̄t bene esse q̄ hijs mōis cognoscant. Se cunda questio est vtrum possint cogita tiones immittere. Dicitur q̄ non. quia si possent liberum arbitriū cogere tunc nō peccaremus. Item ad cayn dictum fuit gen̄. iij. Verūtamen appetitus tuus sb̄ ter te erit z tu dñaberis illius. Sed p̄tra q̄ de iuda dicit Jo. xiij. Cum diabolus iam misisset in cor eius zc. ergo p̄t im mittere cogitatiōes z affectiones. Dicit q̄ non p̄t nos cogere ad cogitationes vel affectiones. sed solū ministrare vel in stigare. Tertia questio est. si inter de mones est prelatio. Dicitur q̄ sic. quia Job penultimo. dicit Ipse est rex sup oēs
P filios superbie. Item i Dar. sup illo. Ire maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo z angelis eius. dicit em̄ ꝓ ratiōe subiectionis secundū glo. Sed contra si esset ibi prelatio esset ibi per naturam aut per violentiam. aut de iure. non per naturam. quia in die iudicij prelatio in ter eos non cessaret. nec per violentiam quia tunc semper essent discordes: cum tamen summe concordent contra homi nem impugnando. nec de iure. quia sem per preciperent contra deum in quo non est obediendum. Item seruitus introdu cta est per peccatum vt dicunt theologi

Quarto si est seruitus inter eos. tunc lucifer cum sit summus peccator: debet omnibus subijci cuius contrarius dicit Job Respondeo q̄ sicut multi latrones principi latronū se voluntarie subijciūt: vt in vnum conueniant in rapina: sic de mones lucifero se voluntarie subijciunt vt in vnum conueniant cōtra hominem vt eum impugnent. vnde eadem prela tio est inter demones assumpta volunta rie sicut inter angelos de iure diuino ra tione preeminētie naturalis vt diuine cō stitutionis. Quarta questio est vtruz demones descēderint ad inferos. Dicit q̄ non sed sunt recluſi in isto aere caligi IIII. q̄ noso secundum apostolum ad ephesios. stio ij. vbi dicitur. In quibus aliquādo am bulastis secundum seculum mundi huius secundū principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in fi lios diffidentie. Idem dicit augustinus super be. Sed occurrunt tria dubia. et primum est. qualiter in isto aere sunt in clusi a deo. Dicitur q̄ propter duo. Et primum est ad temptandum electos. Secundum est ad suam miseriam z di uinam misericordiam ostendēdam qui sustinet vasa ire in multa patientia.

Tertium est si ibi puniuntur pena ig nis. Dicitur q̄ non. tum quia non pos sent post ignis afflictionem temptare. tum quia ille demon dixit. Veniſti an te tempus torquere nos. Tertium dubium est: si omnes temptant. Dici tur q̄ non: immo creduntur aliqui ani

mas torquere. Quinta questio: si de/
mones ludificãt sensus nostros. Respõ/
V. qstio detur tripliciter. Uno modo q demon
mouet fantasma z offert illud fantasie in
teriori forte oblatione. z super illud fan/
tasma conuertitur fortissime virtus in/
terior. quia videtur homini q videat ca
pram vbera sugentem. Unde Augu. in
lib. de trini. dicit de quodam q tanta cõ/
uersione mouebatur super speciem mu/
lieris cuiusdam q videbatur ei carnali/
ter copulari etiam vigilando z cum hoc
imutat spiritum vt sibi videtur signum
q aũt species ab interiori procedant no/
tum est: quia nunq̃ ludificant nisi circa
species quas homo habet in visu. vnde
cecum non ludificant circa speciem co/
loris. Secundus modus est mutati/
one organi. quando humor sanguineus
vel vapor igneus descẽdit ad oculos rũc
exteriora videntur sanguinea vel ignea.

Tertius modus sumitur ex parte ob
iecti. vt ex dispositione candele vel pale/
arum. vnde aliquando palee videnť ser/
pentes. Quartus modus assignatur
quia species impeditur per demones ne
veniant ad visum. z sic presentia non vi/
detur. Sexta questio est vtrum demo
nes continuefiant peiores. Et videtur
VI. que stio q sic ꝑm illd. Superbia eoꝝ qui te ode
runt ascendit semper. Et exponit glosa.
de demonibus. qui quanto plus affligun
tur: tanto plus odiunt deum vt videtur
sed post diem iudicij plus affligentur:
vt dicunt sancti. ergo magis tunc pe/
iorabuntur. Sed contra. quia sancti an/
geli non erunt meliores. ergo demones
non possunt esse peiores per locum a cõ
trarijs. Dicitur q sunt peiores respectu
hominum quibus inuident. non aũt re/
spectu dei: quia in principio sue auersio/
nis tantum auersi sunt a deo quantũ po
tuerunt auerti. sicut angeli dei non sunt
meliores respectu dei. sed per ministeriũ
nobis impensum. qz nõ creuit eis visio
diuina ꝓpter hoc si sunt meliores respectu
nr̃i. quia de ministerio nobis ꝑpenso cre/
Nota scit eis gaudium accidentale. Octa/
ua contemplatio quot sunt beneficia an
gelorum. Dicitur q tredecim sunt. Pri
mum enim est celum mouere vt vitam
habeamus: probatio vt supra questione
secunda. Secundum est totum mun/
dum regere tam fideles q̃ infideles. p/
batio vt supra eadem contemplatione.

Tertiũ est a carceribus liberare iux/
ta illud actꝝ. Nunc scio vere quia zc̃.

Quartum est famelicos recreare vt pa
tet de dañ. z belya qui panem z aquaz in
uenit subneritium. Quintum est de/
mones refrenare ne extinguant puerum
q̃cito est genitus. sicut extinxerũt septez
viros sare vt patet tobie. vij. Sextuz
est demones impugnare ne ad peccatuz
impellant exemplum de Juda zc̃. Se
ptimum est illuminare sicut Jobannes
in apoc. ad cognoscendum secreta eccle/
sie. Octauum est inflammare iuxta il
lud ps̃. ciij. Qui facit ãgelos suos spũs Nota
z mi. suos z flammaz ignis. Nonũ est
in persecutione z tribulatione fidei con/
fortare. exemplum de beato Laurentio.
Uideo ante te iuuenem pulcherrimum
zc̃. Decimum est in infirmitate cõso/
lare sicut Raꝑhael Tobiam exemplum
de beato Francisco cum esset ꝓe nimio
dolore grauatus affuit angelus domini
cum cythara. Undecimum est presen
tare orationes nostras z opera oĩa an/
te deum. exemplum de thobia z sara.

Duodecimum est orare ꝓ nobis de/
uotissime iuxta illud. Stetit angelus iu
xta aram zc̃. Tertiumdecimũ est ꝓe
sentare orationes nostras ante deum. et
portant in purgatorium quos frequẽter
consolantur. nec dimittunt donec sunt i
patria vt quilibet animã sibi cõmissam
custodiant donec presentent eam invitã
eternã. hec omnia deus nouit qui cũcta
prout placet ordinat z disponit.

In festo sancti frãcisci z potest esse
ꝓ festo stigmatũ eiusdẽ Sermo. II

Uid sunt plage

iste in medio manuum tua/
ruz z dicet bis plagatus sum

in domo eoꝝ qui diligebant me zachari. xiij.cap̄. Quia facti nouitas inducit admirationez: ⁊ admiratio qñ est de bono adducit delectationē. iō ꝓplus audiens nouitatem doctrine christi admirabant̄ sup̄ doctrina eius ⁊ exultabant in eius admiratione Luce. xxiiij.ca. In resurrectiōe xp̄i discipl'i admirabant̄ p̄ gaudio ⁊ allata exultatio sollicitat inquisitionē exo.xvi. vbi dixerūt filij israel Manhu id est q̄d est hoc. Et sollicita inq̄sitio q̄rit determinationē ⁊ responsionez Luce. ij. Respondit iesus matri q̄renti q̄d fecisti nobis sic? Nescitis q̄ i his que p̄ris mei sunt oportet me esse. Et iō consignatio qua btūs fran. fuit xp̄o signatus vniuersali ecclesie summā adducit admirationē. ⁊ talis admiratio exultationez. ⁊ illa exultatio inq̄sitionē. ⁊ talis inquisitio ꝓducta est ad finalē determinationē. qꝛ sic̄ in ceteris sanctis factū est in testimoniū sanctitatis eoꝝ decretū canonizationis: ita p̄ter decretū canonizatiōis bti fran. stat decretū istius canonizationis. s. plagarum. Et scd̄m p̄missa hoc verbū est totius ecclesie militātis ꝓpter nouitatē miraculi ⁊ admirationē inducte q̄rentis a beato fran. Quid sunt plage iste ⁊c̄. vbi scz Primo p̄mittit̄ q̄stio difficilis ad soluendū ibi. Quid sunt plage iste ⁊c̄.

Scd̄o subseq̄tur responsio q̄ est difficilis ad intelligendū ibi. His plagat⁹ suz in domo eoꝝ qui me diligebant. Sciendū est tamē q̄ in inq̄sitiōe difficili introducit̄ hic sanctus. Et primo vt vexillis regalibus decorat⁹ qꝛ habuit plagas in medio manuū suaꝝ Scd̄o vt syderibus seraphicis inflāmatus: qꝛ i domo scz amicoꝝ suoruz isti sunt illi carbones igniti seraphici in medio quoꝝ ambulauit primus angelus ante lapsuz. vt dicitur eccl'i. xxviij. Circa hanc questionem notandū est. q̄ q̄stio de q̄d est q̄o de cā. Et ideo hec q̄stio est q̄drupelx scd̄m q̄tuor gn̄a cāꝝ. qꝛ qñq̄ q̄rit̄ de cā efficiēte ꝑ q̄d sicut illud Jo.ix.cap̄. Quid peccauit hic an ꝑntes eius vt iste cecus nasceret̄. pctm̄ em̄ est cā pene effectiua: vt dicitur de ceco restituto ⁊c̄. Qñq̄ queritur de cā materiali scd̄m q̄ dixit ihs iudeis Mat.ix. Quid cogitatis mala in cordibus vr̄is ⁊c̄. Qñq̄ querit̄ de cā formali s̄m illud Luc.xviij. Quid vis vt faciaz tibi petenti lucē que est forma oculi. Qñq̄ querit̄ de cā finali s̄m illud luce. xvi. Quid faciā qꝛ dn̄s me⁹ aufert a me villicationē. Et s̄m hos q̄ttuor modos pōt intelligi hec q̄stio. Si querit̄ de cā efficiente. Quid sunt plage ⁊c̄. i. a quo sunt cāte effectiue. Rn̄det̄ q̄ fuit appitio seraphica. in qua appitiōe notant̄ plura mirabilia. ⁊ spāliter octo. ⁊ Primū mirabile fuit visio noua dum em̄ oraret i mōte aluerne vidit seraphin volatu celerrimo de celoꝝ sublimitate ad se venire. q̄ visio fuit noua. quia cū sint nouē ordies angeloꝝ ministrantiū q̄ sunt de media ⁊ infima ierarchia. ⁊ tres assistentiū scd̄m distinctionē illā Dan. vij. Milia miliuz ministrabāt ei ⁊c̄. Et isti assistētes precipue duo sup̄mi. s. cherubin ⁊ seraphin ad nos nō mittunt̄ s̄m Diony. sed deo sp̄ assistūt vt dicit̄. vij. de angelica ierachia nisi forte ex spālissima gr̄a. sicut in hac felici appitione. vñ colligit̄ q̄ res fuit mltū rara. vt ꝓ eo dicat̄ illud Jsa. vi. Volauit ad me vnus de seraphin. quia in scriptura nō legit̄ alias q̄ fuerit missus. Secundū mirabile fuit alaꝝ pluralitas mistica. qꝛ iste seraphin habebat sex alas tā splendidas q̄ ignitas. Et ꝓpter reuelationē quā habuit in hoc ꝑpendit̄ ipsum seraphin esse. qꝛ ceteris angelis iste numerus alaꝝ nō ascribit̄ in scriptura. Iste aūt sex ale sunt tres binarij suarū actionum seraphicarum secūdum intellectū ⁊ voluntatem quibus soli in deū ferunt̄. Dicitur ibi q̄ duabus alis velabant faciem maiestatis domini dum intellectū ⁊ voluntatem ad deitatem in se contuendam inclināt ⁊ duab⁹ pedes eius dū itellectū ⁊ volūtatē iclināt ad diuinam magnificētiā in creatura īferiori capescēdā in qua relucet vestigium trinitatis ⁊c̄. Et duab⁹ similiter velabāt totū corpus dum illas virtutes reflectūt supra se in q̄

cernũt imaginẽ. imo silitudinẽ trinitatis
ſm illud Ezech. xxviij. Tu signaculum
similitudinis ꝛc. Tertium mirabile
est crucifixio isolita. qꝛ seraphin i medio
sex alarum appebat crucifixus cũ tñ cru
cis passio nullatenꝰ ꝯueniat spiritibꝫ sera
phicis. ꝛ de hoc mirabat sctũs frã. Hec
aũt crucifixio declarat ꝑ btm̃ ignatium
qui dicit Amor meꝰ crucifixus est i cru
ce christo. vbi oñdit ꝙ oẽs q̃ xp̃m itime
diligũt crucifixi sunt ſm illud apl̃i Xp̃o
cõfixus sum cruci. qꝛ spũs seraphici sũ
me diligũt xp̃m. iõ in eius morte spiri
tualiter fuerũt crucifixi. ꝛ qꝛ ip̃m nũc at
tente respiciũt. sic in eius imaginẽ trans
formant cuius plage nõdũ credunt esse
delete eo ꝙ manserũt post resurrectionez
vñ q̃ intime cerneret seraphin cerneret
in eis stigmata expressa xp̃i intellectua
liter sicut sensibiliter in btõ frã. Quar
tuz mirabile fuit allocutio archana qua
re q̃ sibi appuit et aliqua verba ei dixit q̃
nunq̃z alicui viuenti voluit reuelare. Vñ
dicit Bonauen. Credendũ sane est tam
archana fuisse illa seraphica eloq̃a ꝙ nõ
liceret hominibꝫ loq̃ ea. sicut apl̃s fuit ra
ptus vsq̃z ad tertiũ celũ ꝛ ibi audiuit ar
chana q̃ nõ lz homini loq̃. ij. coꝝ. xij. cap.
Quintũ mirabile fuit cõiunctio ꝯtra
rioꝝ. qꝛ sicut in passione xp̃i ponunt duo
ꝯtraria sic intensissime vnita: vt summũ
gaudiũ esset in eius anima tũc cũ beata
ꝛ summa tristicia de ingenti offensa ita
vt ista pena ponat in nobis sũme saluti
fera. ita in illa salutifera appitiõe meror
ꝛ gaudiũ intensiue fuerunt in anĩa eius
vnita. letabat quidẽ in gratioso aspectu
seraphice pulchritudinis: sz crucis affi
xio ex cõpassionis ꝛ doloris incẽdio ipsiꝰ
animã ꝑtransibat Et ista visio fuit talis
sicut illa Johannis apostoli cõmestio q̃
erat amara simul ꝛ dulcis apoca. x. cap.
Sextuz mirabile est persona infinita
quia persona illius apparentis fuit ipse
met christus: sicut habet in descriptione
illius qui sub specie seraph apparebat.
Dicitur em̃ xp̃us vere seraph eo modo
quo docet dio. de angelica ierarchia. cuz
om̃es spũs celestes angelos dicit vocari
quia sumũt nomẽ infimi ordinis ꝓ eo ꝙ
supiores habent ꝑfectiões omniũ inferi
orum. Xp̃us aũt habet in aĩa sua om̃es
ꝑfectiones ordinis seraphici. appuit em̃
xp̃us sub tali specie ad ostendendũ ꝙ ta
lis transformatio ex nimio ardoris incẽ
dio fiebat. seraphin em̃ ſm dioni. signifi
cat amoris incendiũ ꝛc. Septimũ mi
rabile est impressio repentina. quia subi
to dum hec visio fieret disparuit cuz cla
more valido ꝛ dolore acerbissimo: vt fer
tur in fractura carnis. Et in carne eius
xp̃i vulnera renouata fuerunt: eo modo
quo ante viderat in apparente seraphin:
vt vere tũc dicere potuerit illud ad Gal.
vi. Ego stigmata domini ih̃u in corpore
meo porto. Octauuz mirabile fuit se
creta reuelatio. vnde cum alias om̃ia di
uina sibi reuelata celare consueuerit illd̃
reuelauit cum ingenti tremore: dicẽte ei
fratre illuminato qñ ip̃m vidit ita stupe
factum ꝙ non solum propter ipsum: sed
propter alios ei pandebant archana di
uina. ꝛ ipsum monuit principaliter quia
res erat ita manifesta ꝙ nullatenꝰ pote
rat diu celari. Iste sunt ille plage q̃ nul
lo modo fuerunt curate medicamine. ys.
v. ca. quia plage christi sicut incurabiles
erant post resurrectionez remanserunt ꝛ
durabunt vsq̃z ad diez iudicij ſm Ber.
ꝛ postea nõ occurritur ipsas delendi ita
ille ꝑmanserunt occulte in vita ꝛ in mor
te manifeste. Nec credit ꝙ in resurrecti
one abolent quẽadmodũ vdet esse intẽ
tio beati Augu. de ci. dei. de circatricibꝰ
martyꝝ. ꝛc. Si hec questio querat de
causa materiali dicit ꝙ sicut cã materia
lis crucifixionis apl̃i cũ dicit xp̃o cõfixꝰ
sum cruci fuit in eius anĩo: ita cã crucifi
xionis istius fuit vera caro. qꝛ in carneis
mẽbris fuit realiter implagatꝰ vt xp̃us
Et sicut apl̃us fuit crucifixus tm̃ in mẽ
te ita iste ꝛ i mẽte ꝛ in carne. vñ bñ fuit fi
guratus btũs fran. ꝑ illũ librũ scriptũ in
tus ꝛ foris apoc. v. qꝛ passionis xp̃i miste
ria ꝑmo fuerũt intus in anĩa exarata: po
stea foris i carne de scripta. ꝛ sicut ille li

ber fuit septem signaculis exornatus: ita iste fuit septem apparitionibus crucis decoratus: vt habetur in legenda.

Si autem hec questio querat de causa formali. Dicitur ꝙ causa exemplaris est crucifixio christi. quia sicut christus in manibus ⁊ pedibus fuit ferreis clauis confossus ꝑm illud ps̄. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: ita similitudo clauorum erat in pedibus ⁊ manib⁹ nigra sicut ferrum eoꝝ capitibus prominentibus ab interiori parte manuū ⁊ inferiori pedum eoꝝ acuminibus existentibus ex aduerso oblongis ⁊ quasi repercussis. erant em̄ quasi nerui cōtracti ⁊ duri qui dum a parte qualibet prominent ad partem oꝓpositaꝫ resultabant. dexterum vero latus quasi lancea transfixum rubra cicatrice obductuꝫ sepe sanguinē emanabat que stigmata Alex. papa proprijs oculis vidit: vt bulla veritatem cōfirmat. Et ideo quia ad similitudinem xp̄i sic fuit crucifixus ⁊ transfixus: cōpetit ei illud dañ. quarta spēs xp̄i similis ē filio dei. Primus em̄ sanctoꝝ qui scripserunt regulas fuit beatus Aug. scd̄s bñdict⁹ tertius Ber. sꝫ quartus beat⁹ fran. A similis filio dei in stigmatibus. Si q̄stio querit de causa finali. s. quare almus frāciscus habuit hec. s. vulnera. Dico ꝙ assignantur octo rationes. quarū Prima est ad confirmanduꝫ catholice fidei oraculum que non in sapientia hominū sed in virtute dei fuit per miracula confirmata. Nam miranda sunt causa confirmandi quādo sunt maiora: sicut illud nulla virtute potuit fieri nisi diuina. licꝫ plura alia fiant ꝑ angelos. illud autem non potuit fieri nec per imaginationem nec per naturā nec per artē. nec ꝑ facultatem angelicam. quia nullus illoꝝ potest attingere nisi ad effectus quoruꝫ sunt similes in natura: vt ptꝫ. iij. de tri. Et quādo sunt euidētia sicut illud fuit pape et cardinalibus ⁊ alijs multis specialiter propalatum. Et quando sunt insolita sicut hoc miraculum quia retroactis temporibus a seculis nunq̄ fuerat auditum seu visum. Et quādo sunt diuturna sicut hic quia durauit ꝑ totā suā vitā ⁊ etiam post mortē Secūda fuit ratio ad reuelandum occulti cordis latibulū. quia lꝫ omnia nuda ⁊ aperta sint oculis eius ad ostendendū alijs sanctoꝝ virtutem latētem manifestat ea per extrinseca signa. In temptatione enim abrae fuit dictum Nūc cognoui. i. cognoscere feci ꝙ times deum. sic exponit Aug. Et ideo quia totum illius scti studiū vel stipendiū circa crucē domini versabatur incessanter voluit deus ꝑ crucis passionez ⁊ cauteriuꝫ manifestare cordis affeciū scd̄ꝫ ꝙ a sime one dictum fuit virgini luc. ij. Et tuam ipsius ⁊c̄. Tertia ratio est ad probandum meriti premium. quia sicut per que quis peccat ꝑ hec ⁊ torquet̄ ꝑm illd̄ sapi. xi. et scd̄um diuinam iusticiam: ita per que quis meruit: debet remunerari ꝑm diuinam clementiam. Et ideo quia beatus fran. circa passionem christi ⁊ crucez fuerat specialiter multis meditationib⁹ assiduis ⁊ gemitibus amaricat⁹: fuit dignum vt qui fuerat miro crucis amore preuentus: mirando fieret crucis honore mirificus: sic enim fuit honoratus sic̄ milites quando eis vestimenta regalia dantur in signum fidelitatis immense.

Quarta ratio fuit ad consumandum optatum martyrium. cū em̄ iam triduo iuisset versus partes infideliū ad mortē pro xp̄o sumendam ⁊ dīno nutu quo seruabatur: ad hoc mortalium mortē querens non inueniret: voluit deus martyrium optatum in crucis suꝓplicio gestū corporaliter cōicare: vt ei conueniat illd̄ ad gal. vi. Mihi autem absit gloriari.

Quinta ratio fuit ad renouandū dominice passionis spectaculuꝫ. Sicut em̄ victorie solēnes magnaꝝ ꝑsonaꝝ siue regum cōsueuerūt depingi ne obliuiōi tradant̄: ita de⁹ pater victoriā filij sui regis eterni solennissimā videns obliuioni fere traditā in hoc mūdo voluit eam ne daretur obliuioni non solum depingere in ania: sed in carne eius sculpere q̄si inducens nos in hac sculptura gr̄am fideius-

soris ne obliuiscar⁊. dedit em̄ ꝓ te aīam suam ⁊ corpus crucifigi eccl'i. xxix. capi.

Sexta rō fuit ad oñdendū diuine acceptationis bñplacitū. qꝛ cū ante hoc sacramentū imissum fuisset eius mēti per diuinū miraculū ꝙ in tertia aptiōe libri euāgelici ei ostenderet q̄d acceptissimuꝫ deo est. ⁊ sꝑ passio dñi occurrisset: intellexit ꝙ ꝯtēplatio dñice passionis erat deo acceptissima ideo tota mēte libere ibi intendebat. ⁊ vt deꝰ manifestaret cūctis fidelibꝫ q̄tū sit ei grata ꝯtemplatio dñice passiōis: voluit illd̄ placitū tā celebri miraculo ꝯfirmare indicēs nobis facto illud oraculū Hiere. trenoꝝ. iij. Recordare paupertatis mee ⁊ transgressionis absinthij ⁊ fellis: vt vniuersi fideliū dicant in corde suo: Memoria memor ero ⁊c̄.

Septima rō fuit ad ꝯfirmandū regule p̄ncipiū. qꝛ qñ oñdit̄ aliqd̄ p̄uilegium qd̄ est magnū ⁊ nouū nō tenent̄ homies adhibere fidē nisi sit sigillo regis vel pape ꝯsignatū. Et qꝛ p̄ncipiū huiꝰ regule erat magnū ex eo ꝙ ꝓmittit̄ obseruātibꝫ vita eterna. ⁊ nouū qꝛ insolita fuerat hactenus om̄imoda abdicatio taꝫ in ꝓprio q̄ꝫ in cōi. iō summꝰ pōtifex et rex xp̄s voluit sua ꝓpria bulla cōsignare i corpe institutorꝫ eiꝰ vt nulli oio hoīm eā ipugnare liceat ꝑm illd̄ testāte paulo gal'. iij. cui nemo decetero molestꝰ esse dꝫ quā xp̄us suis sacris stigmatibꝫ notabilit̄ insigniuit. Octaua rō fuit ad aniandū religionis exercitū. qꝛ qñ exercitꝰ est in bello arduissimo. maxia ꝯfortatio est qñ vident añ se signū regis signiferi cū regali vexillo ⁊ qñ vidēt suū ducē armaturis regis munitū. Et iō volēs xp̄us exercitū nr̄m ꝯfortare p̄misit nobis illū signifeꝝ vt sciamus vere ꝙ ip̄m nobis tutissimū ⁊ ducē veꝝ nr̄m armis sue victorie illustrauit illiꝰ militis nobilitatē ⁊ strēnuitatē ac fidelitatē declarans: vt nullus formidare posset aciei cōiungi. vñ bene signat̄ ꝑ illū angelū habentē signū dei viui apoc. vij. q̄ ꝓduxit exercitū īmēsum añ ꝯspectū d̄i Ad quē nos ꝑducat dei ⁊ virginis filiꝰ iesus christus. Amen.

In festo sancti Luce apostoli et euangeliste. Sermo. I.

Ego suꝫ Raphael angelꝰ vnꝰ de septē q̄ astamꝰ añ dñm ⁊c̄. Tobie. xij. ca. Ad explicationē huiꝰ verbi est intelligendū ꝙ in dīna scriptura annūcrādo libꝝ tertiū esdre inueniunt̄ q̄tuor noīa angeloꝝ quoꝝ. s. Primꝰ ē michael. Scd̄s. ē gabriel. Tertiꝰ ē Raphael. Quartus ē vriel. De p̄mo dr̄ apoc. xij. De scd̄o dañ. viij. ⁊ luc. i. De tertio tob. iij. De q̄rto esdre. iij. ca. Scd̄m vnā trāslationem. Et isti q̄ttuor āgeli scd̄m q̄ttuor officia distincti sunt. Et primꝰ scd̄m sui noīs interp̄tationē fuit doctor sapiētissimꝰ: qꝛ scd̄m btm̄ Hiero. michael interp̄tat̄. q̄s vt deꝰ ab eo aūt qd̄ est admirari ceperūt homies ph̄ari. i. methaphi. ⁊ xp̄s interrogādo docebat ⁊c̄. Scd̄s fuit miles fortissimꝰ. qꝛ scd̄m eūdē gabriel interp̄tatur fortitudo dei. fortitudo aūt est virtus militū ⁊c̄. Tertiꝰ fuit medicꝰ doctissimꝰ qꝛ scd̄m eūdē Raphael interp̄tat̄ medicina dei. ⁊ ip̄e fuit missus ad medicādū tobiā: tobie. iij. Quartꝰ fuit sacerdos sanctissimꝰ. qꝛ scd̄m eūdē vriel interp̄tat̄ dīnus ignis q̄ mediāte sacerdotes veteris testamēti vniuersa sacrificia offerebant: vt ptꝫ multipliciter in leui. Sed nos attendēdo ad suas p̄ciosissimas opatiōes Michael fuit p̄nceps p̄clarissimꝰ. quia michael ⁊ angeli eiꝰ p̄liabant̄ cū dracone apoc. ij. Gabriel fuit nunciꝰ gl'iosissimus qꝛ incarnati verbi misteriū euāgelisauit vt hētur lu. i. Raphael fuit sociꝰ fidelissimus qꝛ iuuenē illū fideliter in Rages ciuitatē direxit ⁊ postea ad p̄rem sanū ⁊ incolumē reduxit vt habet̄ tob. ij. Vriel fuit p̄co veracissimus. qꝛ penā mortis xp̄i annūciauit vt hētur. iij. esdre. Et iō scd̄m noīs interp̄tationeꝫ ⁊ actū Raphael habuit officiū medici. iccirco ad cōmendationē beati luce q̄ fuit medicus vt testat̄ apl's ꝯueniēter assumit̄ verbū illd̄. Ego sum Raphael ⁊c̄. Sed ad diuisioneꝫ istiꝰ thematis est aduertēdū ꝙ duo mōi

angelo3 reputaũt siue spũs beato3 scõm p̃clarã visionẽ danielis ꝓphete quo3 q̃dam dicunt assistentes. quidam dicuntur ministrãtes: de q̃bus duob9 dr dani. vij. Milia milia ministrabãt ei ⁊c. Et ista duo misteria angelo3 bñ fuerũt signata gen̄. ij. in scala Jacob in q̃ angeli descendebant. s. ad diuinã essentiã ꝓtẽplãdã. et alij descẽdebãt hoib9. s. ad ministrandũ. Et ꝑm hoc btũs lucas introducit duplici ter in his verbis. Nam ꝓmo vt habẽs officiũ spũs ministrãtis. cũ ꝓmittit: Ego sum Raphael angel9. Raphael em̄ angelus suũ officiũ ꝓfecte circa tobiã exercuit. ⁊ iter angel9 est nomẽ spũs ministrãtis. Scõo vt hñs officiũ spũs. s. assistentis. cũ sequit Unus de septẽ: q̃ astamus añ deũ. Septẽ em̄ spũs sunt in cõspectu throni eius apoc. i. ca. Hũit em̄ b. luc. officiũ eius duplex q̃ claruit duplici vita. scz actiua ⁊ ꝓtẽplatiua vt ptz manifeste in actib9. Et iõ quãtũ ad vitã actiuã habuit officiũ ministrãtis ⁊ q̃tũ ad ꝓtẽplatiuã habuit officiũ assistẽtis. Et ꝓpter illam cãm btũs Lucas nõ solũ fuit similr Raphaeli: sed etiã Gabrieli. q̃ dicit de seipso. Ego suz gabriel q̃ asto añ deũ. Ego sum gabriel. ecce officiũ ministrãdi in q̃ dina fortitudo manifestat Qui asto añ deũ. ecce officiũ assistẽtis ⁊c. Quia igitur in verbo ꝓposito btũs Lucas sñ angeli noie est introductus. iccirco ipius laudibus insistẽdo colligunt duodecim ꝓditiones angeli ad psonã bti Luce ptinẽtes quaꝝ. s. Prima est q̃ angelus hz generositatẽ in suo ortu oñes em̄ angeli sunt filij regis eterni. q̃a ab ipo imediate ad ipius imaginẽ sunt ꝓducti. iõ dicit Job xxxviij. Ubi eras cũ me laudarent astra celi. i. filij mei. angeli em̄ ad lr̃am sũt omnes filij dei. Scõa est q̃ angel9 hz speciositatẽ in suo aspectu. est em̄ creatura pulcherrima creaturaꝝ a do i cẽ ꝓductarum. tm̄ em̄ transcẽdit pulchritudine solis q̃ ipm̄ intime videret ⁊ intuitiue q̃to sol transcẽdit pulchritudinẽ terre ⁊ plus ⁊ in cõpabiliter. vñ tangit i speculo relucẽt dinaꝝ iferioꝝ. Et ideo dio. de di. no. vocat angelos speculũ splendidissimuz

Tertia est q̃ angelus habz fortitudinem in suo actu. vnde vnus angelus voluit totũ firmamentũ. ⁊ singuli singulos celos vt docet. ij. sñia ꝓ. vñ dauid dicit in ps̃. Benedicite dñm omnes angeli eius potentes virtute Quarta est q̃ habet immortalitatẽ in suo statu. sunt em̄ angeli omnes imortales nõ quidem ex ꝓpria natura sed ex voluntate diuina. vnde statum imortalem sanctoꝝ post resurrectionem compat saluatoꝛ angelis Matth. xx. dicens: Neq̃ nubent in resurrectione neq̃ nubentur sed erunt sicut angeli dei.

Quinta est q̃ angelus habet amenitatem in suo cantu. quia iugiter laudat deum indicibili melodia: vt habetur in apoc. habent enim cantus dulcissimos: vt testat dion̄. de angelica ierarchia. vñ ys. vi. cap̃. Vidi duo seraphin clamantia sanctus sanctus sanctus dominus ⁊c.

Sexta est q̃ angelus habet inuisibilitatem in suo contuitu potentia em̄ nulla sensitiua potest eũ attingere ꝓpter suã eminentiã. vnde absconditi a brutis q̃ẽ admodũ celestia corpa a tactu vel gustu non possunt percipi sed a solo visu: vnõ res q̃to sublimiores sunt tãto sunt a potentijs infimis remotiores. Ideo dicit ꝓpheta in ps̃. Qui facit angelos suos spũs ⁊ mi. s. ignẽ vrentẽ. Igit in spera sua ẽ invisibilis. nec videtur nisi in aliena natura nec spiritus potest videri pro voto ⁊c.

Septima est q̃ angelus habet limpiditatẽ in suo visu. quia videt illud obm̄ facie ad faciẽ q̃ est transcẽdens omnez creaturam per naturam siue intellectualem siue spiritualem siue sensibilem. sicẽ enim compatur oculus noctue ad lucez solis: sic oñis intellectus creatus ad diuinã essentiã quã angeli semp intuẽtur ideo dicit Mat. x. q̃ angeli in celo semp vident fa. pa. Octaua est q̃ angel9 habet stabilitatem in suo gradu. q̃a licet a principio cadere potuerint sicut ceteri: non tamen ceciderunt: sed stabiles fuerunt ꝑm Grego. in moralibus. ita confirmati sunt q̃ nullo modo a sua ꝓfectione

ruere possint. et cuz deus sub lucis nomine creasset angelos vt asserit. Ysido. lib. ethi. postea diuisit lucem a tenebris z reiectis aliis obstinatis illos confirmauit.

Nona est q angelus habet veritatez in suo affatu qa si bonus angelus posset mentiri tunc veritas diuine sapiētie que ministerio angelorum fuit reuelata non esset certa: cum tamen saluator dicat in euangelio. Donec transeat celum z terra ꝛc. vnde quidam angelus dixit Danieli vt doceret ipsum q̄ in scriptura sancta expressa sunt. Decima est q angelus habet bonitatez in suo influxu. quia sicut malus angelus in principio placet transfigurans se in angelum lucis secundum apostolum z tandem nocet. ita licz bonus in principio terreat: in fine tamē delectat vt patet in angelo virginem salutante. z in diabolo iesum temptante per blandicias. vnde malus angelus cōparatur peccato in fine sauciāti z bonus virtuti in fine quietanti. vnde circa principiū in libro macha. rogabant dominū vt angelum bonum mitteret ad eorum protectionem. Undecima est q habz angelus amicitiā in suo affectu. quia angeli diligunt homines cum circa eorum custodiam sint tam diligentes sicut sui conciues scōm beatum Grego. super Matth. vnde vocat ipsos fratres quem admodum in apoca. xij. Cantabant pro deiectione inimici humani generis dicentes Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Duodecima est q angelus habet dignitatez in suo cultu. quia sicut summa dignitas est ministrare in templo ecclesie militantis: ita summa dignitas est ministrare in alia vita in templo ecclesie triumphantis: cuius templi angeli sunt ministri: vt habetur apoca. viij. q alius angelus sterit ante altare habēs thuribulum aureum in manu sua. Unde sicut sacerdotes in ecclesia militante regibus preferuntur: vt habetur. iij. R. ita angeli omnibus in triūphante ecclesia existentibus. Iste duodecim. scilicet conditiones angelorum: specialiter

A

inueniuntur in persona beati Luce vt merito possit angelo comparari. Et primo beatus Lucas habuit generositatē in suo ortu. quia ipse fuit vnus de illis. lxxij. discipulis quos immediate genuit christus: sicut angeli immediate in esse reali a deo. ita isti in esse spirituali Unde scōm dio. de angelica ierar. Isti habuerunt priuilegia que habent angeli qui i mediate deo assistunt. quapropter iesus suos discipulos immediate appellat filios. Joh. xiij. ca. Scōo habuit speciositatem in suo aspectu. quia sicut in angelo tanq̄ in speculo relucent archana diuine sapientie: ita in illo relucent sacramenta fidei catholice: que vidit anima eius. si em̄ illa immediate non habuisset inserta diligenter: non valuisset in euangelio suo scribere. quia ex habundantia cordis os loquitur Mat. xi. ca. Tertio habuit fortitudinem in suo actu. quia sibi appropriat descriptio dominice passionis: sicut Marcho resurrectionis: et iohanni incarnationis z Mat. eius generationis. vnde inter quattuor euangelistas boui assimilat q̄ est animal imolaticiuz. in passione aūt dominica virtus fortitudinis declarat. quia ille est principaliter fortis q̄ est impauidus circa actū mortis. Quarto habuit imortalitatē in suo statu. qz pmansit sine crimine: vt scribit Hiero. in lib. illustriū virorz sine quo anīa mori non pōt iuxta dictū salutoris. Qui credit in me nō morietur in eternum. Quinto habuit amenitatē i suo cantu. quia delectabiliora carmina nob cecinit q̄ aliquis euangelista. eo q virginis gaudia que ab ipsa didicerat solertius explicauit: vt patet in angeli annunciatione z ceteris saluatoris aliis pmor. dijs que alij siluerunt. vnde ipse est vnus de illis quattuor animalib⁹ qui clamāt die ac nocte ante throonum dei: vt habetur apoca. vi. cap. Sexto habuit inuisibilitatem in suo cōtuitu. quia archana diuine sapientie ipse nobis in suo euangelio reuelauit que sunt fundamenta fidei catholice incognoscibilia per natu-

ram. Non enim sunt naturaliter nota facta sz supernaturaliter reuelata. Unde dicit apostolus: Qui loquitur sapientiam dei in misterio absconditam: quam nemo principum huius seculi cognouit ꝛc̄. Septimo habuit limpiditatem in suo visu. quia post suam resurrectionem christum in fractione panis illico recognouit: cuius species in itinere fuerat ei occultata quemadmodum marie magdalene: donec fuit vocata ex nomine. Et ideo beatus lucas describitur in figura cherubin que bouis est figura in templo vt habetur in ezechiele. Octauo habuit stabilitatem in suo gradu. quia inseparabiliter z immutabiliter adhesit apostolo paulo in euangelij diuulgatione ceteris dimittentibus eum: vt patet in actibus ꝛc̄. Nono habuit veritatem in suo affatu. quia scilicet tota eius doctrina fuit in scriptura canonica: cui falsū subesse nā potest secundū Augustinum exprese. vnde solum ipse scripsit duos libros noui testamenti: scilicet euangelium z actus apostolorum ceteri autem vnum. Ipse enim fuit vnus de illis: quibus dictum fuit: Eritis mihi testes in hierusalem z in omni iudea z Samaria vsq; ad vltimum terre vt patet in actibus. i. Decimo habuit bonitatē in suo influxu. quia sacramentuz diuinissime cene in quo fuit summa benignitas declarata diligētissime i suo euāgelio exposuit vt patet luce. xxij. capi.

Undecimo habuit amicitiā in suo affatu. quia fuit amātissimus z familiarissimus virgini marie. z quasi eius discipulus ab ipsa habuisse creditur illa misteria primordio z xpi in quibus alij euāgeliste penitus siluerunt: vt ptz luce. i. et ij. ca. Duodecimo habuit dignitatē in suo cultu. quia dicitur fuisse episcopus alexandrinus z ecclesiam sibi cōmissaz eū sūma ordiatiōe regebat. ordiauit em p̄sbyteros z episcopos instruēs eos vt patet in theophilo. Istas duodecim cōditiones debet habere anima fidelis ad instar angeli cuius est sozor germana. qz ab eodem pgenita. z ad eius imaginē sicut angelus pducta lz corruptibili corpi iuncta. Et primo debet habere generositatē in suo ortu. qz postq̄ est corpi iūcta nisi fiat p sacrm regenerationis dei filia saluari nō pōt dicēte dño i Joh̄e. Nisi quis renatus fuerit ex aqua z spūsctō ꝛc̄. Scdo debet habere speciositatē in suo aspectu. qz sicut angel⁹ est nature specularis: ita z anima omnia representās q̄ sunt in sua cogitatione vt q̄ cerneret eā sicut seipam videt. z ideo debet cogitare honesta z pulchra. qz sicut nullus homo libenter aspicit ad speculū in quo sordidus repītat: ita nullus spūs ad aiam vilib⁹ sordidatā imaginatiōi bz: sz purz. vñ dicit pphēta de istis aspectib⁹ immūdis Mundi sunt oculi tui vt nō videant malū Abac. i. Tertio debet hr̄e. s. fortitudinem in suo actu. qz temptationib⁹ non dz succūbere. eo q⁹ debilis est hostz q̄ nō vincit nisi volentē. vnde qñ aia est assuefacta vinci a tēptationib⁹ difficile est eis resistere. quando aūt conat vt vincat facile resistit: vt dicit bea. Joh. in can. sua. Appropinquate deo z appropinquabit vobis. z resistite diabolo z fugiet a vobis. Quarto debet habere imortalitatem in suo statu. quia peccatum q̄ occidit animam debet plus detestari z horrere q̄ sui annihilationem. immo q̄ annihilationem totius mundi aut dampnationem inferni sic dicebat eleazarus in libro macha. vi. se velle prius mitti in infernum q̄ peccare mortaliter. vnde nimia est anime insania quando propter minimam complacentiam non horret quam vitarent sancti potius q̄ suaz eternam penam z quelibet etiam anima iusta ꝛc̄. Quinto debet habere amenitatem in suo cātu. qz in oīb⁹ que videt in vita ista: debet laudare deum sicut pheta dō. inuitabat oēs creaturas ad laudem dīnam. vñ aia deuota laudib⁹ dīnis vacare debet z esse intenta sollicite. Et ille cantus ameniss⁹ est in aure dei dī. Ber. vbi non chorus: sed coz. nō clamor sed amor canit in aure dei. Ad illū cātuz

monet nos apl'us di. In ps̄. ⁊ hym. spūalibus canētes dño in cordibus vestris.

Sexto. debet habere inuisibilitatem in suo contuitu qꝛ nō debet quicq̄ boni facere eo fine vt ab hoībus videat̄ sed ꝓpter diuinū seruitiū: ne sit sicut vna de fatuis virginibus: sed vna de prudentib⁹ di. dño. Mat. vi. Attendite ne iusticiam vestrā faciatis corā hoibus ⁊c̄. Septimo debet habere simplicitatem in suo visu. qꝛ diuinis ꝯtemplationib⁹ debet insistere quib⁹ oculus iterior clarificat̄ ⁊ nō mūdanis cogitationib⁹ que hn̄t obnubilare oculoꝝ spūalium claritatē. vnd̄ clamabat. ys. dolēs ꝙ cognouisset mūdana ante diuinoꝝ ꝯtemplationez Ue mihi. quia vir pollutis labijs ego sum ⁊ in medio popl'i polluta labia habētis ego habito: ⁊ regē dn̄m exercituū ego vidi oculis meis. Et eo mō displicent degustanti diuina. qui aspicit ad terrena que sunt sordida ⁊ polluta. Octauo debet hr̄e stabilitatē in suo gradu. quia temptationibus agitata ꝑ inimicos. licet a vacillatione cauere non possit tn̄ a casu peccati mortalis cauere pōt: vn̄ dicit apl's. Qui se existīat stare videat ne cadat ⁊c̄. Nono dz hr̄e veritatē ī suo affatu qꝛ ea q̄ sūt fidei catholice dz simpl' credere ⁊ firmit̄ ꝯfiteri. ⁊ illa est locutio ītellectualis: credulitas firma ⁊ tūc vera est. cū est de regulis quibus falsuz subesse nō pōt. Istā veritatē nō vident̄ hr̄e aīe q̄ nō curāt de alijs in nullo nisi de his que vidēt. q. nō spantes aliā vitā: de q̄bus in apoc. dr̄. ꝙ pene increduloꝝ sunt instigatio ignis ⁊ sulphuris ⁊c̄. Decimo dz hr̄e bonitatē in suo influxu. qꝛ om̄is aīa bona q̄ hz tam corꝑalia q̄ spūalia: dz ceteris cōicare debite: sicut angelis in actib⁹ archangeli bona recepta alijs cōicant. Ista cōicatio bonoꝝ spūaliū fit magis exēplo q̄ verbo. qꝛ magis mouent facta q̄ dicta. vnde saluator. Luceat lux vestra coram hominibus mat. v. Undecimo dz hr̄e amicitiā in suo affatu. nō solū ad deū qui est eius pater ⁊ angelos q̄ sunt eius frēs sed ⁊ ad ceteras creaturas ⁊ aīas q̄ sunt ei sorores. Om̄es em̄ aīe sunt ab eodem pr̄e ꝓcreate eo ꝙ parentes in productiōe anime nihil faciunt. Et ideo ille aīe que amicitiam mutuā nō habent: nō vident̄ filie dei sed diaboli. vnde saluator dicebat iudeis qui pacem odiebant iuxta ꝓpheticum dictum. Uos ex pr̄e diabolo estis ⁊c̄. Duodecimo debet habere dignitatem in suo cultu. quia anima plus debet esse deuota diuinis laudib⁹: ⁊ seruitijs q̄ aliquib⁹ rebus trāsitorijs. sicut sancti qui sunt in patria nunq̄ cessant a laude diuina. nec vnq̄ de tēplo laudis diuine exeunt iuxta illud apoc. Qui vicerit faciam illam columnā in templo dei mei ⁊ foras nō egredient̄ ampli⁹. Et propter illuz cultū diuinū om̄es sancti erūt sacerdotes dei ⁊ agni teste iohan. in apoca. vnde dicebat beat⁹ Aug. ꝙ omnia in q̄b⁹ ierarchia eccl'iastica imitat̄ celestez patriam est diuinum officiū cui deuotissime est insistendū vt hic imꝑpetuū laudemus viuentē ī secula seculoꝝ. Amen.

In festo omniū sanctoꝝ. Sermo. I.

Idi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ⁊c̄. apoca. vij. cap̄.

Quia scd̄m claram danielis prophetiā sublimitas duos theartice principatus declarat ex solennitate exercitus sub ip̄o militantis Jerartice. Ideo beatus Joh. euangelista seraphicis sensum actionibus incessanter intētus celsitudinē eterni ducis ex solennitate celestis exercitus nobis reuelare disponens illius celebritatem militie in verbo proposito introducit di. Uidi turbam ⁊c̄. Intelligēdum est tamen ꝙ ad solennitatē militie quattuor insignia requiruntur. ⁊ Primum est vt multitudo talis militie sit ex multis ⁊ diuersis pluralitatibus innūerabiliter congregata quo ad nos quia si propter paucitatem posset faciliter numerari: nunq̄ nobilitatem ducis declararet. ideo dicitur in prouerbiorum. xiiij. In multitudine populi dignitas regis: et in paucitate plebis ignominia princi-

pis. Secundus est q talis multitudo sit ex varijs nationibus vniuersaliter cõgregata. qr pnceps nõ hãs ptãtem pgregandi exercitũ nisi in paucis regiõibus nõ est monarcha idẽ est dr monarcha regni celestis. Vnde dicitur in euangelio Mat. viij. Multi venient ab oriente et occidente ꝛc. Tertium est vt sit ordinata agminibus ante faciem principis vnanimiter presentata. quia ordo partiũ exercitus ad inuicem est propter ordinẽ totius exercitus ad ducẽ secundũ aristotelẽ. ideo dicitur Job. xij. Cum sederem sicut rex quasi circumstante me exercitu eram merentium cõsolator ꝛc. Quartum est. q talis multitudo sit vexillis regalibus consignata vniformiter. qr omnes de eadem militia debent dirigi sub eodem signo. ideo dicitur apoc. viij. q p angelum habentem signum dei viui fuerunt omnes dei serui qui de eius familia sunt in frontibus consignati. Et vt istorum insignium sufficientia declarek est sciendum q multitudo exercitus ex diuersis pluralitatibus quasi innumerabiliter congregata declarat principis potentiam metuendam. multitudo quidem ex varijs regionibus vniuersaliter congregata declarat principis magnificentiam admirandam: quia ex hoc conuincit esse monarcha. sz multitudo monarche dũ pungitur ex ordinatis agminibus ante faciez principis vnanimiter presentata declarat principis sapientiã in eo q scit bene ordinare suam militiaz cõmendandam. Sed multitudo vexillis regalibus vniformiter insignita declarat principis clementiam venerandam. in eo q suum signum suis subditis communicat. ꝛ illa quattuor scilicz potentia magnificentia: sapiẽtia: ꝛ clemẽtia sunt principis decentissima ornamenta. quorum scilicet. Primum resplenduit in dauid. Secundum claruit in Josia.

Tertiũ refulsit in Salomõe. Quartum emicuit in Ezechia. vt patet etiam in libro regũ. q fuerũt magni pncipes in israel. Nunc ad propositum redden/ do ista quattuor insignia ad solennitatẽ cuiuslibet militie pertinentia ad solemnitatem celestis milicie exercitus pertinere beatus Joh. euangelista in verbo p posito ordinatissime nobis demonstrat vicz. Primo q celestis militie multitudo est ex diuersis pluralitatibus innumerabiliter congregata. cum premittit Vidi turbam magnam ꝛc. ista est enim innumerabilis multitudo de qua dictuz est ad Abraam gen. xv. Suspice celuz ꝛ numera stellas si potes. Iste stelle sunt sancti qui positi sunt in ornamento celi empirrei sicut stelle visibiles posite sunt in ornamento firmamẽti sm theologos

Secundo q celestis militia est ex diuersis regionibus vniuersaliter congregata. cum sequitur: Ex omnibus gentibus ꝛ populis ꝛ tribubus ꝛ linguis. ad principis magnificentiam demonstrandaz. Ista est illa multitudo de qua dicit actz. ij. Erant habitantes in Hierusalẽ viri religiosi ex omni natione q̃ sub celo est. Isti religiosi viri sunt oẽs q redẽpti sũt ꝛ assũpti ad ordies ãgelorz. iuxta illd Mat. xxij. Erũt i resurrectiõe sic angeli dei in celo. Isti habitant in hierusalem que est celestis patria scõm apostoli doctrinam ad gal. iij. di. Que sursum est hierusalẽ libera est que est mater nostra

Tertio q celestis militia est ordinata agminibus ante faciez principis vnanimiter presentata. cum sequitur: Stantes ante thronum in conspectu agni. que quidem presentatio fuit. exo. xix figurata quando Moyses adduxit populum israel in occursum dei de loco castrorz vbi dicitur. q steterunt ad radices montis synai. Iste Moyses latorz antique legis est figura domini q est legifer noster iuxta preclaram pphetiam qui eduxit israel. i. populum domini ad videndum deum in patria de loco castrorz huius ecclesie militantis in occursum dei: quando eos transtulit ad ecclam triumphãtem que est in patria vbi deus videtur ꝛ tunc steterunt ad radices montis synai que est ierarchie supercelestis. quia ad il

lam nulla creatura fuit assumpta. sed solus Moyses. i. christus illum montem ascendit. Quarto demōstrat Be. Jo. ꝙ celestis militia est vexillis regalibus vniformiter consignata. cum sequitur: Amicti stolis albis ⁊ palme in manib⁹ eorum. Ideo illa militia fuit figurata. Jo. xij. per illā que acceptis palmarum ramis christo obuiā processit. de qua dicitur Apo. xix. ꝙ exercitus qui sunt in celo sequebātur eum in vestimētis albis amicti bisso albo ⁊ cādido q̄ sunt isignia padisi ⁊c̄ Vult igitur beatus Johānes euāgelista declarare sanctoꝝ oim solēpnitatem ex quibus extat multitudo celestis exercitus dicens: Vidi turbam magnā. Circa qd̄ ē sciēdū ꝙ i sacra scriptura inueniūtur. xij. visiōes celebritatē illius mltitudis anagogice declarātes. quaruz sex sūt ī veteri testamēto sb̄ velamīe occl'tate. ⁊ alie sex ī nouo testamēto cū ingenti lumīe declarate. quaꝝ Prima est visio scale Jacob. de qua habetur geñ. xxviij. vbi dicitur ꝙ Jacob vidit scalam stantem sup̄ terrā ⁊ cacumē eius tāgens celum: angelos quoqꝫ ascendētes et descendentes per eam ⁊ dominum innixum scale ⁊c̄. Ista scala est angelica ierarchia que ex diuersis ordinibus angelorum est gradata mirifice: vt patet per dionisiuz de angelica ierarchia que quidem est super terram q̄ꝫtum ad situm inferius. scilicet super ecclesiastica ierarchia que militat sup̄ terram. qꝛ infimus angeloꝝ est sublimior viatore vt testatur saluator luce. vij. de Johanne bap. Qui aūt est minor in regno celoꝝ. maior est illo. Sed cacumē eius celestis diuinitat' lumē attingit. quia scd̄m beatū dionisiū vbi supra sup̄mi angeli sunt circa deum Per illam scalā ascendūt sicut angeli p̄ actum cōtemplationis quo in deū feruntur. ⁊ descendūt quo ad actū ministrationis quo quidem ad dirigendum homines transmittunt'. Sed huic scale innixus erat domin⁹. qꝛ in p̄sona est suscipiēs angeli officiū. descendit em̄ missus a p̄re in mundū sicut inferiores angeli transmittunt' ad ministrandum nobis. iuxta illud euangelicum. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Ista autem scala habet. vi. gradus qui sunt sex ordines duarum inferiorum ierarchiaꝝ quarum angeli s̄m dionisium mittuntur ⁊ remittuntur per istam scalā. ⁊ iter illos sex gradus est ordo thronoꝝ in quibus sedet de⁹ qñ iudicat sua iudicia secundū Gre. in mor. Et ideo in huiusmodi figura thron⁹ salomonis habebat. vi. gradus. qꝛ vero s̄m. b. dio. eccl'ia militās imitat' q̄ꝫtū pōt triūphantē: iō illa scala debet esse in ecclesia vt in eius ierarchia simplicit' sub scala iacob ad instar spūuz supnoꝝ aut ascendamus in deū p̄ deuotionem. aut descendamus ad proximuz per compassionem exemplo christi de q̄ ait apostolus ad ephesios. iiij. cap. Qui descendit ipe est et qui ascendit ⁊c̄. Sed prohdolor scala mundane ochogarchie est erectain nostra ierarchia per quam ascēdūt vsqꝫ ad celos p̄ sup̄biā. ⁊ descendūt vsqꝫ ad abyssos p̄ auaritiā. abyssus em̄ est in medio terre. ⁊ ideo sequit'. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius in ps̄. cvi. Secunda visio est de somno Joseph geñ. xxxvij. Vidi p̄ somniū. q. solez ⁊ lunaz ⁊ stellas. xi. adorare me. iste Joseph qui a patre plus cunctis fratribus amabatur est xp̄us iesus qui cūctis hominibus qui eius fratres sunt. qꝛ nō cōfundit' fratres suos vocare s̄m apostolū ad hebreos plus amabat'a deo p̄re ipse em̄ est filius accrescēs iuxta illud Joh. bap. dicēt' Oportet illū crescere ⁊c̄. Hic vidit solē ⁊ lunam. i. animā suā beatam qui est finis totius luminis in patria ad instar solis illuminātis totā ierarchiaz celestem s̄m dio. Et carnē de virgine sūptam: que instar lune ab anima ineffabiliter illustrat'. Et stellas. xi. id est. xi. ordines spirituū beatoꝝ in patria. Prim⁹ est ordo eoruz qui sunt sine suis meritis saluati per gratiam passionis xp̄i qui decimum ordinē faciunt angelorum iuxta parabolam in euangelio de. x. dragmis

Secundus est ordo angeloruz ⁊ eoꝝ

I. visio

II. visio

qui ad illum ordinē ex meritis proprijs sunt assumpti. Tertius est ordo archangeloꝝ ⁊ illoꝝ qui ad ordinē illoruz ex meritis sunt suscepti. Quartus est ordo principatuū ⁊ eoꝝ qui ad ip̄m ordinē ex meritis sunt recepti. Quintus est ordo ptātuum ⁊ ipsoꝝ qui ad p̄dictum ordinē ex meritis sunt assumpti. Sextus est ordo virtutū ⁊ ipsoꝝ qui ad sup̄dictū ordinem ex meritis sunt suscepti.

Septim⁹ est ordo dn̄ationū ⁊ illoꝝ q̄ ad ip̄m ordinem ex meritis volabunt.

Octauus est ordo thronoꝝ ⁊ illoꝝ q̄ ad p̄fatū ordinē ex meritis sunt accepti

Nonus ordo est cherubin ⁊ illoꝝ qui ad sup̄dictū ordinē ex meritis sunt trāslati. Decimus est ordo seraphin ⁊ illorum qui ad ipsuz ordinē ex meritis sunt assumpti. qꝛ sicut de quolibet ordine ruerunt: sic oportet vt ad singulos ordines assumant̄ ſm ansel. Undecimus est ordo in scala. sup̄ om̄es aūt est mater domini ſm Hiero. vt eccl̄ia cantat. Exaltata es sancta d̄i genitrix sup̄ choros angelorum ⁊c̄. Iste sunt. xi. stelle clarissime ī celo empirreo fixe de quibus dicit̄ baruth iij. Stelle aūt dederūt lumē in custodijs suis ⁊ letate sunt vocate sunt. ⁊ dixerunt adsumus ⁊ luxerūt ei in iocūditate qui fecit illas. Quod nō pōt intelligi de stellis firmamēti. qꝛ illas vidit se adorare dei fili⁹. iuxta illud qd̄ vidit. Jo. in apoc. qꝛ vidit om̄es sanctos adorare in secula seculoꝝ Amen. Ista aūt adoratio pertinet ad virtutē latrie. cui similiter clerici debent esse intenti ⁊ libenter ⁊ reuerēter ea que p̄tinent ad diuinū cultū p̄ficere. quia tribus leui de qua spiritualiter sunt fuit in lege Moyss diuīo cultui mācipata ⁊ propter hec sola priuilegiata. Sed vt apparet hodie magis seruiunt latrie ventris vt impleatur in eis illud euangelicum Publicani ⁊ peccatores p̄cedent vos in regno celorum. Tertia visio est de rubo Moysi de quo exo. iiij. ca. vbi dicitur Uadam ⁊ videbo hanc visionem magnam quare non combura

II. vi/o d̄ ru o

tur rubus ⁊c̄. que visio potest quadrupliciter exponi vt ad propositum applicet̄.

Prīo historice. In quo sensu duo sunt consideranda in hac visione. Primo rubi infimitas: que ab igne non consumitur. rubus enim inter minimas arbores est minima. Secundo ignis sublimitas quia ex rubo nō alitur. quia tunc rubus consumeretur ⁊c̄. Secundo tropologice. quia tunc rubus signat animā nostram que est infima in cognitiōe intellectualium sicut materia prima in genere sensibilium. iste rubus ardet ⁊ nō cōburitur. quia anima diligens deum sup̄ omnia debet spiritussancti igne succendi sine sui comsumptione. de quo quidē igne conseruante dicit Hiere. trenorum i. cap̄. De excelso misit ignem in ossibus meis ⁊ erudiuit me. quia eruditio virtutis ⁊ veritatis sine illustratione a nobis haberi non potest. ⁊ ideo intellectus qui vult addiscere illum ignem debet super omnia desiderare. Tertio allegorice ⁊ tunc ille rubus est humanitas que est natura ima: sed ad summitatem ignis diuinitatis assumpta de quo igne habetur deutero. iiij. Deus tuus ignis consumens est. ⁊ propter hanc visionem ignis cum rubo dicitur in ps̄. Ignituz eloquitum tuum. id est verbum tuum genituz vehementer. quia ista tenet archaz ⁊ vnitionem diuinarū personaruz in essentia ſm Bern̄. Quarto anagogice ⁊ tunc ad propositum iste rubus est vnica multitudo animarum nostrarum propter affinitatem quam habent ad angelos. qui quidem rubus secundum apostoluz est charitate inflammatus ⁊ in patria beatificatus. Et iō spiritus illi sūt lapides igniti de quorum locis fuit eiectus lucifer: vt habetur ezechielis. xxviij. vbi dicitur Eieci te de mōte sancto dei ī medio lapidum ignitorum. Iste est ille beatificus ignis perficiens ⁊ non nocens de quo dicitur Isa. xxxi. Ignis dei in syon et caminus eius in hierusalem: que dicitur visio pacis. Isti sacratissimo

Ignis multiplex. ignī contrariat scilicet. Primo ignis ambitionis ⁊ superbia: quibus fuerunt consumpti principes missi ab achab ad helyam. iiij. ℟. i. Secundo ignis rancoris ⁊ iracundie quo fuit consumptus chore scilicet. ignis malignitatis ⁊ inuidie. de quo habetur in leuitico. Tertio ignis carnalitatis ⁊ īmundicie q̄ deuorauit sodomitas gen̄. xix. Quarto ignis cupiditatis ⁊ auaricie qui cruciat diuitem in inferno luce. xvi. ca. Quarta visio est de solio sublimi ys. vi. Vidi dominum sedentem super solium excelsum ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat tota dom⁹ maiestate eius. Istud solium in quo sedet dominus est celum empirreum de q̄ ait dominus in ys. lxvi. Celum mihi sedes est ⁊ diuinitas simpliciter ibi requiescit. qd̄ celum est excelsum ⁊ eleuatum super omnia corpora. īmo scd̄m astrologos ibi est. x. spa. Et plena erat domus maiestate eius. hec domus est aula paradisi. de qua in ps̄. Letatus sum in his q̄ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ⁊ Beati qui habitāt in domo tua domine. Et iteruz Laus eius in ecclesia sanctorum. Ista domus erat plena maiestate dei. quia de plenitudine felicitatis diuine sancti ꝑm capacitatem sue volūtatis que est. q. infinita plene recipiunt ꝑm dio. Et ea que sub ipso erāt replebāt templum qd̄ erit plenuz quando throni ruentū erunt electis hominibus ornati. quia nullus locus in illis nuptijs vacu⁹ remanebit ꝑm xp̄i. parabolā Mat. xxij. Implete sunt nuptie discumbentium seraphin super illud. quia insuperiori pte celi est ordo seraphicus collocatus ꝑm dionisiū vbi sup̄. Sex ale vni ⁊ sex ale alteri. ⁊ duabus velabant faciem eius. qd̄ est dum illi spiritus beati intellectum et voluntatem que sunt due ale contemplationis erigunt se ad diuinam essentiam intuendam. Et duabus pedes eius: duz descendunt ad considerationem creaturarū in quibus ꝑm Augu. super gen̄. ad litteram relucet vestigiuz trinitatis. Et duabus velabant ⁊c̄. dum reuertuntur per easdem potentias ad semetipsos in quibus est trinitatis signaculum iuxta illud ezechielis. Tu signaculum similitudinis ⁊c̄. Et clamabant alter ad alterum. s. s. s. ⁊c̄. quia scd̄m dioni. superiores illius ordinis reuelant inferioribus archana sancte trinitatis: in quibus sanctitas vna inuenitur triplici modo. s. in patre sanctificante ⁊ non sanctificato. in filio sicut in sanctificato ⁊ sanctificante spūssctūs cū sanctitatē accipiat ad intra eam non communicat. Dn̄s deus sabbaoth. i. celestis exercitus omnium beatoꝝ Plena est omnis terra gloria eius. quia non solum anime que sunt celestium spirituuz sed etiam corpora sanctoꝝ q̄ sunt de natura terrestriū aīaliū felicitate patrie replebūtur. ⁊ sequitur Ve mihi. qꝛ tacui qꝛ vir pollutꝫ labijs ego sum. et in medio ꝓpl̄i polluta labia hn̄tis ego hīto. ⁊ regem exercituum ego vidi oculis proprijs quod fuit verbum magne contritionis ⁊ est verbum pertinens ad fidelez cultum vel ad religiosum deuotum q̄ndo existens in contemplatione celestiuz sumit: sicut ys. diuinas īmissiōes. Ve mihi quia tacui inquit. s. vt non panderem celeriter per compassionez peccata mea quia vir pollutis labijs ego sum. i. affectationib⁹ mentis ⁊ cogitationibus terrenis cordis. ⁊ tamen istis non obstantibus regem exercituum ego vidi oculis proprijs. eius benignas influentias recepi Diuinoꝝ enim contemplatio extollitur ex isto loco ⁊ incitat ad peccatorū contritionez. Ideo statim sequitur. Volauit ad me vnus de seraphin cum calculo quem forcipe tulerat de altari. ⁊ tetigit labia mea dicens: Ecce auferet iniq̄tas tua ⁊ peccatum tuum mundabitur: quia post contritionem ex contemplatione celestium acquisita sequitur plena remissio peccatorum. Quinta visio est de thau. ezechielis. ix. ca. vbi ait deus ad ministros suos. Omnem super quez videritis signum thau. ne interficiatis ⁊c̄. Istud signum est signum crucis in perfectis quo quidem signo est tota militia

IIII. visio de solio

domus

V. visio

celestis curie consignata. Ideo apoc. ix. precipitur militie infernali ne ledāt homines qui habent hoc signum in frontibus suis. Sed illud signū habet xp̄us p̄fecte ad modū thau. q̄ meritū crucis est in illo formaliter ⁊ virtualiter: in ceteris virtualiter tantū. Sed ideo totus celestis exercitus hoc signo consignat̄: quia per crucis misteriū ad illā militiaꝫ sunt assumpti: ideo dicit̄ apoca. vij. q̄ isti sunt q̄ lauerunt stolas suas in sanguine agni Isti soli sic signati a deo precipiunt̄ non interfici. quia in solis illis non habet p̄tem mors scd̄a que est infernalis dāpnatio. vnde apoc. xxviij. Beatus qui habet partē in resurrectione prima. In his em̄ scd̄a mors locum non habet. sed erūt sacerdotes dei ⁊ agni. Et regnabunt cum xp̄o mille annis. i. p̄petuo s̄m Aug. de ci. dei. Istud signū debemus p̄ carnis maceratione in frontibus nostris per amaram penitentiam peccatorum nostroruꝫ habere. quia hoc signo nunc consignant̄ penitentes iuxta illhd ezechielis. ix. Signa thau super frontem viroꝝ dolentiū ⁊ gemētiū sup̄ om̄ibus iniquitatib̄ isrl̄.

I. vi. Sexta visio est de antiquo dieꝝ dañ. vij. vbi ait. Aspiciebam in visione mea donec throni positi sunt ⁊ antiquus dierum sedit. vestimentuꝫ eius candidū sicnix ⁊ capilli capitis. q. lana alba ⁊ munda ⁊ thronus ei⁹ sicut flāma ignis. rote ei⁹ ignis accēsus fluui⁹ igne⁹ rapidus q̄ egrediebat̄ a facie eius. milia miliū ministrabant ei. ⁊ decies centena milia assistebant ei. Et sequit̄ Aspiciebam in visione noctis. ⁊ ecce ī nubib̄ celi quasi filius hominis veniebat. ⁊ vsq̄ ad antiquū p̄uenit. ⁊ in ꝯspectu eius obtulerūt eum ⁊ dedit ei potestatē honorem ⁊ regnuꝫ ⁊ omnis populus ⁊ tribus ⁊ lingue seruiunt ei. ptās eius potestas eterna que nō auferet̄. ⁊ rengū eius qd̄ non corrumpet̄ Iste antiquus dieꝝ est p̄sona dei patris qui nō solum est monarcha in toto vniuerso cui plene dñatur ⁊ non solū ierarcha in ecclesia militante que ab ipso affectu paterno regulat̄: sed etiā ierarcha in supercelesti ierar. quia p̄sone diuine ab ipso sicut a primo principio originantur. Iste aūt dicit̄ antiquus dieꝝ. quia b. hilarius de trini. attribuit eternitatē patri. sicut spēm p̄li ⁊ visuꝫ numini. Throni enim appositi sunt. quia singulariter duo ordines angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ cum eis assumptoꝝ. s. ordo thronoꝝ in quibus sedet ad suoꝝ iudicioꝝ caliginem declarādam scd̄m b. Greg. ⁊ ordo cherubin in q̄bus residet ad suoꝝ archanoꝝ celsitudinem reuelandam. ⁊ ideo in primis residet sicut iudex equitatis: in scd̄is sicut doctor veritatis de quo ī ps̄. Qui sedes super cherubin. Isti ergo throni appositi sunt ⁊ antiquus dieꝝ ī eis sedet. Iste antiquus propter eternitatē habet in se duos. s. fontes p̄fectionū sp̄ualium ex quibus manant duo riui felicitatis in om̄es scd̄os. quoꝝ Primus est inobfuscabilis fulgor decoris ex q̄ obiectiue om̄is intellectus ibi btificat̄ de q̄ fulgore dicit̄ tanq̄ de inaccessibi p̄ naturā ys. lxiiij. Oculus nō vidit deus absq̄ te. Scd̄s est P inextinguibilis ardor amoris. ex q̄ procedit fluuius felicitatis in volūtate. Primus notat̄ in colore albedinis: q̄ maxie p̄ticipat naturā lucis. Scd̄s designat̄ ī substātia ignis p̄ quē charitas denotat̄. ideo p̄pter primū dñtur capilli ⁊ vestimēta candida. ⁊ p̄pter scd̄m fluuius ⁊ sedes igniti. Iste est ille fluuius de quo dicitur in ps̄. Inebriabunt̄ ab vbertate domus tue ⁊ torrēte voluptatis tue potabis eos. Iste torrēs est actus fruitionis quo scti sunt beati in patria formaliter. Et sequitur milia miliū mi. ei. i. innumerabilia a nobis milia scd̄m btm̄ Gre. q̄ sunt angeloꝝ ministrantiū de septē inferiorib⁹ ordinib̄. Et decies cētena milia assi. ei. q̄tum ad cherubin ⁊ seraphin q̄ solum assistunt scd̄m b. dio. Et throni qui sunt de suprema ierarchia. Et sequitur Aspiciebam scꝫ visionem predictam. de filio hominis. que pertinet ad ascensionem incarnationem ⁊ glorificationē xp̄i. In visione noctis. i. ī enigmate horruit spirit⁹ meus. Si aūt illius p̄phete spiritus hor

ruit qui a deo inducitur in testimonium sanctissimi ezechielis.xiiij. q̄tum debet horrere spūs noster mala nostra: quādo cōsideramus bona celestia. Primo debemus culpā horrere ꝑpetrati sceleris q̄ tantū deū offendimus. Scdo iacturā qua eū amisimus.qꝛ per peccatū mortale ꝑadisum amisimus. Tertio plagā inflicti vulneris qua animā nostrā ꝑ peccatum lesimus. Quarto censurā ꝯdēnati funeris qua mortē illā incurrimus. Ista sunt illa quattuor suꝑaddita de q̄bus sapiens ecclesiastici dicit.xxvi.capi. A tribus timuit cor meum.ꝛ in.iiij.facies mea erubuit. Iste quartus horror est de quo habet iob.x.ꝙ sempiternꝰ horror ibi inhabitat Sed ī nouo testamēto ī uenies alias.vi. visiones celestis militie solennitatē declarantes.quaꝝ scꝫ prima visio est apoc.iiij.de sede dei vt ait Johānes di. Post hoc vidi hostium apertum in celo.qꝛ ianua celi non fuit aperta nisi cōsumatis figuris ve.te. Ecce sedes posita erat ꝛ in sede sedens.ille est princeps illius militie xp̄us qui sedet ad dexterā maiestatis in excelsis vt dicit ad heb.i. Ipse em̄ sedet in solio regie maiestatis sue ad imperandū vniuersaliter .ido dicitur ei a pr̄e ī ps̄. Sede a dextris meis

Visiones no. te.

A

Scdo sedet in solio paterne ꝓceritatis ad regendū hanc.s.militiā affectualiter.ideo dicit dio.ꝙ gaudēt om̄es moto patre q̄ motus est pater ꝛ affectu ꝑm expositionē ibidez. Tertio sedet in solio iudiciarie potestatis ad iudicanduz equaliter de meritis sanctoꝝ iuxta illud ps̄.Duo hec audiui.quia tibi potestas ꝛ misericordia.qꝛ tu reddes vnicuiq̄ iuxta opera sua. Quarto sedet ī solio magistralis auctoritatis ad docendū supernaturaliter.quia illuminationes a patre sibi traditas anagogice sāctis cōicat iuxta illud Jo. Uenit hora cū iam non in ꝓuerbijs loquar ꝛc̄. Et sequit̄ ꝛ qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis ꝛ sardinis qui confortant visum. q̄a ex visione solius huius non obtunditur oculi pupilla. vt patet in euangelio. Et iris erat ī circuitu sedis ꝛ super thronos xxiiij.seniores q̄ sunt.xxiiij.prophete veteris testamēti.s.Samuel dauid.nathā gad.omnes sunt in.i.R. Achias qui ꝓphetauit ad Jeroboaz regni salomonis iij.R.xi. Sextus iosias qui pronunciauit iosaphat habiturū victoriā de aman helyas helyseus.isaias ieremias.ezechiel.daniel.osee.cum reliquis.xi.prophetꝫ minoribus vsq̄ ad malachiam qui est vltimus.ꝛ sic sunt.xxiiij. Et sequitur ꝙ habebant in capitibus suis coronas aureas propter premium substantiale. ꝛ de throno procedebant fulgura maledictionum.s.ꝛ voces increpationum ꝛ tonitrua cōminationum que per istos ꝓphetas fuerunt ꝓlata in veteri testamento. Et septem lampades ardentes añ thronum qui sunt septem spiritus dei.vel accipiendo pro illis septem ordinibus assistentibus de quoꝝ numero Raphael est vnus vt habetur in tobia. aut pro. vij.s. statibus qui sunt missi a deo in terrā militātis ecclesie. quoꝝ Primus status fuit apostolorum. Secundus discipulorum. Tertius pontificum. Quartus doctorum. Quintus martyrum.

Sextus confessorum. Septimus virginum.iuxta illam figuram prouer. ix.ca. Sapientia edificauit sibi domum scꝫ ecclesie.excidit columnas.vij. Et sequitur.ꝛ erat mare vitreum ante thronū quia mediuz qd̄ est inter sanctos ꝛ xp̄m in patria:est totum perspicuū. ꝛ quattuor animalia sunt quattuor euangeliste.s. Matheus qui habet faciem hominis. qꝛ describit xp̄i hūanitatem. Marchus leonis.quia describit xp̄i regnum ꝛ resurrectionem. Lucas bouis quia describit xp̄i sacerdotium ꝛ mortem. ꝛ Johannes aquile.quia versatur circa christi diuinitatem. Et illa animalia erant pelna oculis.quia doctrina euāgelica est plena misterijs. Et requiem nō habebant clamātia sanctus sanctus sanctus dominꝰ deus qui est ꝛ qui erat ꝛ qui venturus est omnipotens ꝛc̄. Scda visio noui.te. est de archa testamenti.apoc.xij.cap̄.vbi

II.

dicit q̄ apertum est templum dei in celo
⁊ visa est archa testamenti in tēplo eius
Ista archa est xp̄i humanitas in q̄ habi/
tat om̄is plenitudo xp̄i dinitatis corpa/
liter ꝑm apostolum ad col'. ij. In illa ar/
cha. noui testamēti sunt absconditi oēs
thesauri sapientie ⁊ scientie dei vbi dicit
q̄ visa est i templo dei celi aperto hostio
post suam ascensionē. quia in eius aspe/
ctu omnes anime beatificantur sicut in
obiecto pulcherrio iuxta illd̄ malachie.
Vobis timentibus nomen meum ori/
etur sol iusticie. Et sequitur q̄ tunc si/
gnum magnū apparuit in celo. Mulier
amicta sole ⁊c̄. Ista est mater ecclesia q̄
protegitur ⁊ illustratur a prefato sole et
hanc xp̄us desponsauit sibi formataz de
dextro latere: sicut de adam euam. Eu/
ius ecclesie duplex status describitur. Et
primo status quez habebit in patria. q̄a
ibi erit amicta sole. quia sicut sol suppo/
nitur terre ad illuminandū eam ⁊ inflā
mandum: sic xp̄us suppositus est eccle/
sie toti triumphanti ierarchicoꝝ actuuz
sibi radios diffundens ꝑm dio. Et luna
sub pedibus eius. i. ecclesia militans.
que ab eodem sole licet difformiter ⁊ mi/
rabliter illuminatur. quia luna accipit
claritatem a sole. Et in capite eius co/
rona stellarum duodecim que sunt duo/
decim preclare felicitatis partes: quas
enumerat beatus Ansel. de similitudi/
B nibus. Quarum prima est pulchri/
tudo sine deformitate. quia fulgebunt iu
sti sicut sol in regno patris eoꝝ. Scd̄a
est agilitas sine mole et grauitate. quia
assument pēnas vt aquile iuxta ꝓpheti/
cum dictum. Tertia fortitudo sine in
firmitate. qꝛ vt dicit quilibet posset vol/
uere celum. quia mutabunt fortitudinez
secundum eundē prophetam. Quar/
ta libertas sine seruitute. quia regnabūt
super terram vt dicitur in apoc. Quin/
ta sanitas sine passiōe. quia neq̄ luctus
neq̄ dolor erit vltra apoca. xxi. Sexta
longeuitas sine morte. quia mors vltra
non erit: vt ibidem. Septima sapien
tia sine errore. quia oculo ad oculum vi/
debunt ysa. lv. Octaua concordia sine
lite. quia illla ciuitas dicitur pacifica. et
rex pacificatus ibidē. Nona honor sine
superbia. quia heredes dei: coheredes
autem christi secundum apostolum.

Decima potestas sine iniusticia. quia
tunc inducetur iusticia sempiterna dañ.
ix. Undecima securitas sine metu. qꝛ
qui timet non est perfectus in charitate.
i. Joh. iiij. Duodecima gaudiuz sine
fletu. ⁊ gaudium eorum nemo tollet ab
eis Joh. xvi. Ista autē mulier q̄tum ad
statum huius vite habens in vtero xp̄m
quo est grauida: parit ipsum in mentib̄
nostris cum circuitu qui prouenit ex no
stra resistentia iuxta illud ad gal'. x. cap̄.
Filioli quos iterum parturio donec per/
fecte formetur christus in vobis qui ra/
ptus est ad deū ⁊ ad thronū eius. Hanc
mulierem persequitur draco magnus et
ruffus. id est diabolus qui habet septez
capita. id est septem peccata mortalia et
decem cornua que sunt decem transgres/
siones preceptorum. ⁊ trahebat tertiam
partem stellarum celi. id est angelorum
a celo cum eo cadentium. Et fugit muli
er in solitudinem. quia non potest fugere
persecutionem draconis nisi sit separa/
ta a mundo pro quo in euangelio. domi
nus voluit patrem rogare. Et sequitur
factum est prelium in celo Michael et
exercitus eius pugnabat cum draco ne
non in celo ecclesie triumphantis. quia
ab ea eiectus fuerat a principio sed in ce
lo eccclesie militantis. de q̄ celo dicit do/
minus in euangelio. q̄ doctor qui man/
datum soluit est minimus in regno ce/
lorum quia draco nititur ecclesiam sub/
uertere assistente ei qui nunc factus est
princeps ecclesie sicut tunc erat synago/
ge: vt sancti colligunt ex hoc loco: sed
non preualuit draco. quia sancta eccle/
sia vsq̄ in finem perseuerabit iuxta il/
lud promissum christi Petro dicentis.
Ego pro te rogaui petre vt non deficiat
fides tua. Terria visio est apoca. xiiij. III. vi.
de monte syon qui interpretatur spe/
cula de quo dicitur in psalm̄. Domine

quis habitabit in tabernaculo tuo. ⁊ sup̄ montem illum stabat agnus ille qui est princeps totius militie. s. xp̄us de quo in apoc. Dignus est agnus qui occisus est ⁊c̄. Ille habitat supra mōtē. qꝛ est caput totius ecclesie triū phātis. ⁊ cū eo. cxliiij milia. i. omnis multitudo collecta ex. xij. tribubus spūalibus apostoloꝝ. xij. q̄ numerus ꝑtinet ad celestē similitudinez q̄ est in. xij. mansiōibus feliciter ordinata vt infra patebit. Et isti habebāt nomen eius ⁊ nomen patris eius scriptū in frōtibus suis. Et si querit̄. qd̄ erat nomē illud. Dicitur vno modo scd̄m vetus testamentū ꝙ nomen dñi est. s. tetragramatō qꝛ illud debebat scribi sup̄ frontē sacerdotis intrātis tabernaculū. Om̄es autē scti sunt sacerdotes dei. qꝛ seruiunt in tēplo eius die ac nocte vt dicitur in apoca. Istud aūt nomē constat ex quatuor lr̄is quaꝝ p̄ma signat iste. Scd̄a est. Tertia principiū. Quarta vite. Sed alio modo scd̄m no. testm̄. dicit̄ ꝙ est nomē ignotuz iuxta illud apoc. Uincenti dabo nomē nouū qd̄ nemo nouit nisi qui accipit. Et sequit̄. Et cantabāt canticū nouū añ sedem dei. quia cōpleta resurrectiōe innouabitur laus dīna ex gl̄ia sup̄addita corp̄ali. Et nemo poterat dicere canticū nisi isti. quia omnes illi qui cū istis nō numerabunt̄ erūt in blassemia sempit̄na vt patet ī apoc. Isti dñtur empti de terra. qꝛ xp̄i sanguine redempti sunt om̄es electi. Jō dicit̄ ī apoc. Redemisti nos ī sanguine tuo. Quarta visio est de eq̄tatione ⁊ celi aptiōe apoc. xix. vbi ait Johes. Uidi celū aptum. ⁊ ecce equus albus. ⁊ qui sedebat sup̄ eum vocabat̄ fidelis ⁊ verax. Iste equus albus est christi humanitas preclarissima ex puris sanguinibus virginis generata. albedo em̄ maxime participat lucem. Dicit̄ aūt equus. qꝛ a deitate sicut a sessore dirigebatur. Ideo qui sedebat sup̄ eum p̄ assumptionē vocabatur verbū dei incarnatū. Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine. i. sua corp̄eitate rubricata in passiōe. Et exercitus q̄ sunt in celo, sequebant̄ eum in equis albis. i. omnes sancti post resurrectionē in corp̄ibus glorificatis. de quibus dicitur ibi ꝙ beatus est qui partem habet in resurrectiōe prima. in his em̄ scd̄a mors nō habet partem. Et isti omnes erant vestiti vestibus albis que sunt ornamenta specialia ⁊ spiritualia pertinentia ad intellectum propter illuminationem albedinis sicut ibi habetur de bisso ⁊ purpura: sicut sunt sanctorum virtutes. Et sequitur ꝙ angelus exiuit de celo vocās aues id est demones ad deuorandum carnes tribunorum ⁊c̄. q̄a peccatores potentes potēter tormenta tolerabunt ⁊c̄. Quinta visio est de ciuitate paradisi apoc. xxi. cap̄. vbi ait beatus Johannes. Uidi celum nouum ⁊ terram nouam. quia post diez iudicij erit lux lune sicut lux solis: Et lux solis septēpliciter clarior. vt dicitur ys. xxx. cap̄. Et stabat luna in occidēte ⁊ sol in oriente scd̄m theologos immobiles cum toto firmamēto. quia iurauit angelus per viuentem in secula seculoꝝ ꝙ tp̄s nō erit ampli⁹. Et sequit̄ in apoc. Et celum ⁊ terra abierunt. scilicet s̄m dispositionem. non secundum substantiaz vt ait dionisius. quia vt dicit Gregorius Celum ⁊ terra per eam quam nunc habent figuram transient: sed per essentiaz sine fine subsistent. quia omnia deducētur ad statum meliorem ⁊ nobiliorem. Et Augustinus de ciuitate dei. Figura hui⁹ seculi preterijt nō natura ⁊ materia iam non est. s. quantum ad priorem corruptibilitatem. Sequitur Uidi ciuitatem sanctam hyerusalem nouam descēdentem de celo ⁊c̄. Ista est vniuersitas ciuium supernorum nobilissima qui parati ⁊ ornati felicitatibus cum christo ad iudicium venient: secundum illud iude apostoli in cano. sua. Et veniet domin⁹ cum sanctis in nubibus facere iudiciuz Et sequitur. Audiui vocem de throno di. Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habitabit cum eis. Et sequitur ꝙ ciuitas habebat. xij. portas que sunt duodecim articuli fidei: sine quibus nemo potest intrare hanc ciuitatem: vt ibidez

IIII. vi.

V. visio

dicitur de incredulis ⁊ nomina apostolorum in eis ⁊ agni. quia ab apostolis de christo fuerunt collecti articuli duodeci ⁊ ciuitas habebat duodecim fundamẽta ex lapidibus preciosis que sunt duodecim mãsiones in celo empirreo. Prima est sanctoꝝ qui sunt in celo non suis meritis proprijs sed passiõis christi merito vt paruuli baptisati tantum infra angelos vt supra patuit. Et nouez sunt angelorum ⁊ cum eis habitantium in nouez ordinibꝰ. Undecima est beate virginis que omnes excellit. Duodecima mãsio est ierarchie supercelestis in qua nõ sunt nisi tres persone diuine. Et ciuitas illa non eget sole neꝯ luna quia claritas dei illuminat eaz spiritualiter. ⁊ lucerna eiꝰ est agnus corporaliter. nec intrabit aliquid coinquinatum in eam per corrupti onem carnis nec faciens mendacium ꝓ fraudulentias mentis: sed tantum scripti in libro vite agni per indelebilez gratiam aut saltem scripti per penitentiam veram. quia per peccatum mortale quilibet de libro illo deletur exodi. xxxij. dixit moyses Aut parce populo huic aut dele me de libro tuo quẽ scripsisti ⁊c. VI. vi. Sexta visio est de fluuio throni apoc. vltimo vbi ait beatus Johannes Ostendit mihi angelus fluuium aque viue tanꝯ cristallum procedentem de sede dei ⁊ agni Iste fluuius est felicitas intellectuia. ꝙa splendida sicut fluuius. Sed ignis dicitur in dañ. hoc est felicitas volitiua. quia vtraꝯ dicitur fluuius. quia a deo continue influuntur. Ideo dicitur in libro sapientie. Ego sapientia effundam flumina. Iste fluuius procedebat de sede dei ⁊ agni id est de diuina essentia obiectiua: in qua tres persone ineffabiliter sicut in loco suo residen naturaliter. Et extraꝯ parte fluminis lignum vite est christus qui non solum est ibi: vnde ille fluuius oritur essentialiter: sed etiam ibi terminatur finaliter scilicet in mentibus sanctorum. iuxta illud Johannis. In illa die vos cognoscetis. quia vos in me. et ego in vobis. Illud est lignum vite de quo ait sapiens loquendo de sapientia ingenita Lignum vite est his qui apprehenderunt eam. Sed illud lignuz vite profert duodecim fructus qui faciunt. xij. potentias animarum sanctaruz in patria. quarum Prima est lumino A sitas in christo: ad saciandum visum cuius primum obiectum dicitur lux.

Secunda est in christo vocis amenitas ad saciandum auditũ quia ad amenitatem vocis sue sunt mortui suscitati secundum apostolum ad thessa. iij. capꝫ.

Tertia est in ipso gustus suauitas ad saciandum gustum per impressionẽ alicuius qualitatis virtualiter continentis omnem saporem vt dicit quidam doctor. Quarta est actus odoratus delectabilitatis per vaporem infusum organi beatorum. Quinta est tactus lenitas. quia nulla erit ibi qualitas inficiens ⁊ inferens violentiam tactui. ideo dicit supra Neꝯ cadet super illos sol ita vt non solum potentie intellectiue: sed etiam sensitiue sint in plena beatitudine quietate. Sexta delectabitur in ipso virtus ymaginatiua. quia species nobilissime infundentur vt ex ymaginatione mala non possint contristari. Septima virtus concupiscibilis. quia obiectum suum delectabile habebit in christo ꝓ obiecto. Octaua virtus irascibilis quia summe arduum erit quod attinget. quia est per naturam impossibilis. Nona memoria cũ tum ad intellectiuam animam quia in ipsa erunt memorabilia. summe placita a christo infusa. Et ideo dicitur in apoca. ꝙ priorum malorum non recordabuntur. Decima potentia inferior rationis: que cognoscit in christo tanꝯ in speculo clarissime oña inferiora. Undecima portio superior que contemplabitur in ipso omnia: scz superiora. Duodecima voluntas que in ipso perfruetur deitate beatifica. Folia autem ligni huius erunt ad sanitatem gentium iltarum. quia vir

tutes que ab ipso fluunt curabunt omnem mortalem infirmitatem. Et sequitur q̃ omne maledictum non erit amplius: et serui sunt dei. et sedes dei ꝛ agni illiserunt et seruient ei die ac nocte ꝛ videbunt faciem eius ꝛ nomen eius scriptuꝫ in frontibus suis. ꝛ nox vltra non erit. et non egebunt lumine lune nec solis atq̃ stellarum quia claritas dei illuminabit illos. ꝛ regnabunt in secula seculorum in gaudio ꝛ pace. Quod nobis concedat christus iesus dei et virginis filiꝰ. Qui viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

In commemoratione omnium defunctorum. Sermo. I.

Dominus mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit. i. Re. ij. cap. In verbo proposito describitur status hominis morientis q̃tum ad quattuor conditiones scilicet. Primo q̃tum ad egressum. Secundo quantum ad progressum. Tertio quantum ad ingressum. Quarto quantum ad regressum. Primo quantum ad eius egressum describitur cum dicitur Dominus mortificat. corpus enim non mortificatur: nisi per hoc q̃ anima ab ipso egreditur. vnde dicitur gen̄. xxxv. cap. q̃ egrediente anima pre dolore mortua est rachel. Secundo q̃tum ad eius progressum cum sequitur viuificat. tunc em̄ anima viuificatur quando in gratia confirmatur sicut angeli boni quando fuerunt ad deum conuersi. Ideo dicit propheta in ps̄. Si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala. quoniam tu mecum es. Tertio q̃tum ad eius ingressum. cum additur: ꝛ deducit ad inferos. ad tempus scilicet dimittendo in purgatorio eos qui de peccatis nō plene satisfecerunt vt quilibet eorum dicere possit illud ps̄. Dolores inferni circumdederunt me. Quarto quo ad eius regressum. cum post ponitur. Et reducit scilicet post satisfactionem assumẽdo ad paradisum. Vnde deutero. xx. dicitur. Reducet te deus tuus de captiuitate tua. quia sic ponuntur in captiuitate: sicut debitores donec sꝛ debitum soluāt. Est igitur circa mortis transituꝫ intentio verbi propositi. iccirco occurrũt circa mortis transitum. xij. considerationes quarum Prima est quid est mors I. consi
Dicit autem Dionysius. q̃ mors non deratio
est alicuius rei consumptio: sed coniunctorum separatio. Ista autem diffinitio. quadrupliciter declaratur. Primo quia secundum dicta sanctorum homo constat ex anima et corpore: sicut ex materia ꝛ forma. et tamen separata anima a corpore remanet idem corpus numero sicut docet sanctus Ambrosius de sacramentis de corpore christi. et anima non destruitur ꝛc̄. Secundo quia se- E
cunduꝫ dicta artistarum Homo essentialiter non constat nisi ex anima rationali cum prima materia. quorum vtrumq̃ est incorruptibile. et ideo quando separantur nullus eorum cõsumitur. Tertio quia secundum dicta philosophoruꝫ Anima intellectiua est ab intrinseco. et ideo sicut aduenit corpori iam genito: ita separatur ipso iam corrupto. Quarto quia secundum dicta theologorum. mors hominis distinguitur a morte bruti. quia secundum beatum Gregorium. in dialogo. Spiritus bruторuꝫ carne tegitur ꝛ cum carne moritur. spiritus autem hominis carne tegitur: sed cum carne non moritur. Ista diffinitio mortis militat contra illos qui ad modum bestiarum viuentes aliam non putant esse vitam de quibus dicitur ecclesiastes. iij. Dixi in corde meo de filijs hominum: vt probaret eos deus ꝛ ostenderet similes esse bestijs. Vnde quia mors est coniunctorum separatio. hinc dicit sap̄. eccl. vltimo. Reuertatur puluis in terram suam vnde erat et spiritus redeat ad deuꝫ qui dedit illum ꝛc̄. Secunda conside II. cõsi
ratio est que sunt proprietates mortis. deratio

Dicitur autem q̄ sunt. xij. Prima est certitudo indubitabilis. Secūda dubietas incertificabilis. Tertia est velocitas inpträsibilis. Quarta est finalitas imperlongabilis. Quinta est voracitas irremediabilis. Sexta est seueritas indeclinabilis. Septima est terribilitas incomparabilis. Octaua est securitas imperturbabilis. Nona est amaritudo inenarrabilis. Decima est dulcedo infatigabilis. Undecima est penalitas irremediabilis.

Duodecima est vtilitas inappreciabilis. Hec ꝛ alia patebunt inferius. Primo dico q̄ mors est certitudo indubitabilis, quia statutum est homini semel mori apostolus ad hebr. ix. Ista autem certitudo tollitur ex hoc q̄ videmus hoc euenire hominibus. vnō. i. ℟. xiij. Omnes morimur et quasi aque dilabimur super terram non reuertentes. Secūda est dubietas incertificabilis, quia licz quilibet sciat se esse moriturum: nullus tamen scit quādo morietur: propter hoc dicebat ysaac esau filo suo Genes. xxvij. Videsq̄ ignorem diem mortis mee. Et Augustinus. Nihil certius morte: nihil incertius hora mortis. Tertia est velocitas inpertransibilis, quia sicut nullus potest ita velociter fugere vmbrā quin ipsa velocius sequatur eum: ita est de morte. vnde Job. ix. capit. Dies mei sicut vmbra sunt super terram.

Quarta est finalitas imperlongabilis quia nulla causa dies mortis pertransiri potest Prefixus tanq̄ citatio peremptoria. Jdeo dicit Iob. xiij. Breues dies hominis sunt, constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt ꝛc. Quinta est voracitas irremediabilis, quia a voragine mortis nullus reuertitur: qui nunciet nobis que ibi agantur. Jdeo de diuite epulone dicitur in euangelio q̄ rogabat patrem abraam vt mitteret lazarum ad fratres suos vt annunciaret. vide luce. xvi. Jdeo dicitur Job. vij. Memento quia ventus est vita mea et non reuertetur oculus meus vt videat bona nec aspiciet me homo ꝛc. Sexta est seueritas indeclinabilis, quia impossibile est per quamcunq̄ viam declinare mortis iudicium nec prece nec sorte nec timore nec promissione aut adulatione. vnde Bernardus in libro qui dicit̄ cartula. Nulli mors impia parcit tam iuuenes rapit q̄ senes. Nullius miserek per nullam sortem poteris depellere mortez Non parcit seni nec etati non parcit honori: Sed falce sua omnes vt herbaz secat, quia christus nec sibi nec patri filio suo pepercit, preter quod dicit prophera in ps̄. Quis est homo qui viuet et non videbit mortem vt eruat animam suam de manu inferi. q. diceret nullus.

Septima est terribilitas incomparabilis, quia omnes alij terrores mensurantur per istum. vnde homo timet ignem et precipitium propter mortem qui dicitur vltimum terribilium homini infideli, quia dubitat totaliter annullari et peccator damnari. Jdeo proverbioz. xx. dicit sapi. Sicut rugitus leonis terror regis, ꝛ sequitur pro mortis periculo qui prouocat eum peccat in animam suam. Octaua est securitas imperturbabilis quia fideles ꝛ iusti sunt de morte securissimi: quia in melius mutabuntur Jdeo dicebat christus. Mat. x̄. Nolite timere eos qui occidunt corpus ꝛc.

Nona est amaritudo inenarrabilis quam mors habet ad infidelem ꝛ peccatores. vnde peccator rex Amalech dicebat. i. ℟. xv. ad mortem appropinquans sauli Siccine separat amara mors iuxta quod dicit sapi. ecclesiast xli. O mors q̄ amara est memoria tua homini sez in iusto Decima dulcedo infatigabil' exo. vij. Sicut mercenarij desiderat diē sue retributiōis ita hō sctūs expectat cū desiderio horā sue resolutionis: in qua omnia sua merita retribuuntur. vnde apostolus. Cupio dissolui et esse cum christo. Et iob. vij. Militia est vita hominis sup terrā ꝛ sicut dies mercenarij dies eius

iuxta quod dicit sapiens ecclesiast. xli. capi. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti. id est pauperi volun/tarie. t cui est cura de omnibus quia scilicet diligẽter scrutatur nociua mundi.

Undecima est penalitas irremediabilis. quia illud vltimum supplicium est tamq̃ terminus t mensura omnium penarum huius mundi. vnde tanq̃ maxima pena peccatorum maxime contumacie fuit primo homini intimata gen. ij. capi. In quacunq̃ enim die comederis ex eo morte morieris. Duodecima est vtilitas inappreciabilis. quia non nisi ipsa mediante non possumus peruenire ad visionem deitatis que est summum bonum nostrum secundum Augustinũ vnde exod. xxxiij. Faciem meam videre non poteritis. Non enim videbit me homo t viuet. Ideo dicit apostolus ad philippen. i. Mihi viuere christus est t mori lucrum tc̃. Iste autem duodecim mortis ꝓprietates sunt. xij. regule nostrã vitam dirigentes. Cum igitur de morte recordamur sunt tanq̃ duodecim lapides preciosi in pectore positi vt per illud intelligamus illud quod scribitur eccle/siast. vij. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua t in eternum non peccabis. Tertia consideratio est. III. ꝑsideratio quot sunt genera mortuorum. Ad quod dicit Augustinus in libro de cura agenda pro mortuis q̃ sunt quattuor. quia aliqui sunt valde boni. et isti sunt qui decedũt i gr̃a t gl'a. Aliq̃ sũt valde malix isti sũt q̃ decedũt sine gr̃a t cũ actuali culpa. Aliqui sunt mediocrit boni. t isti sunt qui decedunt in gratia t non in gloria. A Aliqui sunt mediocriter mali qui sine gratia decedunt t sine actuali culpa. Et quia omnis qui est in gratia est bonus. et qui sine gratia est malus. et secũdum hoc valde boni in paradiso. et valde mali in inferno. et mediocriter boni in purgatorio. t mediocriter mali in limbo. de ipsis vltimis t de damnatis dicitur in ps̃. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. de duobus aliis dicit apostolus ad colosen. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum christo in gloria. Quarta considera/tio est. que sunt mortuorum remedia Dicit Augustinus in epistola ad Bonifacium. q̃ anime defunctorum quadrupliciter soluuntur a pena. quia aut oblatio/nibus sacerdotum t illud remedium est de bonis que sunt super nos. Aut oratio nibus sanctorum et illud est de bonis q̃ sunt intra nos. Aut elemosinis carorum et illud est de bonis que sunt extra siue infra nos. Aut ieiunijs cognatorum. et illud est de illis que sunt circa nos. et IIII. ꝑsideratio

Primus est actus charitatis spei t fidei que sunt virtutes theologice. et illud est prestantissimum remedium. B

Secundus est actus latrie que est suprema inter virtutes morales. et istud adhuc est magis prestantius in missa cum ibi concurrat actus charitatis et actus latrie. Tertius misericordie que est de inferioribus moralibus tc̃.

Quartus est actus temperantie que est de infimis virtutibus moralibus eo q̃ sunt circa passiones bestiales. Et quia illa proficiunt pro mortuis misit iudas machabeus oblatiões pro peccatis mortuorum vt habetur. ij. machabeorum. xij.

Quinta consideratio est. ad quid ista remedia proficiunt. Dicitur autem q̃ ad quattuor. et Primo proficiunt ad penam purgatorij precauendam: vt si ante mortem orationes ieunia et elemosyne multiplicantur: vt habetur ysa. xlvij. Anteibit faciem tuam iusticia tua et gloria domini colliget te. Secundo prosunt ad illam penam mitigandã quando sunt ita parua q̃ non possunt eam tollere t totaliter anullare. Tertio prosunt ad penam abbreuiandam quando sunt ita pauca q̃ non possunt eam totaliter rescindere nec annullare. V. con derati D

Quarto prosunt ad ipsam totaliter auferendam. vt quando sunt ita intensa et multa q̃ merentur penam vltimate

auferre. Et pro talibus dicit dominus ose. xiij. De manu mortis liberabo eos. de morte redimam eos qui sunt scilicet
VI. cõsi deratio in pena purgatorij. Sexta considera/tio est quantum prosunt mortuis ista re/media. Hic ponuntur quattuor verita/tes theologice. quarum Prima est q̃ magis prosunt illa suffragia mortuis q̃ aliqua vtilitas temporalis possit in hoc
E mundo. quia illa pena est omnibus pe/nis temporalibus acerbior. ideo secun/dum Augustinum illud remedium est vtilius. Secunda est q̃ impendere talia remedia est opus summe miseri/cordie. quanto enim calamitas est gra/uior: tanto miseratio est floridior teste domino in euangelio. Tertia est ne/gare mortuis talia suffragia: est summe crudelitatis opus. quia quanto afflictio est maior tanto incompassio est crudeli/or. Quarta est q̃ talia facere suffra/gia plus prosunt facientibus digne q̃ il lis pro quibus fiunt. quia illis solum tẽ/poraliter ad penam: istis autem ad gra/tiam ꝛ gloriam. sicut elemosina prodest pauperi temporaliter ꝛ facienti eternali/ter. Intelligendum est tamen q̃ illi qui sunt in purgatorio licet credantur habere penam sensus. aliqui tamen ha/bent maiorem ibi q̃ aliqui qui sunt in inferno. tamen consideratis omnibus habent exoptabilius esse q̃ illi qui de hoc mundo ꝛc. Primo quia ipsi sunt confirmati in gratia pro qua non amit/tenda sunt supplicia toleranda. Se/cundo quia sunt certificati de gloria.

Tertio q̃ sunt affecti iusticia Quar/to quia sunt inflammati charitate perfe/cta cum qua pena inferni erit amena. vt dicit Hugo ō arra anime. quia fortis est vt mors dilectio dura vt infernus emu/latio in canti. vltimo. Ideo ecclesiastes. iij. Laudaui magis mortuos q̃ viuen/
VII. ꝑsi tes. Septima consideratio est. quali/deratio liter ista remedia mortuis prosunt. in qua consideratione ponuntur alie quat/
E tuor veritates. quarum. Prima est q̃ suffragia facta communiter plus pro/sunt illis qui plus habent de gratia. ꝗa iusticia distributiua de omnibus plus confert in policia melioribus. Secun/da est q̃ facta particulariter plus pro/sunt illis pro quibus particulatiter fiunt quia meritum alicuius non prodest al teri nisi ex intentione merentis. Ter/tia est q̃ q̃to suffragia sunt commu/nioza: tanto sunt vtilioza: vt bonum commune prefertur bono particulari. vnde iudi. xvij. Melius est vnum bo/num vnius tribus q̃ singularis persone

Quarta est. quia quanto illa suffra/gia sunt singularioza: tanto sunt illis pro quibus fiunt vtiliora ceteris pari/bus quia bonum virtutis quod hic im/penditur est limitatum. et ideo nullum tale est ita sufficiens ad plura sicut ad vnum. vnde si christus fuisset purus ho/mo non satisfeciisset pro omnibus licet forte pro vno. Vnde dicit apostolus ad Roma. v. q̃ christus pro nobis mortu/us est. nec aliqua alia pura creatura. ꝗa bonum eius fuisset limitatuz nec ad plu/ra se extendisset. Octaua considera/VIII. ꝑsi tio est. quibus prosunt illa suffragia. Ad deratio hoc dicit Augustinus in libro. de cura pro mortuis agenda. quia nulli profici/unt nisi illi qui sibi meruit in hac vita
F vt ei proficiant. et ideo non prosunt val/de bonis. quia non indigent. nec valde malis. quia eis prodesse non possunt. nec mediocriter malis. quia habent so/lum penam damni: sed solum prosunt mediocriter bonis quia sunt membra corporis mistici. Et sic patet cui prosunt

Primo non prosunt valde bonis qui sunt in paradiso. quia miseri beatis sub/uenire non possunt. vnde Augustinus ad ianuarium dicit q̃ iniuriã facit mar/tyri qui orat pro martyre. Secundo non prosunt valde malis qui sunt in in/ferno. quia de ipsis non est memoria in conspectu dei secundum illud propheti/cum. Quorum non es memor amplius et ipsi de manu tua repulsi sunt. Ter/

tio non mediocriter malis. quia illi solum puniuntur pena damni que est carētia visionis diuine. ideo nullatenus possunt releuari nisi beatificarentur per diuinaz potentiā. Quarto prosunt illis qui sunt mediocriter boni q̄ sunt in purgatorio. quia non est defectus ipsorum quin talia suffragia prosint illis cuz sint membra corporis mistici christi. Nec ex parte nostra: cum vnum membrorū possit alteri subuenire secundum apostoluz Intelligendum tamen q̄ cum ignoranter oratur pro illo qui est in inferno totū bonum reuertitur ad facientem secundū illud euangelicum. Ad vos reuertetur pax vestra si ibi non fuerit pacis filius. Quando autez scienter quis oraret pro tali peccaret. sicut beatus Gregoriꝰ pro traiano imperatore orās dicitur fuisse p̄cussus q̄a illis nō est compatiendum sed maledicendum. quia semper deum blasfemant. Quando autem pro illo qui est in paradiso scienter orat quis peccat. q̄a quasi miser reputatur. Quando vero ignorat multum prodest oranti. q̄ videt affectū orantis inverboz curat repēdere Ideo dicitur. ij. mach. xij. q̄ sancta z salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur. Nona consideratio est a quibus prosunt Dicitur cōmuniter q̄ soluz a bonis qui sunt in gratia qui etiam sunt membra xp̄i. Et ideo quia vnum membrum potest alteri subuenire ꝛc. de hoc vide in tractatu de suffragijs articulo. v. Decima consideratio est. quando illa proficiunt. Dicitur q̄ eo tempore quo anima est in purgatorio. Est tamen sciendum q̄ tempora purgatorij sunt quattuor. Primuz est tempus innocentie in quo erant in inferno tres māsiones vacue scilicet sinus abrae purgatorium et limbus. quia in istis non erant homines. quarta vero plena scilicet infernus. quia ibi sunt demones. Secundum fuit tempus miserie in quo fuerunt omnes habitate. scilicet sancti patres in sinu abrae. Imperfecti in purgatorio. paruuli in limbo peccatores in inferno habitabant. Tertium fuit tempus gratie in quo tres inhabitātur. vniformiter tamen sinus abrahe per christum fuit euacuatus totaliter.

IX. cōsideratio

X. consideratio

Quartum est tempus glorie futuruz post iudicium in quo cessabit purgatorium. Et due tantum inhabitabuntur. vn de apoca. xxi. dicitur q̄ mors vltra non erit neq̄ luctus in electis. Intelligendū tamen q̄ nunc omnes homines habent priuilegium q̄ per purgatorium transeunt ad paradisum. tunc autem scilicet ante christum sancti descendebant ad sinum abrae eo q̄ ianua celi erat clausa q̄ fuit aperta per christum. Undecima consideratio est. vbi ista proficiunt. Et dicit Augustinus de ciuitate dei q̄ ille locus est ignotus. tamen ecclesia tenet q̄ in inferno cum ibi sint quattuor mansiones. Prima infernus scilicet inferior vbi sunt demones z damnati. Secunda est limbus vbi sunt paruuli non baptizati. Tertia est purgatorijū vbi sunt imperfecti. Quarta est sinus abrahe vbi olim erant sancti. Et limbus est supra infernum. purgatorium supra limbum. quia illi sunt in gratia. q̄ quis sint in pena. Nota autem q̄ illi qui sunt in purgatorio magis eligerent cuz gratia penam purgatorij. immo quod plus est penam sensus inferni q̄ sine ea statuz limbi. Sinus abrae supra omnes Item in inferno z in limbo ministrant demones: quia omnes tales sunt in ira dei. In purgatorio autem z in sinu abrahe angeli cum illi sint in gratia. vnde dicitur luce. xvi. q̄ Lazarus portatus est ab angelis bonis in sinum abrahe z c̄

XI. consideratio

Duodecima consideratio est. quomodo nouerunt illa suffragia mortui. Ubi ponuntur due veritates catholice. quaz

XII. consideratio

Prima est q̄ nouerunt illa per narrationem aliozum qui moriuntur: qui narrant eis de statu mundi z de parentibus et que ibi bona fiunt pro eis. Secunda est q̄ nouerunt reuelatione sanctoruz

angelorum qui sepe ad confortationem eorum z suffragia pro eis facta eis nunciãt vt magis consolentur de approximatione liberationis eorum. Nota q triplex est est mors. scilicet naturalis predestinata. et casualis. Naturalis scilicet mors est extinctio caloris naturalis et consumptio substantialis humiditatis que quidem acquisita est ex spermate vtriusq parentis tempore nostre conceptionis sicut videmus lumen extingui propter olei defectum. Mors autem p̃destinata est quam creator benedictus et sublimis prefixit cuilibet hominum: de qua dicitur in iob. Posuisti terminos eius: qui preteriri non poterunt. Et hec duo genera mortis non potest tollere medicina zc̃. Mors tertia que est casualis tollitur per remedium medicine exhibitum per viam rationis. et ita vita hominis beneficio medicine conseruatur vsq ad prefinitum terminum. Nota secundo quid est vita. Est existentia corpis per alimentum. vel vita est actus procedens a corde mediantibus spiritibus z a calore naturali Vel vita est influxus procedens a primo principio et sempiterno. Nota q anima in exitu de corpore tria emittit suspiria. Primus est q cognoscit se offendisse summum creatorem. Secundum est. q corpus eius cuius fuit socia tanto tempore deserit. Tertius est q nescit quo vadat nec cum quibus incedat zc̃. Nos igitur ista considerantes hic studeamus; acquirere gratiam vt in tali transitu accedamus ad gloriã: Quã nobis prestet xp̃s iesus dei z virginis filius. Amen.

De eodem. Sermo. II.

Dominus mortificat z vivificat zc̃. i. R. ij. ca.

Quia secundum doctrinam beati Augustini. ij. cap̃. de ecclesiast. ierarchia post sanctorum ordinum declarationem: sequitur tractatus fidelium defunctorum. Ideo sancta mater ecclesia post solennitatem omnium sanctorum: mortuorum commemorationem inducit. ideo pro illa memoria declarãda assumitur verbum illud. Dominus mortificat zc̃. In quo quidem sermone cõmemoratio defunctorum declaratur quantum ad corruptele statum. Primo quo ad cursum sui egressus. Secundo quo ad cursum sui progressus.

Tertio. quo ad cursum sui ingressus.

Quarto quo ad cursum sui regressus

L Egressus autem fidelium est in anime separatione. tunc enim anima egredit sicut educta de terreno habitaculo. Progressus autem eorum perficitur in consummatione gratie quia sicut angeli boni quando fuerunt ad deũ conuersi. z in auersione malorum sunt in gratia confirmati: sic isti post anime separationez mox in gratia cõfirmantur: ne vltra peccare possint. Ingressus autem eorum inducitur in purgatorij detrusione quia de communi cursu penis temporalibus obligantur. Sed recessus eorum cõfirmatur in eor reuersione quãdo cõpleta pnia eor euolant. ideo q̃tũ ad eor egressum p̃mittit. Dominus mortificat talez sz. in ania sua a societate separando. Sed q̃tum ad eor pgressum sequit. Et viuificat. i. in gra confirmat. De quibus duobus ingressibus inducit in testimoniuz illud beati pe. in canonica. sua. ix. cap̃. di Xp̃us p nobis passus est: vt nos offerat deo. mortificatos quidem carne vi. autẽ spiritu zc̃. Carnis enim mortificatio est in anime separatione. sed spiritus viuificatio est in gratie confirmatione. quod est pulchrius locale qõ angeli habuerũt preter suam beatitudinem. Vnde vere tunc dicitur immortalis. Et q̃tum ad eor ingressum sequitur. Deducit ad inferos ibi enim creditur esse locus purgatorij quẽ ingrediunt. Quarto q̃tum ad eorum regressum qui finitur. cum sequitur. Et reducit de quibus duobus in cursibus inducitur illud ps̃. Si ascendero in celum tu illic es: ecce q̃tum ad

finalem regressum. Si descendero in infernum ades. ecce penalem ingressum. Iste est ille infernus: de quo dicitur in ps̄. Verumtamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me. Quia ergo de mortuis fidelium presens memoria agitur. iccirco memoriam mortuorum meditando. scilicet iuxta consilium sapientis occurrunt nobis considerationes duodecim pertractande. quarum scilicet Prima est.

I. consideratio

quid est mors. Dicitur autem secundus dionysium de angelica ierarchia. ij. cap. q̄ mors non est alicui⁹ rei consumptio. sed est coniunctorum separatio. Et in hoc differt mors hominum a morte iumentorum. quia anima hominis separatur ꝛ anima bruti in corpore moritur: sicut docet beatus Gregorius in libro dialogorum. et ideo mors hominis quadruA plici separatione ostenditur. Et prima est. quando homo spoliat⁹ veste vetustate consumpta anima eā induit carne sicut vestimento velociter veterascente. Ideo dicitur iob. xiij. capi. Quasi putredo consumendus sum ꝛ quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Secunda separatio est. quando exuitur armatura victoria consumpta. quia q̄diu homo carne tegitur certat cum hoste validissimo. ꝛ hoc certamen nunq̄ consumatur: donec armatura hec deponatur. et quia ista armatura vt plurimum impedit militem ne possit pugnare. Ideo dicit apostolus Roma. vi. Non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. sed arma iusticie deo ꝛc. Tertia est. quando egreditur de suo taberna culo. post q̄ creuit ruina: quia sicut domus lutea est ruinosa: sic habitaculum nostri corporis faciliter soluitur. ideo dicitur iob. iij. capi q̄ homines qui habitant domos luteas consumentur velut a tinea. vbi dicit Gregori⁹ luteas domos habitamus: cum in terram corpora nostra subsistimus. Quarta separatio est. quando exit de ergastulo post q̄ compleuit suam penam anima vtitur corpore: sicut captus vtitur carcere vt posuit plato. vnde tantam posuit libertatem post separationem q̄ quidam eius discipulus se interfecit: vt posset videre illius status pulchritudinem secundum q̄ recitat Augustinus de ciuitate dei. Vnde anima prophete cognoscens se inclusaz in illo carcere ait in ps̄. Educ de custodia animam meam. id est de carcere ad confitendum nomini tuo. Me inquit expectant iusti donec retribuas mihi. Et illam separationem sic assimilatam describit. sapiens ecclesiastes. xij. dicens: Memento creatoris tui antequam reuertatur puluis in terram suam: vnde erat et spiritus redeat ad deum qui fecit illum ꝛc. Secunda consideratio II. cōsideratio est. quot sunt genera mortis. Et dicitur q̄ sunt quattuor. quarum scilicet Prima est corporis que causatur ex separatione anime a corpore. Secunda est B anime que causatur ex separatione gratie ab ipsa. sicut enim anima viuificat corpus sic gratia animam. Tertia est. mors temporalis que causatur ex separatione hominis a statu seculi. tales enim vt religiosi reputantur mortui. Quarta est mors eternalis que causatur ex separatione glorie eterne a qua anima separatur per peccatum quia illa vita dicitur eterna. Nota q̄ prima mors est a nobis ad memoriam repetenda. quia eius memoria maxime cohibet hominem a peccatis ꝛ animat ad virtutes Vnde dicitur ecclesiast. vij. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua ꝛ in eternū non peccabis. Secunda mors est a nobis sup oīa detestanda. q̄ non inducitur nisi per peccatum mortale: quod est pcius secundum se q̄ eterna damnatio. vnde eleazarus doctor optimus dicit se magis permitti velle esse in inferno q̄ diuinam legem transgredi: vt habetur. ij. machabeo. vi. cap. De illa morte ait beatus Jaco. in cano. sua. i. ca. Pctm̄ cū ꝓsumatū fuerit generat mortē

Tertia mors est a nobis affectualiter veneranda. qꝛ omnes qui ista morte moriuntur eo ipso reges celi constituuntur vt habetur Matth. v. cap̄. de relinquentibus mundum. vbi dicitur. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsoꝝ est regnū celorum. de qua morte ait apostolus col'. iij. Mortui em̄ estis ⁊ vita vestra abscondita est cum christo Quarta mors est semper pertimescenda. quia sola illa est a qua nullus perpetuo resurgere potest. de illa loquitur Jo. apoc. xx. di. Infernuꝫ et mors missi sunt in stagnū ignis ⁊ sulphuris. hec est mors scd̄a. Et in diebꝫ illis querent homines mortē ⁊ nō inuenient ⁊ fugiet mors ab eis. Tertia cōsideratio est: q̄ꝫ seuerum est mortis iudicium. Dicendū est ꝙ quattuor sunt illa q̄ declarant ꝙ sit seuerū. ⁊ Primuꝫ est ꝙ illud iudiciū est vniuersale. nullus enim excipit̄ a snīa mortis lata cōtra primum hominez ꝑm Aug. vnde xp̄s nec sibi nec mr̄i in hac pepcit. Jō dixit dd̄. i. R. xiij. Om̄es morimur ⁊ q̄si aqua dilabimur sup terrā que nō reuertit̄. Scd̄m duꝝ est ꝙ illud iudiciū est ineq̄le. qꝛ si om̄es moriremur in vltima etate vel in prima videret̄ esse snīa equa. sed qꝛ taꝫ iuuenes q̄ꝫ senes tā bonos q̄ꝫ malos: īmo vt plurimum meliores ledit citius. vr̄ iniustuꝫ iudiciū eius. ꝓpter qd̄ dicit sap̄. eccl's. ij. Morit̄ doctus vt indoctus. Tertiuꝫ duꝝ est. qꝛ illud iudiciū est irreuocabile qꝛ nullus pōt a tali snīa appellare ꝓpter iudicis summitatē: nec ipse vult indulgere cuiq̄ꝫ: vt docet Aug. in questionibus no. ⁊ ve. te. ꝓpter qd̄ dic̄ apl's ad heb. xiij ꝙ statutū est om̄ibus hoībus semel mori

III. ꝯsideratio

C

Tertia quia habet puritatẽ in suo cõtactu: quia licet tangat corpa inq̃natiua non tamẽ inquinat̃ ab eis: sicut de alijs corpibus dic̃ sapiens Eccle. xiij. Qui tetigerit picem inquinabit̃ ab ea: ⁊ qui cõmunicauerit superbo induet superbiam sed lux solis licet cuz immũdissimis misceat̃: non tamẽ inquinat̃ ab illis. Ista ꝓprietas maxime in beato Ludouico floruit: quia licet in delicijs mundanis nutritus fuerit: tamẽ aĩam suã seruauit immunẽ: vt de eo dicat sapiens Eccle. xxxi. cap̃. Qui potuit transgredi ⁊ nõ est trãsgressus: facere mala ⁊ nõ fecit. Quarta q̃ habet velocitatẽ in suo cursu: q̃ lucis radius transit in tempe imꝑceptibili ſm qd̃ dicunt perspectiui. vel ſm philosophũ in instanti: q̃ non est aliq̃s corporis motus ita velox cũ celuz velocissime moueat̃: qd̃ declarat dñs di. Math. xxiiij. Sicut fulgur exit ab oriente et paret vsq̃ in occidentem ita erit aduentus filij hominis: ⁊ accipit̃ hic fulgur ꝓ claritate. Ista ꝓprietate floruit btũs Ludouicus: q̃ velociter ꝑfecit cursum suũ: quia iuuenis incepit: ĩmo a primeuo etatꝫ sue ⁊ iuuenis cursum suũ ꝑfecit: vt de eo dicat̃ illud Sap̃. iiij. Cõsumatus in breui expleuit tempa multa. placita enim erat anima illi⁹ deo ꝓpter hoc ꝓperauit eduicere illum de medio iniquitatũ. Quinta quia habet subtilitatẽ in suo transitu. Nam radius solis transit ⁊ penetrat corpora diaphona sine diuisione aut fractione: patet nõ solũ in cristallo ⁊ vitro: verũ in aqua igne ⁊ aere q̃ sunt elemẽta: et trãseunt celos inferiores ⁊ penetrant cũ solis radij illuminant mundũ: vt pro tanto dicat sapiẽs Sap̃. vij. Mltiplex subtilis disertus mobilis incoinquinatus. Ista ꝓprietas fuit in beato ludouico: q̃ fuit tante actiuitatis et acutissimi ingenij vt subtilitates altissimas theologie discuteret et aꝑperiret: ita vt eius scientia potius videret̃ diuinit⁹ infusa q̃ humanitus acquisita: vt pro eo dicat sapiens Sap̃. viij. cap̃. Juuenis ⁊ acut⁹ inueniar in iudicio ⁊ in cõspectu potentiũ admirabilis ero ⁊ facies principũ mirabunt̃ me. Sexta quia habet cõmunitatem in suo effectu: quia omib⁹ vniuersaliter cõmunicat̃: et cum sit res preciosissima nũq̃ vendit̃ vel emit̃ aut diuiditur: nec minus participat̃. Ideo de se dicit Eccle. xlij. ca. Sol illuminans ꝑ omnia respexit. Ista ꝓprietas fuit in beato Ludouico: quia virtute pietatis ita cõmunis erat pauꝑibus: vt infatigabiliter sua ⁊ se eoꝝ obsequijs se manciparet. sciebat em̃ illud esse apl̃i. i. ad Thimo. iiij. Pietas ad om̃ia vtilis est. Septima quia habet nobilitatẽ in suo gradu. Est em̃ nobilior qualitas sensibilis que sit in vniuerso ꝓ eo q̃ est obiectũ ꝑfectissimuz potentie sensitiue vtputa visus: que ĩter ceteras potẽtias felicitabit̃ ĩ patria Luce. x. ca. Beati oculi qui vident que vos videtis: dico eniz vobis q̃ multi ꝓphete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis ⁊ non viderunt. Istam ꝓprietatẽ habuit beatus Ludouicus: qui ſm carnem ex parte patris de nobilissimo genere regum francoꝝ traxit originẽ: vnde natus est sctũs Ludouicus rex. ⁊ ex parte matris fuit de nobilissimo genere reguz vngarie: vñ fuit sctã Elizabeth: que regna sunt altissima nobilitate ⁊ cõsecrata sanctitate: fuit etiã initiatũ illud regnuz vngarie a sanctissimis ꝑsonis: quia primus rex ibidem fuit sanctus stephanus. Secundus sctũs Ladislaus. Tertius sanctus Henric⁹ et cũ tãte fuerit celsitudinis nõ tamẽ est dedignatus in infima se collocare multitudine pauperꝝ. s. fratruz minoꝝ: vt in tãta multitudine de ipo dicat̃ Judicũ. viij. ca. Unus ex eis quasi filius regis. Circa scd̃am ꝑtẽ insistẽdo. s. de lucis ṽtute. Dr̃ q̃ est multiplex: q̃ p̃mo habet virtutẽ assecuratiuã: nam homines sũt multum timidi in nocte ꝓpter

carentiã lucis. vnde rex Salomõ ꝓpter timorẽ nocturnum custodiri faciebat lectum suũ Cant. iij. ca. Lecculũ salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel omes tenentes gladios: et ita reddit causaz ꝓpter timores nocturnos iõ dicẽ ꝓpheta ps. ciij. Exibit hõ ad opus suũ z ad oprationẽ suaz vsq; ad vesperã. Hanc virtutẽ habuit beatus Ludouicus: quia cum de vita cõmuni z statu religiosoz et prelatoruz multi vacillarent iste omnes assecurauit dum vitam communẽ habitũ religionis: et officiũ prelationis in se assumpsit z portauit. ij. Paralip. xx. Credite in dño deo vestro et securi eritis: credite et ꝓphetis eius. i. sanctz eius z cuncta vobis venient prospera.

A Sedo habet virtutem expulsiuaz bestiaz: vnde dicit ꝓpheta ps. Posuisti tenebras et facta est noz: in ipa ptransibũt omnes bestie silue: catuli leonũ rugientes vt rapiant et querant a deo escaz sibi: ortus est sol: z congregati sunt: z in cubilibus suis collocabuntur: et non soluz luz terret bestias: sed etiaz homines malos Job. xxiiij. Si subito apparuerit aurora arbitrant vmbrã mortis: z sic in tenebrz quasi in luce ambulant. Hanc virtutem habuit beatus Ludouicus. quia sic xps per miracula sue resurrectionis induxit terrorẽ incredulis: vt testant euangeliste sic beatus Ludouicus per potentiã miracula ꝓ exterruit infideles Act. v. cap. Vt autẽ audierunt hos sermones magistratus templi et principes sacerdotũ ambigebant de illis: quid nam ficret.

Tertio habet vim letificatiuaz: quia sine luce non potest homo esse ler? Thobie. v. ca. Quale gaudiũ mihi erit qui in tenebris sedeo: et lumen celi non video: quia in lumine est intensa delectatio Ecclesiastes. xi. Dulce es lumẽ z delectabile est oculis videre solem. Hanc virtutẽ habuit beatus Ludouicus in cozuscatione miraculoruz ex quibus non solum letificauit sanctam matrẽ ecclesiam et religionẽ: sed etiam singulariter domuz regiam francoruz vt ei competat quod de pueris dicitur Danielis. iij. cap. Tunc hij tres. s. ecclesia: religio: z domus francoz: quasi ex vno ore laudabant z glorificabant dominũ. Quarto habet vim contristatiuã: quia sicut oculus sanus letificatur ad lucem: sic oculus eger tristatur: patet in debilitate oculoz vespertilionis: et noctue ꝓpter visus debilitatem. Hanc virtutem habuit beatus Ludouicus qui oculos habentes sanos et sanas mentes habentes letificat: z malos habentes oculos. s. peccatores contristat di. cum apostolo. ij. ad Corinth. vij. cap. Si contristaui vos: non me penitet.

Quinto habet vim manifestatiuam. Nam que in tenebris sunt occulta in luce sunt manifesta: et sine lumine nihil cla rescit Ephes. v. cap. Omnia autem que arguũtur a lumine manifestant: oẽ em quod manifestatur lumen est. Hãc virtutez habuit beatus Ludouicus in sua doctrina et predicatione: quia per clarã sapientiam manifestabat occulta peccatoz tunsione penitudinis Prouer. xiij. Testis fidelis non mentietur. Et infra: liberat animas testis fidelis. Sexto habet vim obfuscatiuam: quia luz est excellẽtissimũ visibile: z iõ visum obfuscat patz de respicière rotã solis Eccle. xliij. Sol exurẽs montes radios igneos exsufflans z refulgens radijs suis obcecat oculos. Hãc ꝓtutẽ habuit btũs Ludo. in eo ꝙ tam excellentissima z splendida ꝓtutis opa faceret vt multos sanctos in merito trãscẽderet vt ex ꝓfunda hũilitate cum ꝓpheta dicat psal. xxi. Ego sũ vermis et non homo obprobrium hominuz et abiectio plebis cum tantus et talis esset. Septimo habet vim generatiuaz omnia eniz que in terra fructificant germinant virtute solis: qui suam influentiam defert per lucem: z vbi non lucet sol non germinat terra Matthei. v. cap'o. Solem suum oriri facit super bonos et malos. Hanc virtutem habuit beatus Ludouicus qui propter deuotionez miraculoruz a se factoruz multos filios deo in religione fecundauit z genera uit

vt ipsa religio di. beato Ludouico cum abraam Geñ.xij. Bene sit mihi ꝓpter te vt viuat aīa mea. i. fama ob gr̄am tui et de his oībus dicit btūs Ludouic⁹ eccle sie sctē dei cū ꝓpha ps̄ xxiij. Hec ē gene/ratio querētiū dñm querētiū faciē dei ia cob: cui⁹ quesitionis nos ꝛc̄. Amē.

De Angelis.

Laudate eum omnes angeli eius ꝛc̄. ꝓpheta in ps̄.cxiij.metro. ij. Volendo loq̄ de angelis. Primo loquendū ē de eis q̄ntum ad eoꝝ creationē. Secūdo q̄ntum ad eoꝝ casum seu cōfirmationez.

Tertio q̄ntum ad cōfirmatoꝝ ordinationē. Circa p̄mū occurrūt octo consi/derationes. Prima est qñ angeli fuer̄t creati. Dicenduz est ꝙ non in tempe: qꝛ nondū erat temp⁹: sed fuerūt ista q̄ttuor creata simul: natura angelica que spūa/lis est: celū empirreū: materia p̄ma q̄ttu/or elementoꝝ ex quib⁹ facta sunt omnia corpalia: ꝛ tempus. ꝛ de istis intelligit̄ il lud Eccle.xviij. Qui viuit ineternū cre/auit om̄ia simul. i. corpalē ꝛ spūalē natu ram. nec obstat illud Eccle.i. Prior om/niū creata est sapīa: qꝛ intelligit̄ de natu/ra angelica que p̄mo creata est non tem pore sed dignitate. Scd̄a cōsideratio est vbi angeli fuerint creati. Dicendū ꝙ in celo empirreo s̄m Bedā: qd̄ est celuz splendidū ꝛ igneū nō calore sed splendo re. Istd̄ celū empirreū factū est simul cū angelis in quo ꝛ ip̄i facti sunt nec est il/lud celū qd̄ videm⁹ in quo sunt stelle qd̄ dicit̄ firmamentū: qꝛ illud nō fuit factuz simul cū angelis in p̄ncipio: sed scd̄a die vt d̄r Geñ.i. Nec huic sn̄ie. s. ꝙ angeli fa cti sūt ī celo empirreo: obstat illud Esa. xiiij. dicēs. Ascendaz in celū ꝛ sup astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamēti in lateribꝫ aquilonis ascendaz sup altitudinem nubiuz: et ero similis al tissimo ꝛc̄. quia celum ibi accipit̄ ꝓ equa litate dei ad quā lucifer volebat ascende re. Tertia cōsideratio est: quales fa/cti sint angeli a principio. Dicendum ꝙ quattuor fuerunt eis data Primo sim plicitas in essentia: qꝛ non sunt diuisibi/les nec materiales. Scd̄o discretio in subsistentia: qꝛ singulares ꝛ personales.

I. consi/deratio

II. con/sidera.

III. cō/sidera.

Tertio intelligētia cū sapia qꝛ habue runt intellectū: memoriā: ꝛ volūtatē seu dilectionez. Quarto libertas in arbi/trio: quia potuerūt ad bonū siue malum sine corruptōe ꝛ violētia incliari. Quī to vite īmortalitas qꝛ sunt incorruptibi/les ꝑ naturaz. Sexto nature bonitas quā non ex ꝑtutibus sed in sua creatiōe acceperūt in qua bonitate omnes fuerūt creati equales. Quarta est si fuerunt vniformes in p̄ncipio sue creatiōis. Di/citur ꝙ in aliquibus fuerunt vniformes ꝛ in aliq̄bus difformes. Vniformes fue runt qꝛ om̄es spūs immortales sunt: sed in tribus erāt difformes. Primo quia alij alijs in essentia erant subtiliores.

IIII. cō/sidera.

Scd̄o: qꝛ erāt alij alijs in sapia ꝑspi catiores. Tertio qꝛ erāt alij alijs in li bertate honorabiliores nec minor liber/tas arbitriū auferebat alicui q̄n liberuz arbitriū haberent vt possent bonū ꝛ ma/lū libere opari. Quinta est: quā scien/tiā in p̄ncipio sue creationis habuerunt Dicendū ꝙ ip̄i sciebāt. Primo ꝙ facti erāt. Scd̄o a quo facti erant. Ter/tio cū quo facti erant. Quarto sciebāt aliqualr̄ q̄d appetendū ꝛ q̄d fugienduz ex quadā imꝑfecta noticia dei ꝛ seinui/cem diligebāt sed non meritorie dilige/bāt. Sexta est vtrū ꝑfecti vl̄ imꝑfecti fuerint angeli creati. Dr̄ ꝙ ly perfecti ac cipit̄ tripl̄r. Primo s̄m temp⁹. s. qd̄ habz q̄cq̄d tempus req̄rit: ꝛ isto modo angeli ante lapsū fuerūt ꝑfecti. Scd̄o s̄m natu/rā. s. ꝙ habeat q̄cq̄d requirit sua natura gl̄ificata. ꝛ hoc mō fuerūt angeli post cō firmationē ꝑfecti ꝛ ante non. ꝛ hoc mo/do sunt ꝑfecti qm̄ sunt sctī in p̄ria. Ter/tio ꝑfectū simpl̄r. s. qd̄ habet oēm perfe/ctionē: ꝛ q̄cq̄d aliud habet ꝑfectionē ha/bet ab ip̄o. ꝛ h̄ modo est ꝑfect⁹ solus de⁹

V. cōsi.

VI. con/sidera.

Septīa est si angeli mali fuerint p̄scij sui casus ꝛ boni sue cōfirmatiōis. Dr̄ ꝙ boni aliquā p̄sciam sue cōfirmatiōis ha/

VII. cō/sidera.

buerunt: sed mali suũ casum non p̃sciue/
runt. Vel dicendũ ꝛ forte melius: ꝙ neu
VIII cõ ter suuꝫ euentũ p̃sciuit. Octaua est si
sidera. inter creationẽ angeloꝝ ꝛ confirmatiõeꝫ
bonoꝝ ꝛ auersionẽ maloꝝ fuit aliq̃ mo/
ra. Dr̃ aũt ꝙ nõ sed statim q̃ fuerũt crea/
ti boni fuerunt cõuersi ꝛ cõfirmati. mali
aũt auersi ꝛ puniti: sꝫ bene fuit aliq̃ mo/
ra: sed multum breuis inter creationem
angeloꝝ ꝛ auersionẽ ꝛ cõuersionẽ. Cir
ca scd̃m. s. circa cõuersionẽ bonoꝝ ꝛ auer
I. consi/ sionẽ maloꝝ occurrũt q̃ttuor considera
IIII. cõ deratio tiones. Prima est qualr̃ aliq̃ angeloꝝ
sidera. ꝑmanserũt ꝛ aliq̃ corruerũt. Dicendũ est
ꝙ mox angelicis spiritibꝫ creatꝫ ꝛ in sua
natura nõ in alia stãtibꝫ aliq̃ eoꝝ p̃uenti
dei gr̃a nõ cooꝑante q̃ iustificat impios:
qꝛ impij nõ erãt sed cooꝑante sine q̃ crea
tura ꝑficere neq̃t: deo ꝑ charitatẽ adhe/
serũt qua adhesione cõfirmati sũt ꝛ btĩfi
cati intantum ꝙ male agere nequeũt: et
ꝓpter hoc ꝯm btm̃ Greg. liberũ arbitriũ
nõ ꝑdiderũt. Alij autẽ a deo se ꝑ odium
auerterũt q̃ auersiõe facti sunt dãpnati
et mali: et totaliter dampnati intantum
V. cõsi. ꝙ nunq̃ bene agere possunt. et non mi/
nus liberũ arbitriũ ꝑdiderũt. nec valet
excusatio si dicat ꝙ ip̃i culpabiles nõ fu/
erũt cũ eis deus suã gr̃am operantẽ sine
q̃ nemo ꝑficere põt nõ donaret: qꝛ ꝛ si ꝑ/
ficere sine ea nõ valebãt: poterãt tñ illi in
II. con/ sue nature puritate ꝑsistere: nec deũ odi
VI. con sidera. re ꝛ tandẽ dei gr̃am expectare quã deus
penitus cõdonasset. Scd̃a considera/
tio est de ruina maloꝝ. vbi sciendũ est ꝙ
malorũ angeloꝝ ruentiũ fuit aliq̃s ma/
ior alijs: nec eo maior inter remanentes
q̃ dicit lucifer elatus sup̃bia inflatꝰ inui/
dia: ait Esa. xiiij. Ascendã in celũ ꝛ po/
nã sedẽ meaꝫ in aq̃lone ꝛ silis ero altissi/
mo. q̃ statim cũ suis sequacibus inter q̃s
ꝛ de maioribꝫ ꝛ de mĩoribus erãt in istũ
caliginosum aerẽ deiectꝰ est nõ dimissus
stare in celo q̃ locus amenꝰ est nec in ter/
ra ne nos nimis molestaret: sed in aerem
ip̃e ꝛ sequaces sui deiecti sũt ꝛ ibi dimis
VII. cõ/ si vt nos exercitarent. Nihilominꝰ eorũ
sidera. aliqui ꝛ forte alternatĩ in infernũ ad ani

mas maloꝝ cruciãdas descendunt. ipse
vero lucifer primũ adam temptando in
paradiso: postea xp̃m in deserto tempta
uit a quo deuictus: eiectus est in inferno
ꝛ dicit ligatus vsq̃ ad tempa antichristi
quo tempe soluendus est et ad temptan/
dum hoĩes vires maximas recepturus.
postq̃. s. impleti fuerit mille anni de q̃bꝫ
dicit in Apocal. xx. ca. Vidi angeluꝫ de
scendentem de celo habentẽ clauẽ abissi
ꝛ cathenã magnam in manu sua et ap/
prehendit draconeꝫ serpentem antiquũ
qui est diabolus ꝛ sathanas ꝛ ligauit eũ
annos mille ꝛ misit euꝫ in abissuꝫ ꝛ clau
sit ꝛ signauit super illum vt non seducat
amplius gentes donec consumentur anni
mille ꝛ post hec oportet illum solui mo/
dico. Et sciendũ: ꝙ sicut in bonis ange/
lis et homĩbus est prelatio vsq̃ ad finẽ
mundi post quẽ euacuabitur omis prela
tio: quia alij alijs presunt: ita est in de/
monibus prelatio vsq̃ ad tempus illud
. s. finem mũdi ꝛ alij alijs sunt maiores:
sed maiores de maioribꝫ vitijs temptãt:
ꝛ minores de minoribꝫ. sed cum aliquis
eoꝝ a sancto viro in alicuius vitij tem/
ptatione deuincit amplius temptãdi de
illo vitio non habet potestatẽ. multuꝫ er
go lucrant sancti homines vitioꝝ tem/
ptationibus resistendo: ex quo de isto vi/ III. con
tio amplius non temptant ꝛ auferunt a sidera.
diaboli potestate. Tertia considera/
tio est quã potestatẽ demones habẽt du/
cendi nos ad operandum. Dicenduꝫ ꝙ
ex subtilitate nature vel ex tempoꝝ lon/
ga experientia vel ex reuelatione bono/
rum angeloꝝ quam deus aliquãdo per/
mittit fieri faciunt opera mirabilia intã
tum ꝙ videntur creare: vt patet in arti/
bus magicis: quas per ip̃os ad malorũ
exitiũ et bonoꝝ exercitiũ deo permitten
te operantur. Nam magi pharaonis ser
pentes creare videbãtur. nec tamẽ in ve/
ritate creabant: quia hoc solius dei est:
sed rationes seminales per ip̃m deuꝫ in
materijs concreatas per sui ingenij sub
tilitatẽ assumentes: ꝛ alijs elementis ra
rioribus vel spissioribus vt expedit com

miscentes videbantur creare serpentes: necnon alias facere operationes ꝛ h̄ deo ꝑmittente vt dictum est: quia sciniphes magi pharaonis facere nequiuerunt: qꝛ deus hoc demonibus non permittit ꝓpt̄ quod magi videntes sciniphes a deo factos per Moysen dixerunt Exodi. viij.

IIII. cõsidera. Digitus dei est hic. Quarta consideratio est: si angeli vel demones habent corpus. Et dicit Augusti. super Genes. ꝙ om̄es angeli habent corpora de subtilissimo aere q̄bus ad agendũ non autez ad patiendũ habiles erant: que corpora adhuc remanẽt in angelis bonis: in malis autẽ quia eiecti sunt in aerẽ grossiorẽ: grossiora corpa inde assumpserũt in quibus a supioribus ꝛ actiuioribꝫ elemẽtis cuiusmodi sunt ignis ꝛ aer pati possunt Alia opinio ꝛ modernoꝝ doctoꝝ: est angelos esse incorporeos: sed cũ ad nostruz ministeriũ in specie visibili ꝛ corpea aliquãdo veniunt: hoc est, quia corpus deo prepante assumunt: per istum modũ deus pluribus sanctis apparuit: ꝛ tamẽ deum patet esse incorporeũ: nec vnq̄ alicui ſm essentiã suaz apparuisse que inuisibilis ꝛ immaterialis est: quia deũ nemo vidit vnq̄: vt habet Johis. i. Circa tertiũ. s. de ordinibꝫ angeloꝝ occurrunt septem considerationes. Prima est: quid est ordo angeloꝝ. Dicendum est ꝙ ordo angeloꝝ est multitudo celestiũ spirituuz qui in aliquo munere gratie assimilãtur sicut in naturalium donoꝝ ꝑticipatione conueniũt. Scda est: qui sint ordines angeloꝝ. Dicit̄ ꝙ tota multitudo angeloꝝ distinguit̄ in tres partes siue ordies vt in eis similitudo trinitatis exprimat̄.

Prima ierarchia est triũ ordinũ scilicet: seraphin: cherubin: throni. Scda dñationũ: pricipatuũ: potestatuũ Tertia: virtutũ: archangeloꝝ: ꝛ angelorum. Et notandũ ꝙ hec nomina non ad eorũ sed ad nostrã noticiã angelis ſm munera gratiaꝝ sunt imposita: vnde superiori ordini impositũ est nomẽ a supiori virtute. s. charitate: vnde seraphin interpretat̄ ardor. Scdo ordini impositu est nomen a scda virtute. interpretat̄ em̄ cherubin plenitudo scientie: ꝛ sic de alijs superioribus. Throni dicunt̄ sedes dei: quia ſm beatũ Gregoriũ tanta dei gratia implentur: ꝙ in eis sedere deus dicit̄: et per eos iudicia discernunt̄. Dñationes dicũtur: quia p̄ncipatus ꝛ potestates trãscẽdunt. Principatus dicunt̄: quia suis subditis que sunt agenda disponũt ꝛ agendo diuina misteria principant̄. Potestates dicunt̄: quia aduersarias v̄tutes speciali officio expellunt. Virtutes vocant̄ signa ꝛ miracula specialiter faciẽtes. Archangeli dicunt̄: quia ad maiora nunciãda mittuntur. Angeli: qui ad minora. Istas gratias licet alij alijs habeaut excellentius: nec tamẽ taliter quin omnes ardeant charitate ꝛ polleãt scientia ꝛ sic de alijs. Nec est putãdũ ꝙ supiores in oĩbus donis p̄ ceteris nõ polleãt: qꝛ nõ dicunt̄ cherubin sciam habere excellẽtius q̄ seraphin: sed ecõuerso: vñ nõ est faciẽda comparatio alicuius ordinis ad supiores q̄s in oĩbus donis p̄cedũt p̄cipue in isto cui⁹ vocabulũ tenẽt qd̄ est excellentius oĩbus sequẽtibꝫ donis. Tertia cõsideratio est: si erãt isti ordies a p̄ncipio creatiõis angeloꝝ. Dicendũ ꝙ nõ habebãt adhuc charitatẽ dei ꝓpter quã fit ordo seraphin: nec sciam ꝓpter quã fit ordo cherubin ꝛ sic de alijs. Nec obstat ꝙ apl's Ephe. vi. assignat in reprobis duos ordines di. Nõ est nobis colluctatio aduersus p̄ncipes ꝛ ptãtes ꝛ aduersus mũdi rectores tenebrarũ haꝝ cõtra spũalia nequitie in celestibꝫ: qꝛ hoc nõ dic̄ ꝙ in illis ordinibꝫ sint vel fuerint: sed qꝛ fuissẽt si ꝑstetissent cũ sue nature subtilitate: et sui ingenij ꝑspicacitate eis ordo ꝛ nomẽ ꝛ gr̄a a q̄bꝫ ordo dicit̄ ꝛ nomẽ ordis assignat⁹ fuisset. Quarta cõsideratio est: si oẽs angeli eiusdẽ ordinis sũt equales. Dicendũ ꝙ sic̄ in ordie apl'oꝝ alter altero est excellẽtior: sic in vno ordie angelorũ alij alios excedũt. Lucifer em̄ de superiori ordine erat ꝛ tñ si ꝑstitisset alios eiusdẽ ordinis excessisset. Quita quo ad extra mittẽdos: vtꝝ. s. oẽs mittantur.

III. considera.

IIII. cõsidera.

V. cõsi.

Dicendū est ꝙ angeli supreme ierarchie innuūt voluntatez dei illis de media ierarchia: ⁊ illi de media illis de infima: et illi de infima nobis. ita ꝙ illi supremi ab aspectu dei nunq̄ recedūt ſm Dionisiū iuxta illud Dan. vij. Decies centena milia assistebāt ei. Nec obstat illud Esa. vi Volauit ad me vnus de seraphin. exponit Dioni. ꝙ isto nomine vocabat̄ ꝓpter officiū quod gerebat. scz quia venit incēdere ⁊ inflāmare Isaiaz charitate: quia supremi medijs: ⁊ medij infimis ⁊ infimi nobis ministrāt ⁊ nunciāt. Omnes em̄ ſm apostolū ad Hebre. i. sunt administratorij spirit⁹. Nec hoc obstat: quia ex speciali concessione ⁊ gratia de maioribus sunt missi quādoq̄ extra. Michael em̄ qui interp̄tat̄ vt deus. Gabriel qui īterpretat̄ fortitudo dei. ⁊ Raphael q̄ interpretat̄ dei medicina de maioribꝫ esse dicunt̄. ⁊ tamen ad extra quandoq̄ sunt missi: vt patet multipliciter in scriptura

VI. considera. Sexta cōsideratio est: de custodia quā habēt angeli de nobis. Vbi sciendū est ꝙ quilibet homo habet vnū angelū bonū ꝓ custodia sui ⁊ vnū malū pro exercitio: q̄ licet om̄es angeli nos custodiant: tm̄ ille qui est alicui specialr̄ deputat⁹ habet de eo curā specialē. Et silr̄ est de demonibus ad expugnandū. Et notandū ꝙ oportet vnū angeluz custodire plures hoīes simul vel vicissim vel successiue q̄ maior est numer⁹ hoīm q̄ angeloꝝ bonoꝝ ⁊ ꝑ cōsequēs cū solū hoīes electi ascendere debeāt ad numeꝝ angeloꝝ et ꝑ ꝯns numer⁹ oīm hoīm ē maior q̄ nūerus oīm angeloꝝ cū numer⁹ bonoꝝ excedat numeꝝ maloꝝ: sic g̊ intelligitur.

Primo ꝙ vn⁹ angelus silr̄ custodiat plures hoīes: nec ꝓpter hoc tollit̄ q̄n q̄libet homo habeat angelū specialē: sicut licet vn⁹ abbas det̄ plr̄ibus monachis: q̄libet tm̄ monachus dicit̄ habere suū specialez abbatē. Scdo ꝙ vn⁹ angelus custodiat vnū hoīem tm̄. Et illo mortuo dat̄ alteri hoī ad custodiā: q̄ pōt esse ꝙ plures vel tot sūt angeli boni vel mali q̄ om̄es hoīes in eodē tp̄e viuētes. Septima est si angeli ꝓficiāt in cognitōe. Dicēdū est ꝙ illi q̄bus datuz est vacare misterio trinitatis nō ꝓficiūt: q̄ ſm Grego. quid est quod nesciūt q̄ videntē omnia vident illi autem qui non vacant trinitatis misterio: sicut sunt minores angeli ꝓficiunt in cognitione: vt patet de misterio incarnatiōis: qd̄ angeli minores non perfecte intellexerūt vsq̄ ad ascensionē ⁊ apl'orū p̄dicationē: ꝟbi inrarnationē iuxta illud apl'i ad Ephe. iij. di. que sit dispēsatio sacramēti abscōditi a seculis in deo q̄ creauit oīa vt innotescat p̄ncipatibꝫ ⁊ ptātibus celestibꝫ ꝑ eccl'iam multiformis sapientia dei ſm p̄finitōem seculoꝝ. Sup̄ q̄ dic̄ Augu. Angelice dignitates p̄fatū misteriū cōplete nō intellexerūt donec cōpleret̄ passio xp̄i ⁊ apl'oꝝ p̄dicatio ꝑ gentes est dilatata: quod Hiero. dicit intelligendū esse de angelicis dignitatibꝫ inferioribꝫ q̄ non vacāt misterio trinitatis: vt dictū ē. Qui ista voluerit videre probata ad scd̄m librū sententiarū recurrat di. ij. ⁊ cōsequenter vbi magister tractat de angelica natura Amen.

De angelis: Sermo secundus

Runt sicut angeli dei in celis Math. i. c.

Qui vult bene loq̄ ⁊ ītelligere linuagium aliqd̄ oportet cōuersari cum loquētibꝫ tali linguagio aliter nō posset scire linguagiū illud. ideo in Joh. d̄r. Quō hic lr̄as scit cū non didicerit. Charissimi linguagiū angeloꝝ est ꝟbū dei. isto eniz linguagio vtunt̄ in celo deū laudādo ps̄ cxlviij. metro. ij. Laudate eū oēs angeli eius. Et ꝑ ip̄os deus loquit̄ ⁊ dicit nob̄ voluntatē suaz Apocal'. i. Significauit de⁹ q̄ oportet fieri cito loquēs ꝑ angeluz suū seruo suo Johāni. Et iō q̄ vult loqui vtilr̄ ⁊ intelligere ꝟbū dei debet cōuersari cū angelis. mod⁹ aūt cōuersandi cū eis ē hr̄e sctāz ad sup̄iora affectionē ⁊ deuotā orōnē. ⁊ iō ī p̄ncipio nr̄i ſmōis eleuabim⁹ mētes nr̄as ad sctōs āgelos ⁊ loco orōis reginā āgeloꝝ deuote salutabim⁹ d. Aue ma. ⁊c. Ert̄ sic āgeli ī cel' vbi s. d̄r

cõiter z vidimus frequẽter q̃ pſone ſimilis conditionis ſũt eiuſdẽ cohabitatiõis z diſſimilis cõditiõis nõ ſũt eiuſdẽ hĩtatiõnis. Nã Pariſi⁹ ſcolares diuerſaꝝ facultatũ ſeu cõditionũ vt artiſte z legiſte: boni ſcolares z mali nõ habitãt libenter in eodẽ hoſpitio. Nõ em̃ cõcabit lupus cũ agno: ſic nec pecõr cum iuſto. Deꝰ etiam non libẽter habitat i ꝛ corpe ſubdito peccatis: q̃ deus z pecm̃ nõ ſunt ſilis cõditionis. que em̃ conuẽtio eſt xp̃i ad belial Nõ vniuerſalis ad oĩa iſta eſt: q̃ vnũ quõq; naturaliꝛ trahit ad ſuũ ſimile z fugit ſuũ diſſimile. Eſt igit verum q̃ pſone ſimilis cõditionis libenter ſũt eiuſdez cohabitationis. modo ita eſt ſm Greg. in omel. de decem ꝛginibus: q̃ bone perſone z ſancte in hoc mũdo habent conditiones ſimiles angelis: quod ſic oſtendit per ipm. Nam nouẽ ſunt ordines angeloꝝ teſtante ſacro eloquio. Dicimus em̃ vt pãtet in miſſa in p̃factionib⁹: angelos: archangelos: ꝑtutes: poteſtates: p̃ncipatus: dñationes: thꝛonos: cherubin: z ſeraphin. Et nota q̃ ad quẽlibet iſtoꝝ ordinũ aliq̃ homines ſunt deputati z cõtinue aſſumunt ſm diuerſas conditiones ſeu pfectiones hominũ diuerſoꝝ angelorum diuerſoꝝ ordinũ aſſimilantiũ. Quidam em̃ homines ſunt q̃ cuſtodiunt ſeipſos fideliꝛ a peccato mortali: z non ſolum ſeipſos cuſtodiunt: ſed z alios quos ſciũt peccare corrigũt z inſtruũt: exhites etiã in periculo excitant ne labant: hanc conditionẽ habẽt cũ angelis: q̃bus etiã hoc officiũ eſt cõmiſſum: z ideo in ipſoꝝ ordine locabunt: z continue tales conditiones habẽtes collocant. vnde Hiero. Singli habem⁹ ſingl̃os angelos: quoꝝ officiũ eſt excitare nos: ne per pecm̃ cadamus. tõ ỹ. Reuerſus eſt angel⁹ q̃ loquebat in me q̃ſi virũ qui ſuſcitat de ſomno Itẽ ſũt alij ꝑfectiores q̃ oĩa reliquerũt ꝓpter xp̃m: vt intelligãt z doceãt verbũ dei: z tales hñt conditiões ſilez archãgelis: q̃b⁹ hoc officiũ eſt cõmiſſuz: vt annũciẽt alta miſteria fidei. z hij in iſtoꝝ ordine locabunt: vñ de archãgelis z de talibus Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiã z legem requirãt ex ore eiꝰ q̃ angel⁹ dñi exercituũ eſt. Itẽ q̃dã ſunt ita ꝑfecti z diuites in fide z op̃ib⁹ q̃ faciũt in vita ſua miracula: curãt diuerſas infirmitates: z tales hñt cõditiões ſilez ꝑtutibus q̃bus ſpecialiꝛ eſt cõmiſſum: vt diuerſa faciãt miracula z curẽt diuerſas infirmitates z languoꝛes: vñ Thob. ij. Miſſus é angel⁹ ſcũs raphael vt curaret eos. ſ. thobiã z ſarã: z iſti in iſtoꝝ ordine locabunt. Itẽ q̃dã ſũt ita feruidi z deuoti in oꝛone z continua contẽplatõe: vt etiã venia impetrẽt pecõrib⁹ z demones expellãt ab obſeſſis corp̃ib⁹. z hij ſilitudinẽ habẽt cũ ptãtib⁹ q̃b⁹ eſt cõmiſſum vt imperẽt demonib⁹ z ipſoꝝ coherceãt poteſtatẽ: vñ Dan. vi. Deus meꝰ miſit angelũ ſuũ z cõcluſit oꝛa leonũ tẽ. Et tales in iſtoꝝ ordine locabunt. Itẽ ſũt q̃dã q̃ in puritate conſcie z ſcitate vite: etiaz ceteros bonos tranſeẽdũt. Et hij habẽt ſilem cõditionẽ p̃cipatib⁹ p̃cedẽtes virtutes z ptãtes i ꝑfectõe: vñ ỹ. Exo. xxiij Angelus meus p̃cedet te. Et hij in p̃cipat⁹ ordie locabunt. Itẽ ſũt aliq̃ q̃ cũctis vitijs dñant: hñtes plenã de ſeipſis poſſeſſionẽ: corpꝰ em̃ in talib⁹ nõ videt reſiſtere rõni. Et tales habent cõditionem ſimilẽ cũ dñatiõib⁹ q̃ inferioꝛib⁹ q̃dãmodo dñant: vñ ỹ. Judicũ. ij. Aſcẽdit angelus dñi de Galgalis ad locũ flentium z ait. Eduxi vos de egipto z introduxi in terrã ꝓ q̃ iuraui pribꝰ vr̃is. Et iſti in dñationũ ordine locabunt. Itẽ ſũt alij q̃ in cõſcia ſua continue deũ portãt: ita vt nihil cogitare vel agere velit: niſi q̃d eſt placitũ legi diuie. et hij hñt cõditionẽ ſilez cũ thꝛonis in q̃b⁹ deꝰ reſidet: vñ ỹ. Apoca. vij. Angeli ſtabãt in circũitu thꝛoni. Et hij in thꝛonoꝝ ordie locabunt. Itẽ ſunt aliq̃ ita ſapia diuia repleti z claritate: q̃ nullꝰ põt cũ eis cõuerſari: quẽ nõ illuminent. Et tales habent ſimilez conditionem cuz cherubin qui dicunt plenitudo ſcientie: vt dicit Act. xij. Angelꝰ dñi aſtitit z lumẽ refulſit in habitaculo carceris. z hij in cherubin ordie reponent. Itẽ ſũt alij ita ardẽtes in dilectõe dei q̃ nullũ ſa

porem inueniūt nisi in deo ⁊ semp̄ volūt cōtemplari diuina. Et hi sunt sil'es seraphin q̄ ardētes dicunt ⁊ p̄ desideriuz in deū eleuant. vt dr̄ Judicū. xiij. Angelus dñi pariter in flamma ascēdit. Et isti in seraphin ordine locabunt. Sed heu ⁊ ve illis q̄ nullā istaꝝ habent conditionū: sz ve illis adhuc magis q̄ nec habēt nec se non habere dolēt. Habemus ergo duo.

Primū est: q̄ p̄sone sil'is conditiōis libenter cohabitāt simul. Scdm est: q̄ bone p̄sone in mundo isto habēt conditiones sil'es cū angelis. Et ideo sequit q̄ in alio mūdo erūt sic̄ angeli dei. Et hoc dicunt v̄ba p̄posita. p̄mo. s. Erunt sic̄ angeli dei in celis: vbi angeloꝝ tangit triplex p̄fectio Prima q̄ ip̄i sunt in clara cogitatōe ibi. angeli. Scda q̄ ip̄i sunt de aptissima potestate: ibi dei. Tertia q̄ ip̄i sunt de perfecto opere: ibi in celis. Istas autē tres p̄fectiones p̄mittit deus his q̄ angelis in ip̄oꝝ choris sociabunt: qr ip̄i replebunt v̄itate sicut angeli: ipsi erūt p̄fecti in charitate dei ⁊ ip̄i nos adducent in securitatem in celis. Nā i mūdo isto ab angelis aliq̄d vtilitatis habere debemus. Et iō nota s̄m Dionisiū. q̄ s̄m eoꝝ triplicē conditionē ⁊ p̄fectionez tria in nobis bona ⁊ vtilia opant. s. illuminādo: purgando ⁊ p̄ficiendo. ⁊ hoc p̄ ip̄oꝝ sapiam: amicitiā: ⁊ potentiā. Sed quantū ad primū s̄m Augu. est aduertēdum q̄ in angelis est duplex cognitio. s. matutina ⁊ vesp̄tina. Vesp̄tina est naturalis cognitio eoꝝ qr natural'r sunt substantie cognitiue: eo q̄ sp̄uales ⁊ immunes a materia. oēs em̄ sūt admīstratorij sp̄ūs carētes pedib⁹ ⁊ manib⁹ ⁊c̄. Sp̄ūs carnē ⁊ ossa nō hz vt dr̄ luc̄. xxiiij. Tales autē sunt natural'r cognitiui: qr oīs intelligentia scit etiā quod est supra se ⁊ infra se: vt inq̄t auctor de causis: vnde angeli ista cognitōe sciūt verba ⁊ opera nostra: sed nō cogitatiōes cordis: qr sol⁹ deus intuet cor. Neq̄z etiā futura contingētia sicut diē iudicij. De die illa nemo scit neq̄z angeli ⁊c̄. vt dicit in euāgelio. Alia cognitio est cognitio matutina: ⁊ ista est in eis p̄fectior: qua cognoscunt res i verbo ⁊ ip̄am essentiā diuinā: qr cognoscunt sic̄ volūt ⁊ q̄cq̄d volūt. āgeli em̄ eoꝝ i celis semp̄ vidēt faciē patris Math. xviij ca. Vñ ⁊ ista cognitōe possūt cognoscere cogitatiōes cordis p̄ reuelationē. Sz vide quare iste cognitōes possūt simul esse ratio est: qr sunt ordinate natural'r ad beatitudinē. Sed nota q̄ multi habēt cognitionē ⁊ sensum naturalē quē non ordināt ad beatitudinē: imo habēt sensū ita ordinatū ⁊ occupatū circa tp̄alia: q̄ nullam aliā cognitionē de deo vel saltem de salute aīe habere possunt. tales sil'es sūt talpe: que q̄dīu est sub terra optime scit se regere: sed super eā stati suū regimē amittit. sic isti ad negotia ⁊ tractatus mūdiales optime sciūt se regere ⁊ oēm cautelā inuenire. sed positis eis extra terraz neq̄z de consciētia neq̄z cōfessiōe ⁊ de dilectione dei sciūt aliqua vt bestia. sz sancte p̄sone totā suā sciam ⁊ sensum naturalez ordināt ad btitudinē ⁊ ad seruitiuz xp̄i sicut angeli. Angeli em̄ accesserūt ⁊ ministrabāt ei Math. iiij. Quō autē angeli suā cognitionē ad btitudinē ordinent in p̄mo ope q̄d circa nos exercēt clare patet. Nā tenebras erroꝝ a nobis expellentes de sacris fidei articulis nos illuminant. ⁊ de hoc habet figura Gen̄. xxviij. Vidit iacob scalā in somnis stantez sup̄ terrā: ⁊ cacumē eius tangēs celū ⁊ dominū innixū scale ⁊ angelos ascendētes et descēdētes. Jacob luctator significat hominē in lucta fidei existentē: ⁊ mundi luctator q̄dīu est in lucta: nō reportat triumphū: sed post luctā sicut homo q̄dīu in mūdo nō reportat p̄fectū triūphuz de diabolo: q̄ semp̄ nitit nos tēptare sz post mortē reportabim⁹ p̄fectā victoriā Gen̄ xxxij. Luctabat cuz eo vsq̄z mane. s. vsq̄z ad ortū solis iusticie. Iste vidit scalam. i. fidē qua ascendim⁹ ⁊ ad deū accessū habemus. Tot aūt gradus sūt in hac scala q̄t sunt fidei articuli. hāc vidit Jacob. qr fidelis. nam fidelis credit eis que nobis de fide p̄ angelos reuelata sunt. Hec autem scala stat sup̄ terrā: qr fides ē de his

que naturali ratione attingi non possūt aliter non esset fides. vel saltem nō habe ret meritū vt dicit Gregori⁹. Fides non habet meritū: vbi humana ratio ꝑhibet exꝑimentum. Cacumen eius tangebat celū ⁊ nō vltra celū transibat: quia fides in patria euacuabit. Et ꝑ hanc scalā angeli ascēdētes ⁊ descēdētes. angeli enim ascendunt portātes orōnes nostras ⁊ bona opera coram deo. ⁊ descendūt ad nos misteria fidei ⁊ gratie que vidēt in deo nobis reuelādo. Nam ꝑ hoc ad nos mittuntur vt illuminent nos in fide: et ī his que ad nostrā salutem ꝑtinent. Unde si quis de fide temptat vel de his q̄ ad suā pertinent salutē: deuote roget deuz vt sibi mittat angelos ad eum confortandū: ne a fide totaliter euellat. quod si deuote fecerit statiz sibi mittent: vt di. Esa. xviij Ite angeli veloces ad gentē euulsā. Sequit. cum eleuatū fuerit signū in nationibus videbitis ⁊ clangorē tube audietis. Gens euulsa sunt qui de fide temptant. Sed nota ꝙ arbor quando scindunt rami circa eam: non ꝓpter hoc morit: sz magis in altum crescit: quia min⁹ dilatat: sed quando euellunt radices necessario moritur. sic homo est arbor Math. viij Uideo homines velut arbores: nūc autem homo aliquādo temptat tribulatione: quia scindunt rami sui id est bona tēporalia amittit: moriunt amici filij et filie: ⁊ ꝓpter hoc non morit ꝑ desperationē sed frequēter per contemptū terrenoruz qꝛ sibi remanent radices fidei crescit: si bene in fide est fundatus: sed quādo tēptat de fide periculū est ne totalr euellat ⁊ ideo tali velociter mittuntur angeli ad confirmandū ipm in fide Esaie. liiij. dic Paupcula tempestate conuulsa. Sequitur: fundabo te in saphiro. Sed nota ꝙ saphirus lapis est habēs celestē colorez: ⁊ significat fidē que est de celestib⁹. Itez venenosa interficit: maxime araneam in pixide. Nā si lapis ponat in orificio aranea non poterit exire: sz ibi moriet. sic fides veneno pcti ⁊ tēptatiōis applicata: hec est victoria q̄ vincit mūdū fides nostra. iō dicit: fundabo te in saphiro. i. confirmabo te in xp̄iana fide ⁊ hoc maxime in fine mūdi. s. in die iudicij. Nam vsqꝫ tūc totū erit absconditū: sed tūc totū erit manifestū ⁊ hoc est ꝙ dicit. Cū eleuatū fuerit ⁊c. Nota ꝙ sicut ꝑ signū cognoscit taberna ⁊ ꝑ vexillū rex: sic ꝑ crucē articulus passionis. hoc etiā eleuabit. qꝛ Michael ostendet in die iudicij crucē fulgētem: sicut dicit Crisos. ⁊ Apocal. vij. Uidi alteꝝ angelū ascendentē ab ortu solis habentem signū: ⁊ alij angeli portabunt alia signa. s. crucē: claues: lanceā: ⁊ xp̄us erit cū eis reddens vnicuiqꝫ ꝟm merita Mathi. xvi. Filius hoīs vēturus est in gl̄ia p̄ris cū angelis suis: ⁊ tunc reddet vnicuiqꝫ ꝟm opera sua. Sequit et clangorem tube audient: qꝛ ipe dn̄s in voce archāgeli ⁊ ī tuba dei descēdet de celo ⁊ tūc dicet malis. Discedite a me maledicti ī ignē eternū Math. xxv. O q̄ꝫ terribilis tuba: qꝛ tūc dicent mōtib⁹. Cadite sup nos ⁊c. Sz hec charissimi debemus aduertere ⁊ timere sic dic Hiero. Siue manducē siue bibā semp videt resonare in aurib⁹ meis ⁊c. qꝛ tūc sic de facili non cademus in pctm̄: ⁊ ad hoc nos iuuant āgeli ex ꝓprio officio ⁊ iō sequit ꝟm ꝙ sūt s. de magna ptāte dei. Circa qd̄ est aduertendū ꝙ custodia nobilis dom⁹ ⁊ debilis sed ab hostib⁹ obsessa nō libēter tradit nisi potētib⁹ custodib⁹: qꝛ cū fortis armatus ⁊c. Domus aūt nobilis est cōsciētia nr̄a: regia dom⁹ est vbi xp̄s remanere debet: sed in conscia nostra residere debet rex xp̄us ꝑ gratiā: sed hec domus est debilis valde: qꝛ solo īpudico aspectu a diabolo capit. Item est obsessa Job. xix. Obsiderūt in giro tabernaculū meum. Hāc aūt domū deus custodie angelorū tradit: vt d̄r in ps̄. Angelis suis de⁹ mādauit de te ⁊c. sequit ergo ꝙ sunt fortissimi angeli ⁊ potentissimi qd̄ patet in ope qd̄ circa nos exercent. nā tunc gaudent cum in statu penitētie nos vidēt: vt d̄r in euāgelio. Gaudiū est angelis super vno pctōre ⁊c. Et vt istud gaudiuz obtineat fortissime pugnāt: sic di. Joh. Apoca. xij

Factū est p̄liū magnū in celo michael ꝛc̄ vsq̄ nō p̄ualuerūt. Per celū intelligo cō sciam vbi de⁹ q̄escit sic̄ in celo. ps̄. Dn̄s in celo sedes ei⁹. ꝛ rō huius est: qꝛ de celo nihil nouim⁹ nisi ꝑ stellas: sic de conscia nisi ꝑ bona opa. Preliū in hoc celo ē tur batio conscie ꝑ cōsensuꝫ in pctm̄. qd̄ q̄dē est destructio stellaꝝ hoc est bonoꝝ opeꝝ Vn̄ d̄r pauloante in eodeꝫ cap̄. ꝙ draco habebat capita septē cornua decem: ꝛ in capitib⁹ suis septeꝫ diademata: ꝛ cauda sua trahebat tertiā partē stellaruꝫ celi et misit eas in terrā. Septē capita sunt se ptem pctā mortalia de q̄b⁹ draco tēptat. sed cū ista capita destruunt̄: statiꝫ draco morit̄ in conscia ꝛ aīa ab eo liberat̄ Vbi est aduertendū ꝙ ista capita nō destruū tur nisi inspiciendo ad decem p̄cepta dei Septē diademata sūt septē victorie q̄s frequēter diabol⁹ habet de septē peccatꝭ mortalib⁹ in q̄bus hoīes vincit. Vnde cauda q̄ regit pudēda est deceptio q̄ te gendo vilitatē pctī trahit tertiā partem stellaꝝ. i. bonaꝝ opationū qꝛ bona opa fa cta in pctō mortali sūt ꝑdita: vt elemosy na facta ꝓpter inanē gl̄iam. Sequitur tertiū vbi ostēdit̄ ꝙ ipi sūt de ꝑfecto ope qꝛ adducūt nos ad securitatē ꝛ h̄ cū d̄r in celis. Et hic ē aduertēdū ꝙ celū est isti⁹ ꝓtutis ꝙ ligat elemēta terrā in aquam: aquā in aerē: aerē in ignez ꝛ trahit vnū qd̄q̄ ad locū suū naturalē ꝛ sibi cōueniē tē. sic recte est de angelis. ligāt eniꝫ aīas cū deo et hoc ꝓbat̄. qꝛ dic̄ Bern̄. ser. sup can. Discurrit angel⁹ medi⁹ iter dilectū ꝛ dilectam: inter spōsum ꝛ spōsam refert huic dona. refert huic vota: excitat illam placat istū. Itē ducūt aīas ad locū natu ralē. scꝫ ad p̄ncipiū sue originis cōducen do ad celū. ij. Coꝝ. v. Scimus em̄. qm̄ si terrestris dom⁹ nr̄a hui⁹ habitatiōis ꝛc̄ vsq̄ in celis. Ad qd̄ celū nos ꝑducat ꝛc̄.

De sancto Francisco Sermo prim⁹.

c Onuersus vidi ī medio septē cādelabroꝝ simi lē filio hoīs Apoca. i. ca. Cō uersus ꝓpheta Zacharias leuauit ocl̄os suos ꝛ vidit q̄ttuor q̄drigas egredien tes de medio duoꝝ montiū Zach. vi. cap̄ Iste quattuor q̄drige significāt quattu or ordines in eccl̄ia precipuos de medio duoꝝ montiū egrediētes. Nā in se clau dunt scripturaꝝ obseruantiā vtriusq̄ vi te. s. actiue ꝛ contemplatiue: vtriusq̄ ho minis innocentiam ꝛ iusticiā: ꝛ vtriusq̄ testamenti. s. veteris ꝛ noui. harū autem quadrigaꝝ quattuor sunt aurige prudē tissime. s. quattuor ordinum primates. Basilius Bn̄dictus Augu. ꝛ Francis. qui figurati sunt in scriptura ꝑ quattuor pueros ambulantes in fornace illesos. Daniel̄. iij. ca. Et in istis quattuor quar tus figurabat beatū Franciscū ꝓ quo ac cedit qd̄ scribit̄ Aggei. ij. ca. In dieb⁹ il lis assumā te Zorobabel serue meus dic̄ dn̄s ꝛ ponā te vt signaculū quia ego ele gi te. de quo puero dixit Nabuchodono sor Dan̄. iij. cap̄. Spēs. iiij. sil̄is est filio dei. Fuit etiā sil̄is aquile volanti ꝓpt̄ cel situdinē contēplationis. Jō btūs Jo. spi ritu ꝓphetico irradiatus ꝓtulit di. Con uersus vidi ꝛc̄. in q̄b⁹ verbis introducit btm̄ Franciscū vt sequestratū a mūdo et in abdicatione terrena per sedulitatem speculatiōis ibi. cōuersus vidi ꝛc̄. vt con sumatū in bono in exercitatōe ꝑfecta per ꝓprietatē meditatiōis ibi in medio septē candelabroꝝ: vt configuratū xp̄o in assi milatione expressa per cōformitatem cru cifixionis ibi: sil̄em filio hoīs ꝛc̄. Cir ca p̄mū: tūc cōuersus vidi. quasi di. apte tante perfectionis est vita btī Francisci qui sic est elongatus a seculo: sequestra tus a mundo. ꝙ non possum ip̄m cōtem plari nisi auertam visum meū a terrenis ꝛ total̄r ad ip̄m sicut ad quoddā celum spūale me cōuertā cū ꝓpha q̄ dicit Zach. ij. cap̄. Et leuaui oculos meos ꝛ vidi et ecce vir ꝛ in manu eius funiculus messo rum viuens castitate. i. tenens funiculuꝫ ꝛ offerens nobis cordā refrenatiōis. Fu niculus corda est btī Fransciscī ad refre nandum corpus proprium. hoc funicu lo mensus est Judeam et Hierusalem. id est viros iustos actionis ꝛ contēplati

onis qui fuerũt in hac religione. Si vis legere in libro pfectionis. vide beatum frãciscũ q̃ fuit ille liber quẽ vidit Ezech ij.cap̃. Vidi inquit et ecce manus missa ẽ ad me in qua erat liber inuolutus qui erat scriptus intus z foris. Vere beat⁹ Franciscꝰ fuit liber cõmendãde religionis z vere pfectiõis scriptꝰ intus p virtutũ varietatẽ z foris p stigmatũ impressionẽ. In isto libro erãt scripte lamentationes pcõrũ z reprobis cõtumaciꝫ pdicate. carmẽ conuersoꝝ z penitentiũ diuina gra coopante. z ve. ſ. eterne dãpnationis p dãpnatoꝝ tenacitate: sed probdolor multi sunt q̃ nolũt auerti a crimine vt videant celestia. sed cũ presbyteris inueteratis in diebꝫ malis auerterũt sensũ suum: z declinauerũt oculos suos ne viderent celũ vt nõ recordarenk iudicioꝝ iustoꝝ Dañ. vlti. ca. Circa scõm notandum: q̃ ꝓphetas medij naturalis ẽ participare naturã extremoꝝ. z btũs Johes vidit btm̃ Franciscũ in medio septẽ candelabroꝝ aureoꝝ tanq̃ si suã pfectionez sumeret z fm aliqd ꝓtutũ ꝓformis vtriusq̃ fieret. Per septẽ cãdelabra aurea itelligo vniuersitatẽ sctõꝝ q̃ septez sctõꝝ ordibꝰ distiguunk. Primũ cãdelabrũ significat choꝝ angeloꝝ. Scõm prophetaꝝ. Tertiũ pfiarchaꝝ. Quartum apl'oꝝ. Quintũ martyꝝ. Sextum confessoꝝ. Septimũ virginum. Qui ordies dicunk septẽ ꝓpter sui perfectionẽ: q̃ in septẽnario dieꝝ vertit⁹ omnis orbis: sed dicunk candelabra ꝓpter illustrationẽ mundi: aurea ꝓpter dilectionẽ dei. Et vidit eum moyses sicut firmamentũ in medio aquaꝝ. i. temptationuꝫ Geñ. i. ca. Et iosue vidit eũ sicut solem i medio celi ꝓpter virtutũ efficatiã Josue x. ca. Et Dauid vidit eũ pdicantẽ in medio eccl'ie ꝓpter doctrine solicitudinẽ ps̃ xxi. In medio ecclesie laudabunt te. Et Ezechiel vidit eũ sicut splendorẽ in medio animaliũ ꝓpter vite refulgentiam Ezech. i. cap̃. Et Joh. euangelista: vidit eũ tanq̃ altez filiũ hois in medio sctõrũ oim ꝓpter pfectionis eminentiã Apoca. ꝓmo ca. Conuersus vidi sil'em filio hominis vestitũ podere z precinctũ ad mamillas zona aurea. vere btũs franciscꝰ fuit confirmatus in oge bono. in medio cãdelabroꝝ. i. ommũ sctõꝝ: quia habuit cũ angelis integritatẽ inocẽtie. cum patriarchis felicitatẽ obediẽtie. cũ ꝓphetis spm̃ pdicentie: cũ apl'is copiã pauptatis z indigentie: cũ martyribus soliditatem patientie: cũ confessoribꝫ austeritatẽ penitentie: cũ virginibꝫ sinceritatẽ pudicitie. Hee sunt septẽ mulieres que a ꝓphenderũt virũ vnũ: z septẽ lucerne super candelabraꝝ vnũ Zach. iij. ca. Vidi z ecce candelabꝝ aureũ totũ: z lampas eius sup caput ip̃ius: z septẽ lucerne oznãtes celũ z septẽ stelle in dextera Apoca. i. ca. z hẽbat i dextera sua septẽ stellas. Circa tertiũ notãduz q̃ oẽs scti accedunt ad deũ sicut mali ab eo recedunt. z fm Augusti li. viij. de trini. Accessus ad deum non fit passibus sed affectibꝫ. z inq̃tum sctũs accedit ad deũ fit ei sil'is. sed btũs franciscus sigilla xp̃i in sua carne ferens xp̃o similis factus est: quia non solũ vulneratus fuit sicut alicꝫ fuisse dicunk: sz cũ xp̃o coꝛporaliter z realiter fuit crucifixus. Charitas em̃ fm Dionisi. li. de diui. no. habet virtutẽ mutatiuã: z conformatiuã amantis in id quod amat. hinc ör. Sic trãsformat coꝛ amantis in id q̃ amatur Ut p membra foris ꝓtus ꝓrumpat amoris: vt merito sibi cõpetat illud Geñ. primo ca. Faciamus hoiem ad imaginez z sil'itudinẽ nostrã. Sed magz moraliter videam⁹ hãc sil'itudinẽ: dicit eñ Apoc. ꝓmo ca. q̃ iste quẽ vidit Johes euangelista erat vestitus podere z pcinct⁹ ad mamillas zona aurea: caput autẽ eius et capilli erãt candidi tanq̃ lana z tanq̃ nix z oculi eius tanq̃ flãma ignis: et pedes eius sil'es auricalco sicut i camino ardẽti: z vox illius tanq̃ vox aquaꝝ multaꝝ: z habebat in dextera sua stellas septẽ et de oze eius gladius acut⁹ ex vtraq̃ pte exibat: z facies ei⁹ sicut sol lucẽs in ꝓtute sua: z cũ vidisset cecidit ad pedes eius tanq̃ mortuus: z posuit dexteram suaz

super eum dicens: noli timere ego sum primus ⁊ nouissimus ⁊ viuēs ⁊ fui mortuus. ⁊ ecce sum viuens in secula seculorum. ⁊ habeo claues mortis ⁊ īferni. Et in istis describit̄ similitudo beati francisci ad xp̄m Et primo quantū ad fundamentū ꝑfectionis qd̄ est ꝓpositum ꝑseuerandi. ⁊ figuratur in veste poderis poderis em̄ est vestis que extendit̄ vsq; ad extremū corporis ⁊ significat perseuerantiam que extendit̄ vsq; ad finem vite. statim em̄ beatus franciscus in principio sue cōuersionis: vestiuit se podere. quia ꝓposuit vsq; in finem ꝑseuerare. similis illi qui edificauit domū suam sup̄ petram. Matth. vij. ca. Scd̄o q̄tum ad ligamentū dilectionis cum dicit̄: ꝙ erat p̄cinctus ad mamilas zona aurea. aurum em̄ est supremū omniū metalloꝝ ⁊ sic charitas est corona oīm virtutū. zona aūt sicut stringit oēs vestes: ita ⁊ charitas omnes virtutes. qꝛ est vinculū perfectionis Colo. iij. ca. Et erat zona circa mamillas. i. circa cor. qꝛ charitas est de corde puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide nō ficta. i. ad thimo i. cap̄. Tertio quantuz ad sinceritatem conscientie. ideo dicitur ꝙ caput eius ⁊ capilli erāt candidi tanq̄ lana alba et tāq̄ nix. Caput hoīs est mens eius: capilli descendentes: sunt cogitationes a mente descendētes. sicut ⁊ riuulus a fonte. ⁊ tunc caput hominis ⁊ capilli sunt candidi sicut nix ⁊ lana: cū mens est nitida ⁊ munda. ⁊ cogitatiōes sunt pure: qualis fuit beatus franciscus: qui ad statū innocentie fuit restitutus.

Quarto quantū ad sublimitatē intelligentie: cum sequit̄: oculi eius velut flāma ignis. Oculi hominis supioris: est rationis perfectio: qua intendit diuinis cōsilijs. Inferioris quando intendit humanis dispendijs. Ignis aūt inter oīmia elementa est altissimus ⁊ magis acutus ⁊ penetratiuus: ⁊ ita oculi beati francisci fuerunt vt flamma ignis: penetrātes non solū secreta hoīs sed etiam archana dei. preuidebat em̄ ⁊ p̄dicebat futura ⁊ secreta penetrabat misteria: vt merito sibi cōpetat illud Luce. i. ca. Propheta altissimi vocaberis. Quinto quantum ad patientiā in tribulationibus cum sequit̄ pedes eius similes auricalcho. i. affectiones. quoniam sicut pedibus corpus graditur: sic anima affectionibus mouet̄. et sic̄ auricalcū cū magꝫ ducit̄: magis lucꝫ ⁊ nullatenꝰ rubiginē contrahit: sic beatꝰ franciscus in camio aduersitatis existēs patiens extitit. Et dicitur ꝙ lucebat. sicut in camino ignis. ⁊ sic beatus franciscus ꝓpter suam patientiā fulget in celo Ideo dicit Aug. de ciui. dei. ꝙ sancti fulgebūt in celo vt auꝝ. Ideo cātat ecclesia. Fulgebunt iusti sicut sol in cōspectu dei.

Sexto quantū ad efficatiā orōnis ibi vox eius tanq̄ vox aq̄ꝝ mlt̄aꝝ. Clamor cordis est sicut vox: que sonat in aure dei ps̄. iij. metro. iiij. Voce mea ad dominū clamaui ⁊ exaudiuit me de mōte sancto suo ⁊c̄. Et hec vox aquas multas educit de oculis carnis gratiose influxionis de thesauris cordis. talis fuit beatus franciscus. Quis em̄ posset enarrare lachrymas: suspiria: ⁊ gemitus: ⁊ charismata gratiaꝝ sibi a largo datore influxarum virtute oratiōis donata. Ergo vox aquarum multaꝝ. vt de ipso dicat̄ illud. i. Regum. i. ca. Amaro animo orauit deū flēs largiter. Septimo q̄tū ad intentionē sue gentis. ibi. habebat ī dextera sua stellas septē per quas intelligo vniuersitatē sanctoꝝ fatrum sui ordinis. qꝛ sicut stelle sunt remote a terra ⁊ ī celo site ad decorem: sic anīe sanctoꝝ fratꝝ minoꝝ sunt a terrenis affectibus aliene ⁊ in celo ꝑ contemplationem fixe ⁊ in exemplū alijs attribute. ij. thim. ij. ca. Omnia sustineo ꝓpter electos: vt ⁊ ipsi salutem consequantur ⁊. ij. Coꝝ. i. Spes nostra firma est ꝓ vobis. scientes qm̄ sicut sotij passionum estis: sic eritis consolationum. Octauo q̄tum ad feruorem veteris ac noue legis predicationis. ibi: De ore eius gladius acutus ex vtraq; ꝑte exibat. quia beatus franciscus visus fuit cum duobus ensibus in moduz crucis in ore: ad denotandū ꝙ p̄dicatio sua ⁊ sermo suus scin-

debat a dextris. ne prospera deciperent: a sinistris ne aduersa frangerēt deorsuz ne terrena deciperent ⁊ vt sensum ad celestia dīna alliciant Hiere. i. ca. Ecce dedi verba mea in ore tuo: vt euellas ⁊ destruas: ⁊ edifices ⁊ plantes. Viuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti ad hebre. iiij. cap̄. Nono q̄tum ad exemplarem cōuersationē. ibi. Facies eius sicut sol lucens in virtute sua quia eius conuersatio claruit peccatoribus: vt exēplar ad animandū exo. xxv. ca. Fac scdm exemplar qd tibi ī mōte monstratum est; pficiētibus vt lux ad sequendum ⁊ ysaie. xviij. ca. Sicut lux meridiana clara est ⁊ Ecclesiastes. xi. Dulce lumē ⁊ delectabile est oc'lis videre solē. Decimo q̄tū ad imitationē ⁊ mutationē praue cōuersatiōis in bonā. ibi. ⁊ cū vidissez cecidi ad pedes ei⁹ tanq̄ mortuus: ad lr̄am. mlti vidētēs btm̄ frāciscū crucifixum corpe ⁊ mortuū mundo cadebāt ad pedes eius: mūdū ⁊ q̄ illius sunt ꝯtēnēdo: imitātes statū hūilitatis ei⁹ vt merito possit ipe b. fran. illud xp̄o dicere i. regū. xxiij. ca. Tu regnabis sup̄ israel. ⁊ ego ero tibi secundus scilicz ad reuocādum peccatores. Undecimo quantū ad confortandū in via dei pusillanimes. ibi: ⁊ posuit dexteram suam super euz dicens. Noli timere ⁊ Marci. vi ca. Ego sum nolite timere: confidite ego sum. et beatus franciscus dicit cū ps̄. Spera in deo ⁊ fac bonitatem ⁊ pasceris in diuitijs eius. Et illud ps̄. Jacta cogitatum tuū in domino. ⁊ ipse te enutriet. ⁊ non dabit in eternum fluctuationem iusto.

quez pater celestis genuerat eternaliter: ita quilibet sacerdos noui testamēti suo modo laudari potest: qz illud idez verbū qđ pater genuerat eternaliter idē hic cō secrauit z consecrat temporaliter. z ideo eius actio ratione termini aliquo mō est dignitatis infinite. z ideo pro eis intelligitur illud p̄ceptū exo. xxij. Dijs non detrahes z principi populi tui non maledices Tertia etymologia est sacra dās: quia ipse est xp̄ius minister sacramēto rum noue legis in quibus gratia cōtinetur. z iō dat sacra. Et notandū q septē sacramēta sūt noue legis: que a sacerdotibus ministrant. Primū baptismus. qz nisi necessitas sit ab alio mistrari nō debet. Scōm penitentia qz nullus alī absoluere p̄t Tertiū eucharistia quā nullus presumere debet ministrare p̄ter p̄m sacerdos. Quartū matrimoniū. qđ licet possit fieri sine foro ecclesie tñ nō debet fieri sine sacerdote. Quintū extre mavnctio. qđ ꝓferre nō p̄t nisi sacerdos Jaco. vltimo. Infirmat quis in vobis inducat p̄sbyteros ecclesie: z orent sup eum vngētes eū oleo in noīe dñi. Et sic dicit sacerdos q̄si sacra dans: qz quinq; sacra in quibus ꝓferr gra administrat. Alia aūt duo. s. confirmationē z ordinē ministrat eps. Et ideo. qz p̄pter ministeriū sacroz istud officiū est sume vtile hoibus. d. michas vbi thema. Nunc scio qz benefaciet mihi deus habēti leuitici generis sacerdotē. Quarta etymologia est sacris dei dat⁹. qz sacerdos dedicat z ꝓsecratur vt sit sacris dedit⁹ z nō secularib⁹. Est tñ notandū q sacerdos est sacris dat⁹ singulariter in celebratione diuine eucharistie. q̄ celebratio sublimat solēnitate qua druplici Prima quidē diuinaz p̄sonarum. qz sicut tota trinitas xp̄m incarnauit vt d. Aug. i. de trinitate: sic tota trinitas xp̄um ꝓsecrauit. quāuis sola verbi p̄sona sit hic ꝓsecrata sicut ibi incarnata. opa aūt trinitatis sunt indiuisa. qz dīne p̄sone sunt vbi opanť. iō hic est sūma solennitas p̄ntia dinaz p̄sonarū. Scōa est ex p̄ntia sctōz angeloz. q̄ se associant corpori xp̄i dñte Grego. in omelia pasce. Quis fidelīū dubiū habere posset ad sacerdotē vocē celum apiri z angeloz chos adeē in illo dīno misterio. Tertia est ex p̄ntia btāz aniaz. dicit em̄ hieronimus ꝓtra vigilantiū q aīe sctōz quoz reliquie sūt i eccl'ia comitank xp̄m i hūc mundū q̄tidie venientē. qđ nō fit coīter nisi in altari. z sic. d. q sciūt honores qui eis deferunk. Quarta est ex p̄ntia. be. virginis q̄ filiū suū hic credēda est socia re ex quo ceteri sancti ip̄m non deserūt. z ipa est regina virginū. de quib⁹ apoc. xiiij Hij sunt qui cū mulieribus nō sunt coīnq̄nati virgines em̄ sunt z sequuntur agnū quocunq; ierit. z si istud est virginū p̄uilegium beata virgo nō debet eo carere que quattuor solennitates inducunt nobis quattuor munitiones. Prima q fideles debent in summa reuerentia habere sacerdotes sicut et. b. franciscus. p̄sbyteros monuit p̄ cunctis reuereri quia ipsi sunt tantaz rerum administratores

Secunda q̄ fideles cum magna reuerentia z timore debent audire missas p̄pter reuerentiam diuinarum z sanctarū personarum. Tertia q sacerdotes debent cum mira contritione z deuotione ad istud misterium accedere. i. Corin. xi. Qui enim manducat z bibit indigne iudicium sibi manducat z bibit. Quarta q̄ sacerdotes debent libenter frequentare istud misterium. quia dicit beatus dionysius. libro ō eccleſiastica ierarchia q̄ dignis istud misterium confert sanctificationem. Cuius nos ꝛc. Amen.

De sacerdote nouo. Sermo. II.

Interroga sacerdotes legez. Aggei. ij. ℞m sententiam Hieronimi ad pauli nū offm̄ sacerdotis est qz interrogat⁹ de lege rñdere dz. z iō in hoc verbo ꝓphetico sacerdotalis p̄fectio est dupl'r descripta.

Primo vt illustrata veritate sapiētie inobfuscabiliter refulgentis. quia interrogat⁹. Nullus em̄ dubius querit certificari circa difficilia nisi a sapientibus.

deu tero. xxxij. Interroga patrē tuū z annunciabit tibi maiores tuos z dicēt tibi.

Scdo vt decorata equitate iusticie inobfuscabiliter regulantis: qz legē. lex em diuina est quedā rectissima regula vt dicit Aug. li. de vera religione. ideo dicitur de leui q fuit patriarcha sacerdotū veteris testamēti. Lex veritatis fuit i ore ei⁹ Malachie. ij. Quia vero circa sacerdorale officiuz versat sermo noster. iō de eo sunt. xij. misteria ꝓtemplanda. Primū q̄d est sacramentū. Et dicit q̄ est ordo primus in oīi ierarchia fm ordinez dignitatis qō declarat quadrupliciter.

Primo in humana policia. Antiq̄ em phi in ciuitatib⁹ distribuentes aliq̄d fm ordinē a natura inducti ꝓposuerūt sacerdotes. qz naturalis ratio dictabat. q̄ primū oportet vnūquemq̄ bene esse ordinatū ad deū qō fit p̄ sacerdotis officiuz. vt ptz. i. politicoꝝ. Scdo in eccl̄iastica ierarchia. qz in distributiōe eccl̄iasticoꝝ ordinū iste ceteris anteponit immediate post epos. ptz p Dion. li. de eccl̄iastica ierarchia ad hebreos. v. Oīmis nanq̄ pōtifex ex homi⁹ assumpt⁹ p̄ hoibus ꝓstituit in his q̄ sunt ad deū. Tertio in celesti ierarchia vbi primi angeli qui deo assistūt imediate sunt ibi loco sacerdotū. q̄ imediate p̄ seipsos ad deū accedūt p̄ populo orare vt dicit Dioni. li. de angelica ierarchia. Et ideo dicit apl̄us ad hebreos. i. Omnes sunt administratorij spūs i ministeriū missi: ꝓpter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Quarto in supcelesti ierarchia que est theartica. in qua sunt tantum tres persone diuine. quaꝝ fa habet dignitatem sacerdoralē. l. psona filij. qz p̄sona patris est consecrans. z non ꝓsecrata. persona filij est consecrans z cōsecrata. persona spūssancti est consecrata z nō ꝓsecrans. z ideo qz psona secunda habz q̄ sit cōsecrans z ꝓsecrata di. ꝓpheta. ps. cix. metro. v. Jurauit dñs z nō penitebit eum. tu es sacerdos in eternū fm ordinē melchisedech. Et ideo qz iste ordo in supcelesti ierarchia est primus dicit Josue. vi. q̄ sacerdotes p̄cedebāt populum cū archa testamenti dñi. vt sez ostenderēt populo viam terre p̄missionis. Et a simili debent sacerdotes euangelice legis cū archa sacraꝝ scripturaꝝ z fide p̄cedere populū xp̄ianū ad terram viuentiū quā peretbat ꝓpheta d. ps. cxli. Portio mea in terra viuentiuz. Scdm quid est sacerdotij signaculum Et dicit q̄ est caracter in anima sacerdotis a deo impressus cū ordinatur in calicis oblatione. quia christus dando calicem suis discipulis ordinauit eos sacerdotes. Marci. xiij. Est tamē notandū q̄ istud signaculū hz quatuor preclara insignia Primū est decoris inobfuscabilis. quare ornat animam spiritualiter. q̄d fuit figuratum in lamia aurea que fuit apposita capiti sacerdotz stantis ante altare dei zacharie. iij. Ponite cydarim super caput eius. Secūdum est valoris impreciabilis. quia istō signum non potest comparari alicui rei temporali ꝓpter eius valorem. ideo increpātur symoniaci circa hunc ordinem. iij. sniaꝝ. distin. xxv. Tertiū est vigoris inseparabilis. quia habet vim transsubstātiandi panez in veꝝ corpus christi: z vinū in sanguinē eius. in quo sacramēto transcendit potentiam rationalis creature. patet. iij. sniaꝝ. dist. xij. Quartum est tenoris indelebilis. quia non potest deleri aliquo scelere vel peccato h̄ caracter. nec etiam in inferno quāuis degradatus. Et ideo notandum q̄ si sacerdos mortuus resurgeret: sacerdos esset sine noua ordinatione. patet. iij. sniaꝝ. Jō dicit ysa. vltimo. Videbunt gloriam meam z ponam in eis signum. Tertium. quia est sacerdotis officium. Et dicitur q̄ est officium angelorum. sicut em̄ angeli in celesti ierarchia deo ministrāt z assistunt: sic sacerdotes in ecclesiastica ierarchia. vt multipliciter patet in sacra scriptura. ideo dicitur Malachie. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam z legem ex ore eius exquirent: quia angelus domini exercituum est. Est tamen notādum q̄ quatuor angeli signanter nominantur in sacra scriptura. Primus est

michael: cuius officiū est pro fidelibus decertare. Apoca. xij. Factum est prelium magnum in celo michael z angeli prelia bantur cum dracone: z draco pugnabat z angeli eius z non preualuerunt: neq; locus eorum inuentus est amplius in celo. z proiectus est ille draco magnus serpēs antiquus qui vocat⁹ est diabolus. Secundus est Raphael: cuius officium est populum sanare. qui tobiā antiquū a cecitate z vxorē Tobie iuuenis a demonio liberauit. ptz Tobie. viij. z vltimo capi.

Tertius est vriel cuius officiū est futura annūciare: et pro bonis opibus annūciare vitaz eternā z p malis suppliciū eternū. Math. xxv. Ibunt hij in supplicium eternum. iusti aūt in vitam eternam

Quartus est gabriel: cuius officiū est fidei misteria declarare. ptz luce. i. vbi de fide incarnationis mariā z totā eccl'iam instruxit. Ista q̄uor officia cuilibet sacerdoti z maxime curato iniuncta sunt. q̄a primo debet habere officiū michaelis. s. populū sibi creditum defensare. Jo. xix. Bonus pastor aiam suam dat p ouibus suis. Secūdo raphaelis. s. populū sanare p deuotam sacramentoz admistrationē. Jacobi vltimo. Infirmat⁹ q̄s in vobis introducat p̄sbyteros ecclie z oret super eū vngentes oleo in noie dñi z oratio fidei saluabit infirmū z alleuiabit eū dñs z si in peccatis sit remittēt ei. Tertio vrielis. s. futura p̄dicendo. i. penā z gloriam luce. xix. Designauit dñs z alios septuagintaduos z misit illos in omnē ciuitatem z locum quo erat ipse venturus Et parū infra. In quācūq; ciuitatē intraueritis z susceperint vos māducate q̄ apponunt vobis: z curate infirmos q̄ in illa sunt z dicite illis: appropinq̄bit in vos regnum dei. Quarto Gabrielis. s. de fide informando mar. vlti. Euntes in mūdum vniuersum predicate euangeliū omni creature: q̄ crediderit z baptizatus fuerit saluus erit: q̄ vero nō crediderit ꝺdemnabit⁹ z Jo. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua z spūsancto non p̄t introire in regnum dei. Quarta quāta est sacerdotis dignitas. Et dicitur q̄ in celesti ierarchia ordo seraphic⁹ est dignissimus fm Dionȳ. libro. de angelica ierarchia. Et sic sacerdotalis dignitas ptz. vt dī etiam iij. sniarū. distin. xxv. Et potest ostendi quadrupliciter. Primo ex habitudine ad ordines inferiores. quia episcopus cōferens ordines sacros incipit ab ordinibus infimis vsq; ad supremos gradatiz z vltimo tanq̄ in digniori in sacerdotio cōsumat. Secundo ex habitudine ad ordines superiores. s. episcopatum z archiepiscopatum quia non est dignior sacerdos q̄ epūs: sed econuerso. inquantū precise epūs. in eo em̄ q̄ est epūs habet potestatem super ecclesiam militantem in conferendo ordines sacros. z in docsolum excedit epūs sacerdotem: sed vt sacerdos habet potestatem supra corpus xp̄i verum consecrando eucharistiaz. ptz iij. sniaz. distin. xxij. Et in hoc sacerdos excedit episcopum. Tertio ex ordine sacramentoz. quia illa dignitas vel ordo qui versat circa nobilius vel dignius sacramentum est maior. sed pontificalis dignitas versatur circa ordines: z sacerdotalis circa eucharistiam. ergo maior. ptz per Dionȳ. libro de angelica ierarchia. ca. iij. Quarto ex ordine sacramentorum. quia xp̄s tanq̄ caput ecclie debuit poni in supremo ei⁹ ordine. deus aūt pater consecrauit eū in sacerdotē est em̄ ipe noster sacerdos z hostia. propter que cōparans Petrus hanc dignitatem regie mateſtati. d. i. pe. ij. Vos aūt genus electum: regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis. Quintū q̄ta est sacerdotis potestas. z dicitur q̄ est infinita. q̄ fm dicta sanctorum virtus infinita non sufficeret ad conficiendum eucharistie sacramentū. Sed notandū q̄ sacerdotis p̄as declarat⁹ fm quadruplicē gradum.

Primo potestas sacerdotis est maior q̄ potestas demonum: qui quidem habent potestatem incomparabilem. Job. xli. Non est potestas super terram que comparetur ei: qui nituntur claudere celum p̄opter peccata. Et sacerdos po/

rest aperire per penitentie sacramentuz. Et ideo datur ei potestas clauium in ordinatione cum caractere sacerdotali dum ab episcopo ordinatur. patz. iij. sententiarum. distin. xix. Scdo est maior prãe angelorum. quamuis enim vnus angelus possit mouere celũ fm sanctos. ij. sniaz. dist. xiij. non tñ posset vnum celũ ad terram trahere z tam cito sicut radi9 mittitur a sole. sacerdos aũt in suo misterio transfert verum corpus xpi glorioſũ de celo empirreo ad altare z ita cito sicut radius procedit a sole z magis patet. iij sententiarum. distin. xiij. Et est quid maius ducere xpm ad altare q̃ trahere vnũ celum. Tertio est maior potestate archangelorum. possunt enim archangeli angelos mittere fm dionisium libro de angelica ierarchia. sed sacerdos celebrãdo diuina: diuinam maiestatem trahit ad altare cũ comitiua angeloz z archangelorum immo multoz sanctorum z sanctarum fm Greg. in omelia pascali. Et patz. iij. sniaz. distin. xi. Quis fidelium dubium habere possit in ipa immolationis hora in vocem sacerdotis celum aperiri: z angeloz chOros adesse: z eodẽ momento in celum raptũ sacramentũ ministerio angeloz. hec Greg. Quarto potestas sacerdotalis est sicut potestas diuinarum pſonaz. quia tanta virtus requirit in transubstãtiatiõe: q̃ta in mũdi creatiõe: vt patz in allegata distin. z aplꝰ extollens hanc potestatem. d. hebre. xiij. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. i. angeli. Sextum quanta debz esse sacerdotiz puritas. Et dicitur q̃ summa in cuius signum lauantur accessuri ad altare vt di. Diony. libro de angelica ierarchia. ca. iij. Et dicit ibi etiaz q̃ summa purgatio est eis necessaria. quia de9 videt cui secreta cordis patent. Sz maxime debet habere sacerdos quadruplicem gradum humilitatis. Primo i cogitatu. vnde Diony. supra Accedentes ad eucharistiam purgandi sunt a leuioribus fantasijs. z sequitur. Homines inquinati sordidis cogitationibus ad hoc sacramentum digne non veniunt. Secundo in aspectu. vt. s. inboneste nõ aspiciant. Jdeo di. apostolus. i. coz. xi. Debz mulier velamen habere super caput propter angelos. i. ꝓpter altaris ministros. quibus non licet talia aspicere. Tertio in affatu. quia illo ore de quo verba ineffabilia procedunt. scilicz consecrationis non debet aliquid deboneſtari verbo turpi. quia de eodez fonte nõ emanat aqua dulcis z amara. i. coz. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala: z ideo dissolutus locutor in sacerdotio ꝓstitut9 dicere potest illud. ysa. vi. Ve mihi. quia vir polluti labijs ego sum. Quarto effectu. nam panis propositionis erat illicitus inquinato cum mulieribus. i. R. ij. dixit sacerdos Abimelech ad dauid: Habeo panem sanctum si mundi sunt pueri: maxime a mulieribus sez sumãt. Et multomagis corpus christi: qui est panis vite. Johannis. vi. Et quia talis puritas non habetur nisi a deo dicitur Malach. iij. Purgabit filios leui z colabit eos quasi aurum z quasi argentum. z erunt dño offerẽtes sacrificia i iusticia.

Septimum quanta debet esse sacerdotis veritas. Et dicitur q̃ cum veritas sit quedam lux ſpũalis fm ꝓphetam ps. xlij. metro. iij. d. Emitte lucẽ tuam z veritatez tuã: ipsa me deduxerunt z adduxerunt in montem sanctũ tuũ z in taberna cula tua: sic sacerdotalis ordo fm diony. libro de angelica ierarchia ca. v. est illuminatiuus z lucidus: ideo in cunctis sacerdotibus debet esse veritas pura. Et iõ notandum q̃ fides catholica que est veritas pura in quolibet sacerdote debet fulgere quadrupliciter. Primo vt ipsam fidei veritatem distincte cognoscat. quia licz simplicibus fidelibus sufficiat que sunt fidei credere vt tenet ecclesia. non tamen sacerdotibus sufficit. sed explicite tenenꝰ scire articlos fidei. z iõ eis di. Osee. iij. Quia tu sciẽtiã repulisti: repellã te: ne sacerdotio fungaris mihi z oblit9 es legis di tui: obliuiscar filiorum

tuoꝝ ⁊ ego. Scdo vt ipsam firmiter credat. qa nisi credant non intelligunt. ysaie. vij. Si non credideris non permanebis. Tertio vt ardēter ꝓ ipa pugnet ipugnādo sortilegia ⁊ auguria. sicut fecit mathathias. d. i. mach. ij. Et si oēs gētes regi antiocho obediūt. vt discedāt vnusq̄sq̄ a seruitute legis p̄rum suoꝝ. ⁊ ꝯsentiant mādatis eius. ego tñ ⁊ filij mei ⁊ fratres mei obediemus legi p̄rum nr̄oꝝ ꝓpitius sit nobis deus: nō est nobis vtile relinq̄re legē ⁊ iustitias dei ⁊ infra. Et zelatus est legem sicut fecit Finees filius zambri. Quarto vt ipsam fideliter doceat. qꝛ tenent̄ ex debito de fide instruere populū sibi cōmissum. Cuius figuram tenuit Ezechias: qui reduxit populum ad cultum dei destructa ydolatria. de q̄ dicitur. iiij. R. xviij. Fecit qd̄ bonum erat coram domino: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius ipse dissipauit excelsa ⁊ contriuit statuas ⁊ succidit lucos confregitq̄ serpentem eneū quem fecerat moyses. Octauum q̄ta debet esse sacerdotis charitas. Et dicitur ꝙ sicut ordo seraphicus in ecclesia triumphante est supremus: sic in ecclesia militante ordo sacerdotalis est supremus. et ideo sicut ordo seraphic⁹ ardet charitate: sic ⁊ sacerdotalis ardere debet. Et notandum secundum Augustinum libro de doctrina christiana ꝙ quattuor tenemur ex charitate diligere. Primo. deum qui supra nos est. Secundo nostram animam que est intra nos Tertio nostrum corpus quod est circa nos. Quarto nostrum proximū qui est iuxta nos. Primo sacerdos ⁊ super omnia debet diligere deum vt de multis beneficijs sit grat⁹ dicente Grego. super Matth. Cum em̄ augentur dona: rationes etiam crescunt donorum. Secundo. animam suam. vt ipsam non ledat alicuius sorde peccati. sed multi cum caractere sacerdotis suscipiunt caracterem bestie. Apoca. xiij. Faciet vt quicunq̄ non adorauerit imaginē bestie occidat̄: ⁊ faciet oēs pusillos ⁊ magnos diuites ⁊ pauꝑes ⁊ liberos ⁊ seruos h̄re caracterē. Tertio suū corpus. vt ip̄m seruet īmaculatuz. i. coꝝ. vi. Nescitis qm̄ corpa v̄ra templū sunt sp̄us sancti. ⁊ qui maculāt corpus inde deum expellunt. i. coꝝ. iij. Qui vulnerat tēpluz disperdet eum deus. Quarto suum ꝓximum. quia bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Joh. xix. Nonum q̄ta debet esse sacerdotis equitas. Et dicitur ꝙ eq̄tas est virtus que debet dirigere in iuditio ⁊ quia sacerdotes debent seruare eq̄tatem iusticie in foro penitentie. qꝛ iudices sunt animaꝝ ꝟm illd̄ morale dictū. Juste iudica ꝓximuz tuū. i. de proximo tuo. Jo. vi. Nolite iudicare ꝟm faciem sed iustum iudiciuz iudicate. Est notandum ꝙ sacerdos in tali iudicio debet agere ꝟm parabolam saluatoris Luce. xix. vbi dicitur ꝙ samaritanus appropians vulnerato alligauit vulnera eius infundens oleum ⁊ vinum. sic similiter sacerdos debet vulneribus peccatoris infundere Primo vinum increpationis: exprimendo diuinam iusticiam.

Secundo oleum suauis consolationis enumerando diuiuam benignitatez.

Tertio vinū diuine cōminatiōis si recidiuauerit in peccatis. Quarto oleū eterne retributiōis si ꝑseuerauerit. Et qꝛ ista ad sacerdotē spectāt dicit domin⁹ leproso luce. v. Vade ostende te sacerdoti. Sed notandum ꝟm Gregoriū libro pastoraliū. Necesse est vt manus mūda esse studeat que sordes lauat ⁊ ideo ministrātes sacramenta in peccato mortali: peccant mortaliter patet. iiij. sententiarum. distinctione. viij. capitu. de penitentia.

Decimum quanta debet esse sacerdotis pietas. Et dicitur ꝙ istud declarat apostolus. i. Thimo. iiij. Exerce autē te ipsum ad pietatem. quia ad om̄es vtilis est. Sed notandum ꝙ q̄ttuor sunt opera pietatis: circa q̄ sacerdos se exercere dz.

Primuz est sacramentoꝝ diuinorum spōtanea administratio prece vel precio nullo interueniente Mar. x. Gratis accepistis gratis date. Secundū suffragiorū spiritualium voluntaria cōmuni/

catio: qꝛ si in talibus occurreret preciuꝫ lepꝛam iezi sibi adaptaret: de qua dr. iiij. Regũ. v. Nunc igit accepisti argentum ⁊ accepisti vestes: vt emas oliueta et vineas oues ⁊ boues: seruos ⁊ ancillas: dixit Helizeus ad iezi: sꝫ ⁊ lepꝛa Naamã adherebit tibi ⁊ semini tuo que peioꝛ est heresi Symonis: de qua Act. viij. Cuꝫ vidisset Symon quia ꝑ impositionem manꝰ apl'oꝝ daret spũsctũs obtulit eis pecuniã dicens: Date mihi ⁊ hanc potestatem: vt cuicunqꝫ imposuero manꝰ accipiat spiritũ sctm: ⁊ dixit ei Petrꝰ. Pecunia tua tecũ sit in ꝑditionem. Tertiũ infirmoꝝ sedula visitatio: qꝛ tempore infirmitatis sunt introducendi Jaco. vlti. Infirmat qs in vobis ⁊c. Require supꝛa misterio tertio diuisiõe scda pede scdo. Jdeo in ꝑsona sacerdotis dic apl's ij. Coꝝ. xi. Quis infirmat ⁊ ego non infirmoꝛ. Quartuꝫ mortuoꝝ viscerosa sepelitio: qꝛ eccl'iastica sepultura ordinata est ꝓpter spem future resurrectiõis: vt tangit Dyoni. li. de eccl'iastica ierarchia sed dubiũ est ne aliq sacerdotes vera pietate careant sicut ille qui viso vulnerato abijt Lu. x. Undecimuꝫ quãta debet esse sacerdotis sanctitas? Et dr ꝙ si sacerdotes q comedere debebãt panes ꝓpositionis: habebant esse sancti: vt patet i. Regũ. xxi. Reqre supꝛa misterio. vi. pede. iiij. multo magis catholici sacerdotes quottidie angelicũ panẽ sumẽtes. s. xp̃m in eucharistie sacramento: de quo Joh. vi. Ego suꝫ panis viuus q de celo descẽdi. Sed notandũ ꝙ sacerdotes vete. testamẽti q̃drupl'r sctificabant. Primo quantũ ad vnctionẽ Exo. xxix. Tolle vitulũ de armento ⁊c. Et paꝝ infra. Oleũ vnctionis fundens suꝑ caput eius atqꝫ hoc ritu consecrabit. Scdo q̃tum ad cibationẽ: qꝛ eoꝝ cibaria dicebant sãcta: vt dicit in Leuit. Tertio q̃tum ad induitionez: qꝛ vestis sacerdotalis dicebat sctã Exo. xxviij. Faciesqꝫ vestẽ sanctam aaron fratri tuo in gloriam ⁊ decorem.

Quarto q̃tum ad habitationẽ: quia soli sacerdotes ingrediebant sctã sctõruꝫ in tabernaculo federꝫ Nume. iiij. Et sic sacerdotes noue legis spũal'r debent sanctificari. Primo q̃tu ad vnctionez: vt spũsctõ repleant. Scdo q̃tũ ad cibationem vt amenitatibꝫ celestibꝫ ꝑfruantur

Tertio q̃tũ ad induitionẽ vt honestꝫ moribus decorent. Quarto q̃tum ad habitationẽ: qꝛ sicut celestia tractant ita ⁊ celestem habitationez habere debent. Philip. iij. Nostra aũt cõuersatio in celis est. Jõ dr eis Exo. xix. Sacerdotes q̃qꝫ qui accedũt ad dñm sctificent ne percutiam eos. i. Coꝝ. xi. Itaqꝫ q̃cũqꝫ mãducauerit panẽ hunc vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit coꝛpis ⁊ sanguinis dñi.

Duodecimũ quanta est bonoꝝ sacerdotũ felicitas. Et dr ꝙ sicut sũt sacerdotes in eccl'ia militãte: sic erunt in triumphante Apocal'. vij. Sũt ante thronum dei. s. sacerdotes ⁊ seruiũt ei die ac nocte in templo eius. Et notanduꝫ est ꝙ in eoꝝ felicitate notant quattuoꝛ insignia.

Primũ dignitas incõparabilis quaꝫ extollẽs Petrus di. i. Pe. ij. Vos aũt genus electũ: regale sacerdotiũ: gens sctã: populus acq̃sitionis. Scdm claritas inobfuscabilis: qꝛ loti sunt in sanguine agni. ⁊ iõ clarissimi Apocal'. i. Qui dilexit nos: ⁊ lauit nos a pctis nr̃is in sanguine suo ⁊ fecit nos regnuꝫ ⁊ sacerdotes deo ⁊ patri suo. Tertiũ iocũditas inenarrabilis Apocal'. v. Cantabãt cãticũ nouũ dicẽtes. Dignꝰ es dñe accipe libꝝ ⁊ soluere signacula eius. Et paꝝ infra: ⁊ fecisti nos deo nr̃o regnũ ⁊ sacerdotes ⁊ regnabimꝰ super terrã. Quartũ securitas immortalitatis Apocal'. vlti. Nox vltra nõ erit: ⁊ nõ egent lumine lucerne neqꝫ lumine solis qm̃ dñs deus illuminabit illos ⁊ regnabũt in secula seculoꝝ. Jdẽ ca. xx. In his scda mors nõ hꝫ ꝑtãtẽ sed erũt sacerdotes dei ⁊ xp̃i ⁊ reg̃bũt cũ illo mille annis. i. ꝑpetuo ꝑm qd exponit Augusti. ij. de ciui. dei. Ad quã. ⁊c.

De apl'is Philippo ⁊ Jacobo.

Ac tibi duas tubas argẽteas ductiles quibꝫ

cõuocare possis multitudinẽ Numeri.x ca. Sciendũ ꝙ antiq̃tus tubis vtebant̃ in quattuor.s.in bellis aggrediendis:in populis,cõuocãdis:in castris mouẽdis: in festis solennizãdis. De his quattuor dicit̃ Nume.x. Ideo qꝛ filiꝰ dei venerat in mundũ ad ista q̃ttuor s. Ad expugnãdũ hostes fidei. Ad cõuocandũ populum ad cultũ dei. Ad mouendũ castra per viã charitatis. Ad premiũ festi eterne iocunditatis:merito igitur vti voluit tubis.i.apostolis ⁊ apl̃icis viris intra quas tubas duo fuerũt Philippus ⁊ Jacobus de q̃bus ait pater filio verba ꝓposita. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles q̃bus cõuocare possis multitudinẽ. In quibus quidẽ verbis isti duo p̃ciosi apostoli cõmendant̃ a quattuor ꝑm quadruplex genus cause.s. Ab efficiente. A materia. A forma. Et a fine. Primo ab efficiẽte ibi. Fac tibi. vbi notat̃ in ip̃is officij auctoritas. Secũdo a materia.ibi.tubas argenteas:in quo notat̃ in ip̃is eloquentie claritas: in tuba sonꝰ terribilis ad mouendũ affectũ:in argento sonus:lenis ⁊ facilis ad docenduz intellectum. Tertio a forma:quia duas ductiles. in quo notatur in ip̃is vite sanctitas.in dualitate gemĩa charitas:qua bonũ inchoet:in ductilitate patientie firmitas que inchoatũ cõtinuet. Quarto a fine.ibi.q̃bus cõuocare possis multitudinẽ.in quo ip̃oꝝ vtilitas ⁊ vtilitatis generalitas designat̃.nã in cõuocatione vnitatis fidei vtilitas: in multitudĩe vtilitatis generalitas designat̃. Hec em̃ sũt quattuor que ꝑficiũt ⁊ cõmendabilẽ reddunt predicatorẽ:auctoritas ꝓpter officium:eloquentia ꝓpter documẽtũ: sctitas ꝓpter exemplũ:vtilitas ꝓpter merituz et premiũ eternũ. Quantũ ad tertiũ p̃ncipale.vbi duo p̃ciosi apl̃i cõmendant̃ a forma:qꝛ duas ductiles in q̃ notat̃ ĩ ip̃is sctitas. Est sciendũ ꝙ iste numerus duo charitatẽ significat: qꝛ dic̃ Greg.ꝙ dñs misit ad p̃dicandũ binos apl̃os: ad denotandũ ꝙ minꝰ q̃ꝫ inter duos charitas haberi nõ põt:nemo em̃ ad seip̃m charitatẽ habet:sꝫ ꝑ charitatẽ in alteꝝ tendit: vt charitas esse possit. Jõ isti duo apl̃i in vita ⁊ in morte ꝑfecta charitate cõiuncti fuerũt: vnde bene mistice designant̃ per duo luminaria magna Gen̄.ij.cap̄. Per duos pullos colũbaꝝ Leuit̃.v.cap̄. Per duos cherubĩ Exo.xxv.ca. Per duas oliuas Zach.iiij.cap̄. Per duas columnas ij. Regũ.vij.cap̄.. Per duo candelabra Apocal̃.xi.cap̄. Quia in luminaribꝰ illuminatio claritatis:in pullis albatio puritatis:in cherubin cognitio veritatꝫ in oliuis compassio pietatis: in colũnis suꝓportatio penalitatꝫ:in cãdelabrꝫ edificatio sctitatꝫ. Primo igit̃ dico ꝙ isti duo apl̃i designant̃ ꝑ duo luminaria magna: de q̃bus dicit̃ in figura Gen̄.ij.ca. Fecit deus duo luminaria magna:vbi duo ponunt̃.s.ex ꝑte efficiẽtis nobilitas. ibi. Fec̃ deus.ex ꝑte effectus bonitas.ibi Duo:ecce charitas:qꝛ minus q̃ꝫ iter duos charitas esse nõ põt ꝑm Greg.ecce societas amorosa ⁊ gr̃osa: in qua fulgebat charitas ad deũ ⁊ ad ꝓximũ.magna ecce sctitas:qꝛ fuerũt magni sctitate ⁊ ꝟtute ⁊ ꝑfectione.sed mõ sũt magni gl̃ificatione. Luminaria:ecce claritas:fuerunt em̃ clari ⁊ luminosi ꝓpter suaz sciam: qꝛ licet ante aduentũ ip̃ũ sctĩ fuerit homines idiote: tamẽ post fuerũt illuminati in fide omni scĩa necessaria ad salutez:q̃ et alios illuminauerunt. Scdo dico ꝙ isti duo apl̃i designant̃ per duos pullos columbaꝝ:de quibus dicit̃ in figura Leuit̃.v.Anima que peccauerit ⁊c.⁊ sequit̃:offerat duos turtures vl̃ duos pullos colũbaruz. In turture em̃ que habet planctum ꝓ cantu significat̃ cõtritio: in pullis columbaꝝ q̃ non habent fel:significat̃ innocentia ⁊ puritas. Q̃ autẽ isti duo apl̃i habuerit istã puritatẽ: patet ex hoc qꝛ fuerũt apl̃i xp̃i ⁊ tenuerũt vitam euangelicã:qꝛ vt dicit̃ Lu.vi.ca. Relictꝫ oĩbus secuti sunt eũ.i.xp̃m.⁊ optime dic̃ Relictis oĩbus que.s.poterant animas deturpare eoꝝ que sunt:superbia:auaricia:luxuria. sciebant em̃ illud veruz esse quod dicit̃ Eccl̃iastici.xiij. Qui tetige-

Primũ princi.

Scdm

Tertiũ

Primũ

Scdm

Tertiū rit picē coinq̄nabit̄ ab ea. Tertio dico
q̄ isti duo apostoli designant̄ ꝑ duo che/
rubin: de quibus d̄r in figura Exo.xxv.
Facies duos cherubin aureos ꝛc. Che/
rubin interpretat̄ plenitudo scie ꝛ desig/
nat apl'os plenos ꝟitate scia et sapiētia.
Cherubin em̄ sūt in suprema ierarchia
angeloꝝ qui imediatissime ꝛ itime aspi
ciūt diuinā essentiā: ꝛ per illos reuelatur
ipsa essentia alijs: quare describunt̄ ala/
ti sex alis ī Esaia. Sic em̄ isti beati apo
stoli fuerūt pleni veritate scia et sapien/
tia cognoscendo deū xp̄m ꝛ hominem: ꝛ
eius veritatem ꝛ doctrinā habentes sex
alas. duas respectu dei. dilectionis. s. et
cognitiōis: duas respectu sui. s. cognoscē
do bona nature: in q̄bus creauit eos ad
imaginem et sil'itudinem suam: ꝛ bona
gratie in q̄bus recreauit per passionem

Quartū Quarto dico q̄ isti duo apostoli desi/
gnantur per duas oliuas: de q̄bus d̄r in
figura Zacharie. iiij. ca. Ecce due oliue
ꝛ duo candelabra a dextris lampadis: ꝛ
alia a sinistris ꝛc. Expone: iste due oliue
sunt isti duo apl'i: ꝛ compant̄ oliue: oleū
em̄ habet naturā conditiui saporis: ꝛ le/
nitiui dulcoris: due ergo oliue significāt
in istis duob' apl'is duas species pietat̄
s. corꝑalis ꝛ spūalis: sicut em̄ oleū suꝑna
tat alijs liquorib': sic pietas in istis. De
pietate corꝑali patet: q̄r pauꝑibus om/
nia reliquerūt ꝛ dederūt ꝑm consiliū xp̄i
De spūali patet: si respicias vitam eorū
Quitū quomodo cōsolabant̄ desolatos: ꝛ instru
ebant indoctos. Quinto dico: q̄ isti
apl'i designant̄ ꝑ duas colūnas: de q̄bus
dicit̄ in figura. iij. Regū. vij. Decē ꝛ octo
cubitoꝝ altitudine ꝛ duodecim cubitorū
latitudine aderat colūna vtraq̄. duo q̄q̄
capitella fecit: que ponerent̄ super capita
columnaꝝ. ꝛ sequit̄. Statui duas colū/
nas in porticu templi: expone. Templū
istud est regnū celoꝝ: porticus est eccl'ia
militans in qua sunt due colūne. id ē isti
duo apostoli. Altitudo. xviij. cubitoꝝ si/
gnificat q̄ isti duo apostoli semꝑ erigebā
tur versus celum per. x. precepta legis ꝛ
octo ꝟtutes q̄bus debent̄ octo btitudies
de q̄bus dicit̄ Mathi. v. Bti pauperes
spiritu: qm̄ ip̄oꝝ est regnū celoꝝ. videas
om̄es sicut continent̄ ibi. s. v. cap̄. Linea
xij. cubitoꝝ latitudinis significat. xij. ar/
ticulos diuinitatis ꝛ humanitatis xp̄i:
quos isti firmiter crediderūt. Et dicunt̄
colūne: quia sicut columne sustinent do/
mū: ita isti eccl'iam: ꝛ sicut columne mul
tum laborāt edificiū sustentādo: sic isti
sustendando fidem xp̄i multos labores
habuerunt ꝛ sustinuerunt in persecutio/
nibus: in asperitatibus ꝛ in tormentis:
sed sicut caput vbi sūt quinq̄ sensus ha
bet regere totum corpus: ita duo capitel
la erant in columnis: que quidem capi/
tella significant in istis apostolis duas
virtutes. s. temperantiam ꝛ patientiam:
ita q̄ temperantia est necessaria in ꝓspe/
ris: et patientia in aduersis. Et iste due
colūne erant fortes quia eree: sic isti apo
stoli fuerūt fortes: q̄ nec ꝓsperis nec ad/
uersis potuerūt frāgi. Et de hac fortitu/
dine cōtra om̄e malū vide in vita eoruz.

Sextū Sexto dico q̄ isti duo apl'i designant̄
ꝑ duo cādelabra: de q̄bus d̄r Apocal'. xi.
Dabo duob' testibus meis et propheta/
bunt amicti saccis. Hij due oliue sunt ꝛ
duo candelabra lucentia in cōspectu dn̄i
terre: si q̄s voluerit eis nocere: ignis exi
bit de ore eoꝝ ꝛ deuorabit inimicos eoꝝ
ꝛ sequit̄. Hij hn̄t ptātem claudere celuz
nubib' ne pluāt: ꝛ sequit̄. et ꝑcutere ter/
ram omni plaga: expone et nota ꝑfectio
nē magne sanctitatis in istis duob' apo/
stolis. In hoc q̄ vocant̄ testes laudant̄
de veritate: vnde ad litterā: isti fuerūt te/
stes vite xp̄i ꝛ mort̄ ꝛ resurrectiōis ꝛ do
ctrine euāgelice. In hoc q̄ dicit. ꝓpheta/
bunt laudantur de magna sapientia ꝛ co
gnoscibilitate: vnde in lege prophete vo
cabantur videntes deum: vnde ad lr̄am
Isti viderunt secreta dei ꝛ reuelauerunt
ea dādo consilia populis: quomō decli/
narēt a malo ꝛ facerēt bonū. In hoc q̄ di
cit. amicti saccis: laudant̄ de humilitate
contra diaboluz: de paupertate ꝯtra mū
dum: de austeritate ꝯtra carnē. In hoc
q̄ dic̄ due oliue laudantur de pinguedīe

ꝛ dulcedine deuotiōis mentalis ꝛ orationis vocalis in hoc ꝙ dicit: duo cādelabra lucentia: laudant̄ de honesta cōuersatōe: ita ꝙ cōuersatio eoꝝ lucebat ꝛ dabat exemplū om̄ibus eos aspicientibus ꝛ bene vocant̄ candelabra: vides eniꝫ ꝙ cādela ponit̄ sup̄ candelabꝝ: vnde de cādelabris dicit̄. ij. Paral̄. iiij. ca. Salomō fecit candelabra ex auro purissimo cum lucernis suis: vt lucerēt ante oraculū. In pede candelabri tripartito significat̄ fides trinitatis quā isti gl̄iosi apl̄i ita fortiter habuerūt ꝙ pro ea morti se exposuerunt. In hastili candelabri significatur spes: vnde in spe remunerationis eterne op̄abant̄ opera virtuosa. In auro purissimo significatur puritas mentis ꝛ operū ip̄oꝝ ꝓpter xp̄m. Lucerne que erant sup̄ hastis significāt ꝙ opera bona debēt eē publica. candelabra em̄ apl̄oꝝ erant septem: vt dicit̄ Zach̄. iiij. cap̄. que sūt septē opera miscdie corp̄alia vel sp̄ualia facta in charitate. Sed in hoc ꝙ di. Si q̄s voluerit eis nocere: ignis exibit de ore ipsorū: laudant̄ de amore quē habebāt ad inuicem. iuxta consiliū xp̄i. Diligite inimicos vestros: ꝛ ille ignis sic comburebat eos ꝙ eos nō ꝯsumebat q̄nimo efficiebātur amici. In hoc ꝙ dicit ꝙ habēt potestatē claudere celū: laudant̄ de sanctitate vel dignitate sacerdotali quia ip̄i habebant ptātem ligādi atq; soluēdi. ip̄is em̄ fuit dictū illud. Quodcūq; ligaueritis sup̄ terrā erit ligatuꝫ ꝛ in celis: ꝛ q̄dcunq; solueritis super terrā erit solutum ꝛ in celis. In hoc ꝙ di. ꝙ habent potestatem p̄cutere terrā significat̄ potestas iudicialis: quā habebūt in die iudicij ip̄is em̄ dictū fuit: Sedebitis sup̄ sedes iudicantes. xij. trib̄ israel. De sctitate potes satis inuenire in vita eoꝝ.

De virtute humilitatis sermo.

Discite a me quia mitis suꝫ ꝛ humilis corde: et inuenietis requiē aīab̄ vr̄is Math̄. xv. ca. Quia ꝟo xp̄us pridie q̄ pateret̄ dedit p̄cipuuꝫ hūilitatis exēplū in eo ꝙ discipuloꝝ pedes lauit. Jō ad declarationem huius solennitatis conueniēter assumit̄ verbū istud in quo saluator noster duo facit. Primo iducit virtutis meritū ad op̄andū cū dic̄. Discite a me: qꝛ mitis sū ꝛ humilis corde: vñ ad Philip. ij. ca. Semetip̄m exinaniuit formam serui accipiēs. Scdo promittit ꝟtutis premiū ad p̄cipiendū. cū sequit̄: Et inuenietis requiē aīabus vr̄is. vnde dicit̄ Apocal̄. xiiij. ca. Amodo iam dicit sp̄ūs: vt req̄escant a laborib̄ suis: quia ḡ humilitatis ꝟtus est illa ꝑm btm̄ Aug. in sermone de plurib̄ martyrib̄: in qua debemus dn̄m p̄cipue imitari: ideo circa istā virtutē sunt. xij. articuli declarandi quoꝝ. Prim⁹ est: q̄d est humilitas. Et dr̄ ꝙ q̄ttuor sunt modi ꝟtutū. quoꝝ

Primo ꝙ aliq̄ sunt ad bonū p̄sequendum vt pietas: quia bonū facere querit

Scdo alique sunt ad malū fugiendū: vt castitas: quia malū vitare intendit.

Tertio alie ad vtrūq; vt eq̄tas: quia p̄ hanc subiecti a malo tuent̄ ꝛ ad bonū p̄uehunt̄: iuxta dictum ꝓphete ps̄. xxxiij. metro. xiiij. Declina a malo ꝛ fac bonuꝫ

Quarto sunt alie ad neutrū: vt patiētia: qꝛ non cōsentit in actus sequēdi aut fugiendi: sed in actū tantū patiendi malum. nūc aūt humilitas non est ad prosequendū bonū: nec ad fugiendū maluꝫ se extēdit: sed resistendū circa honores ad quos anim⁹ hoīm est nimis p̄nus sic̄ sup̄bia est vitiū talia p̄sequēs. Vñ q̄ttuor sūt ꝟtutes tales fugiētes ea ad q̄ sumus p̄ni. Prima est paup̄tas voluntaria q̄ dimittunt̄ facultates. Scda est continentia rōnalis q̄ abijciunt̄ voluptates.

Tertia est abstinētia q̄ reprimunt̄ gustus delectatiōes. Quarta est humilitas qua paruipēdunt̄ honores: vnde dr̄ ij. Regū. vi. cū Michol filia Saul argueret Dauid de contēptu sui honoris: qꝛ luserat ante archā federꝫ dn̄i. Rn̄dit Ludam ꝛ vilior fiam plus q̄ factus sum et ero humilis in oculis meis. Et iō di. ps̄ cxxx. metro p̄mo. Dn̄e non est exaltatuꝫ cor meū neq; elati sūt oculi mei neq; am

bulaui in magnis neq; in mirabibib; su-
II. arti- per me. Scds articulus est: vnde ori-
culus. tur humilitas. Dr aūt q̄ sicut supbia ori
tur ex stulticia: pro eo q̄ ideo supbus q̄li
bet est: quia nescit nosce suos defect⁹: ita
humilitas orit ex ꝑuipendentia: q̄ pru-
dens cū bene ⁊ recte iudicet in agibilib;
nouit ꝓprios defectus: ⁊ sic tenet se in hu
militate: vnde Prouerb. ix. Vbi humili
tas: ibi ⁊ sapia. Sed attendendu; est q̄
homo sapiēs habet quadruplicē actum
ex quo causat in eo virtus ista humilita-
tis. Primus est q̄ suos defectus sapiē
ter cognoscendo recogitat. q̄ prudēs nō
errat. Scds est q̄ ex talib; defectibus
ip̄m se idignu; honore iudicat: q̄ nouit
q̄ honor est v̄tutis premiū: ⁊ iudicat nō
esse sibi debitū. Tertius est: q̄ talē ho
norem nō affectet nisi sit sibi conueniens
bonū: q̄ nullus affectat nō sibi conueni
ens bonū. Iste autē iudicat istud nō esse
sibi cōueniens bonū: igitur non appetit.

Quartus actus est q̄ talē honorē re-
cusat: quia est ei discōueniens sicut con-
trariū ⁊ om̄e tale est nociuū. Et si dicat
q̄ hoc ꝑtinet ad vitiosū ⁊ non ad virtuo
sum cui est cōueniens v̄tus: q̄ honor est
testis v̄tutꝫ occurrit illud Esa. lxiiij. ca.
Quasi pannus menstruate vniuerse iu-
III. ar- sticie nr̄e. Tertius articulus est q̄t sūt
ticulus hūilitatis gradus: ⁊ ponunt duo. Pri
mus quo ad defectus considerationem.

Scds quo ad honoris declinationez.
Primus gradus q̄ est quo ad defect⁹ cō
siderationē consistit in q̄ttuor. Prim⁹
est: suos defectus recognoscere in intelle-
ctu: sicut dicit propheta ps̄. l. metro. iiij.
Qm̄ iniquitatez meam ego cognosco et
peccatū contra me ⁊c. Scds est ipsos
detestari in affectu post noticiā: sicut dic
idem ꝓpheta ps̄. xxi. metro. iiij. Ego aūt
sum vermis ⁊ non homo: obprobriū ho-
minū ⁊ abiectio plebis. ⁊ idē. Iniq̄tatez
odio habui ⁊ abhoiatus sū. Tertius
est ip̄os nō occultare in effectu: sicut idez
ꝓpheta dicit ps̄. xxxi. metro. v. Delictu;
meū cognitū tibi feci: ⁊ iniusticiā meam
nō abscōdi. Quart⁹ est: ip̄os manife-
stare in affatu: vt ait idē ꝓpheta ps̄. xxxi.
metro. vi. Dixi cōfitebor aduersū me in
iusticiā meā dn̄o. ⁊ tu remisisti impietatē
pcti mei. ⁊ ps̄. xxxvij. metro. xix. Qm̄ ini
quitatē meā annūciabo: ⁊ cogitabo pro
pctō meo. Scds gradus istius virtu-
tis ponit q̄ ad honoris declinationē qui
consistit in q̄ttuor. Prim⁹ est: honorez
nō desiderare sic desiderāt pompatici et
ambiciosi vel pharisei q̄ optabāt p̄mos
accubitus in mēsa ⁊ vocari ab homibus
rabi: vt dr in euāgelio Mathi. xxiij. cap.

Scds est honorē fugere: sic xp̄us fecit
qn̄ iudei volebant eū facere regē q̄ fugit
in montē: sic etiā xp̄i discipuli. s. Barna-
bas ⁊ Paul⁹: vt habet Act. xiiij. qn̄ pro
miraculo facto recusabāt honorē di. Et
nos mortales sumus sil'es vobis hoies
annūciantes vobis ab his vanis cōuer-
ti ad deū viuū. Tertius est dedecus
⁊ inhonorē sustinere: sic apl'i Act. v. qui
ibāt gaudētes a cōspectu cōcilij: qm̄ dig
ni habiti sunt ꝓ nomine iesu contumeliā
pati. Quartus est inhonorē ⁊ vilipen
diū querere sicut ip̄e dn̄s: ꝓ quo dicit ꝓ-
pheta ps̄. lxxxiij. metro. xi. Elegi abie-
ctus eē in domo dei mei magꝫ q̄ habita
re in tabernaculis pctōꝝ. i. ī synagoga. de
quo Luce. xviij. Ecce ascendim⁹ hiero-
solymā ⁊ consumabūtur oīa que scripta
sunt ꝑ ꝓphetas de filio hoīs. tradet eniz
gentibus ⁊ illudetur ⁊ flagellabit ⁊ con
spuet: ⁊ postq̄ flagellauerint occidēt eū. IIII. ar-
ticulus

Quartus articulus: quot sūt humili-
tatis maneries. Et dicit q̄ distinguūtur
sicut distinguūtur honores qui exhibent
vel bonis interiorib; vel exterioribꝫ. Bo
na aūt interiora sūt q̄ttuor. Primo sūt
potētie naturales: de q̄bus est humilitas
cū q̄s cōcedit q̄ ꝑ ꝓpriū ingeniū non po-
test q̄s nosce seip̄m dupl'r dicendo: quia
ignoro ingressū ⁊ egressū meū. Scdo
sūt v̄tutes itellectuales de q̄b; est hūili-
tas cū q̄s cogitat q̄ ꝑ nullā sciētiā posset
ꝑfecte scire vnu; milij granū. Tertio
sunt virtutes morales: de q̄bus est humi
litas: cum quis cogitat q̄ omnes deni-
grantur per vnū defectum sicut dissonā-

tia ꝑ vnicā vocē: ⁊ tamen nullus inueni-
tur sine aliquo defectu. Quarto sunt
virtutes ⁊ passiones suꝑnaturales: et de
talib⁹ est humilitas cū quis cogitat ꝙ ta
lia a se nō habet nec de talib⁹ est deo gra
tus vt deberet. Sꝫ bona exteriora sūt
quattuor. Primo bona corꝑis vt forti
tudo ⁊ pulchritudo: de q̄bus nō est glori
andum: qꝛ corpus nr̄m est corruptibile.
Scd̄o bona generis: de q̄bus non est
gl'iandū: qꝛ om̄es ꝓcessim⁹ a p̄mis agri-
colis. Tertio bona dignitatū de qui-
bus nō est gl'iandū: qꝛ illa vident̄ esse cō
munia bonis ⁊ malis. Quarto sūt bo
na diuitiaꝝ de q̄bus non est gl'iandū: qꝛ
illa sunt minima bona ⁊ cōmunia quan-
to magis exteriora. Et qꝛ contingit cir-
ca om̄ia illa suꝑbire: iō circa oīa ista hu-
militas est obseruāda: sicut dicit sapiēs
Eccle. iij. ca. Quanto maior es humilia
te in oibus. Quintus articul⁹ est que
sunt humilitatis ꝓprietates. ⁊ ponuntur
q̄ttuor. Prima est ꝙ illa ꝟtus est com-
munissima: qꝛ sicut in omni ꝟtute cōtin-
git suꝑbire: ita ⁊ hūiliter agere q̄ꝫuis in
suꝑbiendo nō sit vera ꝟtus. Scd̄a est
ꝙ illa ꝟtus est acceptissima qꝛ cū in alijs
ꝟtutib⁹ sit odiū inter ꝟtutes ⁊ vitiuꝫ op-
positū sicut crudeles odiūt mitē: ⁊ auari
liberalē: luxuriosi castū: tn̄ hic superbi di
ligūt humilē magis q̄ꝫ superbū. Ter-
tia ꝙ illa ꝟtus est securissima quia tenet
affectū hoīs in infimo sicut superbia in
summo. ⁊ ideo qꝛ de infimo nō pōt quis
cadere: iō pōt securus ꝑmanere: sic̄ i sen-
sibilib⁹ non ꝑiclitat̄ cadere: nisi q̄ stat in
alto. Quarta est ꝙ hūilitas est virtus
summe necessaria: qꝛ ꝑm Greg. in dialo-
go. ipa est custos oīm ꝟtutū: ⁊ iō deus ꝑ
mittit in ꝑfect⁹ viris nōnullos defectus
vt ex ip̄is accipiāt hūilitatis occasionez
ad ꝟtutē custodiendā sic̄ exemplificat de
illo sctō qui a risu cōtinere se nō poterat.
Et inducit ad hoc ꝙ filij israel debellat⁹
chananeis q̄ erāt fortiores non potuerūt
expugnare phylisteos q̄ erant infirmio-
res: vt animaduerterent illos non virtu
tibus suꝑasse ꝓprijs: vt habet̄. i. Re. xxxi.

V. arti-
culus

Sext⁹ articul⁹ q̄ sūt hūilitat⁹ cause ⁊ VI. ar
ponunt̄ q̄ttuor. q̄ꝝ Prīa ē timor dn̄i: qꝛ ticulus
sic̄ audacia inducit suꝑbiā: ita timor dn̄i
īducit hūilitatē: vn̄ hoīes tīorati nō sūt
elati Eccl'ia. i. c. Timor dn̄i expellit pec
catū. Scd̄a est paruipensio sui: qꝛ sic̄
hoīes q̄ seip̄os existimant: honores sibi
aꝓpropriāt: sic q̄ se non existimant: de ho
norib⁹ non curāt q̄ debent̄ hoībus mag-
nis Math. xxiij. ca. Qui se humiliaue-
rit exaltabitur. Tertia est existimatio
proximi: qꝛ ille q̄ aliū existimat seip̄m hu
miliat: ⁊ aliū dignū honore iudicat Lu.
xiiij. ca. Non discūbas in primo loco ne
forte honoratior te sit inuitat⁹ ab eo. Et
in hoc ꝙ ei honorē defert seip̄m humili-
at: sicut superbi alios paruipendūt. Et
ꝓpter istas duas causas: dic̄ apostol⁹ ad
Phil'. ij. In humilitate suꝑiores sibi īui-
cem arbitrantes: ⁊ illa arbitratio proue
nit ex eo ꝙ q̄s cōtēnit seip̄m: ⁊ existimat
aliū. Quarta est contemptus mundi:
qꝛ ille q̄ contempnit munduꝫ: non curat
de illis ad que mūdus est ītentus q̄ sunt
eius pompe ⁊ honores. vnde Joh. xv. ca.
Si de mundo fuisset⁹ mundus qd̄ suuꝫ
erat diligeret: sed qꝛ non est⁹ de hoc mū-
do ꝓpterea odit vos mundus. ⁊ iteꝝ Jo
hannes in canonica sua dic̄ ꝙ q̄cquid in
mūdo est: aut est concupiscentia carnis
aut cōcupiscētia oculoꝝ: aut suꝑbia vite
quoꝝ Primū militat cōtra castitatem VII. ar
Scd̄m cōtra pauꝑtatem. Tertiuꝫ ticulus
cōtra humilitutē. Septim⁹ articulus
est: q̄ sunt humilitatis effectus: ⁊ ponunt̄
q̄ttuor. Primus est indulgentia: quia
offensus placari nō pōt nisi ꝑ humilita-
tem offendentis. Ideo dicebat angelus
ad Agar Gen̄. xvi. Reuertere ad dn̄am
tuā ⁊ humiliare sub manu ei⁹. Scd̄s
est obedientia: qꝛ obediētia facit esse sub
iectū suꝑiori: humilitas aūt portat sub-
iectionē: non solū ad suꝑiorē sed etiaꝫ ad
equalē ⁊ inferiorē ꝑm triplicez eius gra
dum: vt vult apl'us ad Phil'. ij. cap̄. Hu
miliauit semetip̄m formā serui accipiēs
quemadmoduꝫ inobedientia est filia su
perbie: vt dicitur in lege Nume. xv. cap̄.

Anima per superbiam peccans siue peregrin⁹ siue ciuis peribit de populo suo et hoc est: quia est rebellis contra deum.

Tertius est patientia: quia sicut homo superbus cito ꝓuocatur ad rixam cũ ei resistit eo ꝙ superiorem se reputat: ita humilis firmat ad patientiaz eo ꝙ se reputat inferiorẽ. Et ideo sic humiliati filij israel pacienter portabãt iugũ Philistinoꝝ: vt habet in libro Judicum: ⁊ sic Dauid iniurias portabat Semei. ij. Regum. xvi. ca. Egredere egredere vir sanguinũ ⁊ vir belial reddidit tibi dñs vniuersum sanguinez domus saul qm̃ inuasisti regnum pro eo et dedit dñs regnum ĩ manu absalon filij tui: ⁊ ecce premũt te mala tua. Quart⁹ est pax: quia sic̃ dicit sapiens Prouer. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt: pro eo ꝙ vnus appetit super alium extolli. Et ideo inter humiles est pax quia vn⁹ appetit alteri subici ſm illud apostoli Roma. xij. Honore inuicem p̃uenientes: modesti: humiles: ⁊ iste sunt quattuor humilitatis filie.

VIII articulus

Octauus articulus est: que sunt humilitatis signa cũ sit virtus in corde latens ⁊ dicit ꝙ quattuor. Primũ est in gestu: quando quis composite inclinat. quia signũ superbie est nimis erectũ incedere quasi gestiat eleuari: sicut dicitur Esa. iij. contra filias syon que ambulabant extento collo eleuate: et nutib⁹ oculoꝝ ibant ⁊ pedib⁹ composito gradu incedebãt. Scd̃m est in affatu: quia ad humiles pertinet loqui cum modestia: sicut superbi loquunt grãdia: ſm illd̃ propheticum ps̃. xi. metro. x. Qui dixerunt linguã nostrã magnificabim⁹ labia nostra a nobis sunt. Tertiũ est in habitu: quia sicut signũ superbi est vestiri preciose: vt patet Math. xxiij. cap̃. Dilatat enim philateria sua et magnificant fimbrias ⁊c̃. ita signum humilitatis est vestiri humiliter ad abiectionem. sicut rex Niniue volens se humiliare abiecit a se vestimentum suum et indutus est sacco. Jone. iij. cap̃. In Niniue ex ore regis et principum eius dicens: homines et iumenta et boues et pecora non gustent q̃cq̃ nec pascant et aquã nõ bibãt ⁊ operiant saccis hoies et iumẽta clament ad dñm. Quartũ signũ hũilitat⁹ ẽ in effectu quãdo q̃s exercet opera humilia: sic̃ christus lauit pedes discipuloꝝ suorũ in cena Johannis. xiij. Ista quattuor signa habuit Achab rex in sua conuersione. iij Regum. xxi. ca. vbi dicitur ꝙ ambulauit dimisso capite: quantum ad signum gestus: et indutus est sacco quantũ ad signũ amictus: et dormiuit in cinere quantum ad signũ effectus: et scidit vestimẽta sua vbi credũtur fuisse dicta verba humilia quantuz ad signũ affatus. Et ibidem dicitur ꝙ deus reuocauit sententiã mort⁹ latam contra ipsum dicẽdo helye Nonne vidisti Achab humiliatum coram me. Nonus articul⁹ que sunt humilitatis figmenta: ⁊ ponunt quattuor.

IX. articulus.

Primũ quando quis pretendit signũ humilitatis ꝓpter superbiam: quia omnes appetunt humilẽ exaltare: ſm illud Eccle. xi. Sapientia humiliati exaltauit caput eius. Et ideo vt exaltent tales humiliant. Scd̃m est quãdo quis p̃tendit talia signa ꝓpter inanẽ gl̃iam: qꝛ hũiles laudant: iõ ipe vult laudari tãq̃ humilis: cũ sit vere sup̃bus: sic̃ de ypocritis dicit dñs in euangelio Math. vi. ca. Exterminant em̃ facies suas vt pareant hoĩbus ieiunãtes. Idẽ. xxiij. Oĩa opera sua faciũt vt videant ab hoĩbus. Tertiũ est qñ quis pretendit talia signa humilitatis ꝓpter auaritiã quia ꝑ talẽ modum tꝑalia acq̃runt ⁊ non cõsumunt: et talis non est humilis: sed auarus cum act⁹ morales specificent a fine. Jõ dixit Heliseus iezi. iiij. Regũ. v. Accepisti argentũ ⁊ vesteo: ⁊ sequit: sed ⁊ lepra Naaman adherebit tibi ⁊ semini tuo ĩ sempiternũ ⁊ ⁊ egressus est ab eo leprosus q̃si nix ⁊ Judas ꝓpter auaritiã xp̃m vendidit di. Math. xvi. Quid vultis mihi dare ⁊ ego eum ⁊ cetera. Et ponit beatus Augustinus de ciuitate dei. ꝙ romani subiugauerunt omnes virtutes superbie. Quartuz figmentũ est quãdo q̃s

pretendit talia signa humilitatis ꝑ fraudulentiã: qꝛ sub humilitatis specie cõtingit decipe aliũ: ꝑ eo ꝙ homo humilis reputat̃ ꝟtuosus: ⁊ sic credit̃ ei. Vñ Sapiens Eccle. xix. Est qui neq̃ter se humiliat: interiora autem eius plena sunt dolo

X. articulus

Decimus articul⁹ est: q̃ sunt humilitatis fomẽta: ⁊ dicit̃ ꝙ quattuor. Primũ est pauꝑtas: qꝛ sicut diuitie habẽt extollere: ita pauꝑtas ad ima declinare: vñ quia cõtra naturã est pauꝑis superbire: ideo dicit sapiens Eccle. xxv. ꝙ aĩa eius odiuit pauperẽ superbũ: qꝛ dicit: tres species odiuit aĩa mea et aggrauor valde anime illoꝝ. pauꝑem superbũ. diuitẽ mẽdacem. ⁊ senem fatuũ ⁊ insensatũ. Secundũ est corꝑalis tribulatio: qꝛ hõ dum affligit̃ naturaliter humiliat̃: sic̃ in ꝑsperitate eleuat̃. ideo dr̃ Prouerb. xvij. ꝙ sicut igne ꝓbat̃ auꝝ ⁊ argentũ: hoĩes vero camino tribulatiõis. Tertiũ est mentalis temptatio. qꝛ ideo de⁹ immittit temptationes scis: vt custodiant̃ in humilitate: vñ dicit apl̃us. ij. ad Coꝝ. xij. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane q̃ me colaphizet. i. stimulet ⁊ affligat: ne magnitudo reuelationũ extollat me. ⁊ paꝝ infra. Virtus in ĩfirmitate perficit̃. Quartũ fomentuꝫ est diuersoꝝ euentuũ cõsideratio: quia futura ignorant̃ ⁊ euentus cõtrariant̃: ideo dic̃ sapiẽs Prouer. xxvij. Ne gl̃ieris in crastinũ: ignorãs quid suꝑuẽtura pariat dies.

XI. articulus

Vndecim⁹ articulus est: q̃ sunt hũilitatis motiua que ꝑbent cuilibet causam humiliandi in ista vita mortali: ⁊ ponũtur inter alia q̃ttuor. Primũ est ꝙ homo est limus a sua ꝑma creatõe: qꝛ deus creauit hoĩem de terra que est ignobilissimũ elementũ: vt sciret se esse infimũ in genere oĩm creaturaꝝ rõnabiliuꝫ et non superbũ: ꝑm illud Eccle. x. Quid superbis terra ⁊ cinis. Scd̃m est: ꝙ homo ẽ fedus in sua naturali generatõe q̃ prouenit ex humani seminis feditate: ꝑ qua dicitur. Homo putredo: ⁊ filius hoĩs vermis: vt dicit̃ Job. xxv. Homo putredo: ⁊ filius hoĩs vermis. Quia sicut vermes generant̃ ex putredine: ita homo generatur ex corruptõe. Tertiũ est: ꝙ homo est fumus in sua duratõe: ꝑ eo ꝙ transit de ista vita velociter sicut fum⁹ ꝑm illud ꝓpheticũ ps̃. c i. metro. iiij. Quia defecerunt sic̃ fumus dies mei: ⁊ iõ in vita illa non debet alta querere Jaco. iiij. c. Que est vita vestra? vapor est ad modicũ parens. Quartũ motiuũ est: ꝙ homo est fumus in sua consumatõe. Mors em̃ funesta resoluit corpus humanũ in horrendas corruptiões ꝑm illud Eccle. x. Cuꝫ moritur homo hereditabit bestias serpentes ⁊ vermes ⁊ sic non debet superbire ⁊c̃. Duodecim⁹ articulus est: q̃ sũt humilitatis ꝑuilegia: ⁊ ponũtur q̃ttuor quoꝝ

XII. articulus

Primũ est ꝙ illa ꝟtus. s. humilitas est nobilissima: qꝛ est ꝟtus angelica. cũ em̃ virtutes morales nõ sint cõiter in angelis vt fortitudo ⁊ temꝑantia: ista tñ est in angelis: qꝛ oꝓposita circa idem hñt repugnãtiã. ⁊ qꝛ in malis angelis fuit superbia: sic in bonis hũilitas. Scd̃m ẽ ꝙ ista ꝟtus est pulcherrima cui⁹ signũ ẽ ꝙ oculus diuinus libẽter respicit ipsam. Tũ quia regius ꝓpha dicit ps̃. c xxxvij. metro. iiij. Quia excelsus dñs et hũilia respicit. tũ qꝛ alibi scꝫ Esa. lxvi. Ad quẽ respiciã nisi ad hoĩem ⁊ trementẽ verba mea. Et ideo dr̃ pulcherrimũ: qꝛ dlectat visum. Tertiũ est qꝛ ipa est ꝟtus optima: qꝛ tã in moralib⁹ q̃ꝫ in naturalib⁹ peius meliori oꝓponit̃: qꝛ adimit mai⁹ bonũ: humilitas autẽ oꝓponit̃ suꝑbie q̃ dicit̃ pessimũ vitiũ: vñ dicit Augu. ꝙ nullum est vitiũ cui magis resistit lex diuia q̃ꝫ suꝑbia. Quartũ priuilegiũ est: ꝙ illa virtus est ꝑma: qꝛ sicut suꝑbia fuit primũ vitiũ a quo sumpsit initiũ om̃is ꝑditio: vt scribit̃ Thob. iiij. Istud autẽ fuit in ꝑmo angelo cũ fuit per suꝑbiam auersus a deo: ⁊ ita ꝑncipiũ om̃is saluationis fuit humilitas cũ sctũs Michael et angeli eius cõtradicentes diabolo ꝑ humilitatẽ fuerunt ad deũ conuersi: vnde sic̃ superbia fuit primũ peccatũ: ita humilitas est virtus prima: vnde dicit̃ Judith ix. Nec superbi ab initio scꝫ mundi pla-

cuerunt tibi: sed humiliū semper et man
XIII. articulus suetoꝝ tibi placuit deprecatio. Terti/
usdecimus articulus est: que sunt humi
litatis beneficia: et ponunt inter cetera
quattuor. Primū est diuinaꝝ ꝑsonaꝝ
habitatio: quia dn̄s habitat in eis: vnde
dicit Esa. lvij. Deus in excelso habitat
ꝛ cum contrito ꝛ humili spiritu vt viuifi
cet spiritū humiliū. Scd̄m est diuino
rum donoꝝ largitio que copiose solū hu
milib⁹ dantur: qꝛ Jacobi. iiij. dicit. De⁹
sup̄bis resistit: humilib⁹ autē dat gr̄am.
Tertiū est peccatoꝝ nostroꝝ remissio
tū quia dicit ꝓpheta ps̄. xxiiij. metro. xix.
Vide humilitatē meā ꝛ laborē meum ꝛ
dimitte omnia peccata mea. Idem ps̄. l.
metro. xviij. Cor contritū ꝛ humiliatuz
deus non despicies. Quartū est bono
rum opeꝝ acceptatio: qꝛ nulla opa meri
toria sunt accepta: sz ip̄a hūilitas fec̄ ea
acceptabilia: sicut scribit in Daniele. In
animo contrito ꝛ spiritu humilitatis su
scipiamur a te ꝛ sic fiat sacrificiū nostruz
acceptabile in cōspectu tuo. Decimus
XIIII. articu. quartus articul⁹ est q̄ sunt humilitatꝫ ex
altationes. Et dicit ꝙ in quattuor stati/
bus cōtingit hominē exaltari per humi/
litatē. Primo in mundi politia: quia
naturalis ratio dictat qua gubernat ta/
lis pluralitas ꝙ sicut sup̄bi sunt humili
andi: ita hūiles exaltādi: vnde Prouer.
xviij. Anteq̄ cōterat exaltat cor homis
ꝛ anteq̄ gl'ificet hūiliat. Scd̄o in sub
celesti ierarchia que est ecclesia: quia in
ecclesiastico ordine debent sup̄bi abici: ꝛ
humiles exaltari: ꝑm illud saluatorꝫ do/
cumentū Luce. xiiij. Omnis qui se exal
tat humiliabit: ꝛ qui se humiliat exalta/
bitur. Tertio in sup̄celesti ierarchia:
que dicit angelica: quia ibi assument ad
superiora qui habent corda humilia: si/
cut ibi corruerunt a sup̄ioribus magꝫ su
perbi ꝑm illud virginis verbuz Luce. i.
Deposuit potētes de sede ꝛ exaltauit hu
miles. Ideo Mat. xviij. dr̄. Quicūq̄ er
go humiliauerit se sicut paruul⁹ ille hic
maior est in regno celorū. Quarto in
supracelesti ierarchia: quia domin⁹ no/
ster ih̄us xp̄us ex humilitate fuit exalta/
tus sicut fuit inclinatus: vnde dicit apo/
stolus ad Phil. ij. Humiliauit semet p̄z
factus obediens vsq̄ ad mortem: ꝓpter
qd̄ ꝛ deus exaltauit illum ꝛ dedit illi no
men qd̄ est sup̄ om̄e nomē. Decimus/ XV. articulus
q̄ntus articul⁹ est que sūt humilitatꝫ in/
clinationes. Et dicit ꝙ humilitas est in/
clinatiua quadrupliciter: quia de⁹ incli/
nauit filiū suū quadrupliciter. Primo
inclinauit eum ad ierarchiam celestem:
quia cum ab initio: sup̄bientibus malis
angelis boni angeli fuerunt humiliati:
dei filius fuit ad eos inclinatus: in eo ꝙ
fuit ad eos post suā conuersionē inuisibi
liter missus per nouā illuminationē que
fuit ꝓmissio verbi sicut noua inflamma/
tio ꝓmissio spiritussancti. Scd̄o incli/
nauit eum ad ierarchiam subcelestez: qꝛ
virtus humilitatis attraxit ad virginez
verbū: cum ip̄a dicat Luce p̄mo. Quia
respexit hūilitatē ancille sue ꝛc̄. Ter/
tio inclinauit eum ad carcerez subterre/
strem quo ad locū qui dicit sinus abrae:
siue limbus sanctoꝝ patꝝ: vt dicit in sim
bolo apostoloꝝ: Descēdit ad inferos: qꝛ
ad illum locū descendit post suā mortez:
ex maiori humilitate cum potuisset vin/
ctos dissoluere solo verbo: sicut rex mini
strum. Quarto inclinauit eū ad mise
riam subterrestrē quo ad purgatoriuz vt
illoꝝ penas remitteret ꝑm illud Act. ij.
Quem deus suscitauit solutis dolorib⁹
inferni: quia sicut descendere ad terram
fuit humilitas: ad infernum sup̄iorem s.
limbū fuit maior: ꝛ maxima ad hunc in
feriorez. s. purgatorium. qꝛ dicit apl'us ꝙ
descēdit ad inferiores ꝑtes terre. De/ XVI. articulus
cimussextus articul⁹ est: q̄ sūt humilita/
tis solennia. Et dr̄ ꝙ attendunt q̄ ad so/
lennitates ꝑsonaꝝ que sunt note in scri/
ptura de humilitate: quaꝝ Prima est
Moyses: quia dū grandis esset effectus
negauit se esse filiū filie pharaonis mal/
lens affligi cū populo dei q̄ temporalis
peccati iocunditatē habere: maiores di/
uitias estimans thesauro egyptiorū im/
properiū xp̄i. aspiciebat em̄ in remunera

tionē ꝑm apl'm ad Hebre. xi. de quo dic̄ scriptura: ꝙ erat vir mitissimus sup̄ terram que mititas soror est ꝟtutis humilitatis. Scd̄a ꝑsona fuit Dauid q̄ cū peccauerat mox se humiliabat: ⁊ semper seip̄m despiciebat dicens. ij. Reguz vlti. ca. Ego sum q̄ peccaui ego q̄ inique egi. isti qui oues sunt q̄d fecerūt vertat̄ obiecto manus tua contra me ⁊ cōtra domū patris mei. ⁊ in ps̄. xxi. metro. vi. Ego sū vermis ⁊ non homo obprobriū hominū ⁊ abiectio plebis. Tertia fuit Jo. bap. qui cuz esset plusq̄ ꝓpheta phariseis de ip̄o querentib⁹ hūiliter rn̄dit Joh. i. cap̄ dicens: Ego vox clamantis in deserto: vbi sancti notāt suā humilitatē: cum nomen ꝓpheticū recusauit. Quarta ꝑsona fuit mater dn̄i benedicta que dixit angelo nuncianti Luce. i. cap̄. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ꝑm verbū tuū. In quo notauerunt sancti signa mire humilitatis: vt alibi patet Et quia iste quattuor ꝑsone sunt in scriptura pre oībus alijs solēnissime cōmendate. ideo in eis cōmendatur ⁊ declarat̄ solennitas huius virtutis tn̄ supaddit̄ hūilitas xp̄i q̄ fuit oīm ꝟtutū exēplar: quia hūiliauit se vt sup̄ vsq̄ ad mortē ⁊ hec humilitas fuit maxima. Quā nob̄ cōcedat ih̄s xp̄s marie filius.

Sermo in festo sancti Johis baptiste.

Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes. Johis. i. ca. Circa decursum vite beati Johis baptiste et eius laudis preconiū occurrūt. xxx. consideranda. Prima consideratio est de eius ꝓnūciatione. Circa qd̄ notandū ꝙ btūs Johes fuit in veteri testamēto sub q̄druplici typo p̄nūciatus. Primo sub typo vocis ꝓclamātis Esa. xl. Vox clamātis in deserto ꝑate viā dn̄i. Ista eniz vox ꝑm lr̄alem sensuz fuit btūs Johes q̄ in deserto p̄dicauit xp̄m esse ventuꝝ: ⁊ disposuit ad eius aduentum: ⁊ ideo dictus fuit vox: quia vehiculum verbi incarnati: sicut nostra vox est vehiculuz verbi cogitati ꝑm Augusti. super Johem. vnde Johes respōdens phariseis dixit: Ego vox clamantis in deserto Johis primo.

I. consideratio

Scd̄o sub typo preconis euangelizātis Esa. xl. Super montē excelluz ascende tu qui euangelizas syon: exalta in fortitudine vocem tuam. Et ꝙ beatus Johānes ad litterā fuerit iste preco: probat̄ quia aduentuz saluatoris euangelizauit hierusalē ⁊ ciuitatibus iude concurrentibus ad ip̄m populis Math. iij. Tunc exibat ad euz hierosolyma ⁊ om̄is iudea ⁊ omnis regio circa iordanē ⁊ baptizabantur in iordane ab eo confitentes peccata sua. Tertio sub typo helye p̄currentis dicente dn̄o Malach. iiij. Ecce ego mittā vobis Helyā ꝓphetaz anteq̄ veniat dies dn̄i. Dies dn̄i accipitur dupliciter in diuina scriptura. Aut pro die aduentus dn̄i in carnem: ⁊ tunc accipit̄ helyas ꝓ Johe bap. de quo Luce primo ca. Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helye. Aut pro die aduētus scd̄i. s. ad iudiciū. ⁊ tūc accipitur helyas pro persona helye ꝓphete veteris testamenti de quo Marci. ix. Helyas cum venerit p̄mo restituet omnia: quia sicut Johannes precessit primū saluatoris aduentuz ita helyas precedet scd̄m: ⁊ ꝙ illa ꝓphetia intelligatur ꝑm aliquem sensum de beato Johe ip̄e saluator insinuat Marci. ix. Dico vobis quia et helyas venit et fecerunt in eo quecunq̄ voluerunt.

Quarto sub typo angeli nunciantis. Malach. iij. Ecce ego mittam angeluz meuz. et sequitur. et angelus testamenti quem vos vultis. Istorū duoꝝ angeloꝝ scd̄s fuit xp̄s qui angelus testamenti fuit dictus. primus fuit beatus Johānes baptista: qui preiuit ante faciem domini parare vias eius: ⁊ ꝙ ille fuit p̄mus ad litteram testatur dn̄s Luce. vij. Hic est de quo scriptum est Ecce ego mitto angelum meum ⁊c. qui preuenit scd̄m Luce p̄mo ca. Preibis ante faciem domini s. scd̄i angeli parare vias eius. Sed occurrunt difficultates. Prima quia talis p̄nūciatio figuratiua nō videt̄ fuisse p̄uilegiū btī Johis vltra cetos sctōs: cū

doctores nr̃i alios sctos sepe laudantes applicēt ipas figuras vete. testa. Dr̃ aũt q verum est cõmuniter fm sensum alle/goricum: sed de Johanne est verus scom sensum lr̃alem. Secunda difficultas quare dicit angel⁹ cũ fuerit pur⁹ homo Dicitur q duplici ratione. Prima: q officium angeli dicitur esse annunciare. Angelus em interpretatur nuncius: et ille prenunciauit xpi aduentum. Se/cunda ratio: quia viues inter homines fuit imitator puritatis angelice. hec ra/tio ponitur in sermone assumptiõis bea/te virginis. In carne preter carnem vi/uere non terrena vita est sed celestis: vt infra pater. Scõa consideratio est de II. con/sidera. eius origine quo ad tribum. Vbi notan dum q sicut xp̃us fuit de tribu regia. ita Johannes de tribu leuitica que erat sa/cerdotalis z nobilissima post tribum re/giam. Et circa hoc notank quattuor ca/tholice veritates. Prima q pater ei⁹ fuit non solum de tribu Leui: sed etiam de stirpe Aaron de qua erant omnes sa/cerdotes incensum offerẽtes: vt patet in Leuitico z Numeri. xviij. Et ideo dicit Luce pmo. Fuit in diebus herodis regis Judee sacerdos quidam zc. Secũda est: quia mater eius fuit de eadem stirpe sacerdotali: quia dicit q vxor eius eliza/beth fuit de filiabus Aaron. z ita Johã/nes fuit de stirpe sacerdotali ex vtroq; parente. Tertia q mater Joh̃is bap/tiste fuit consanguinea germana virgis gl'iose. q; angel⁹ sic eã vocat in euãgelio Lu. i. Et ecce elizabeth ꝯgnata tua. Co/gnati dicunk illi q ex ex duob⁹ frãbus vel duab⁹ sororib⁹ sũt geniti fm expositionẽ grãmaticor: cuius aliter accipiank in di/uina scptura. Quarta q xp̃s fuit con/sanguine⁹ scõs bti Joh̃is baptiste Luce .i. cap̃. Et ecce elizabeth cognata tua z ipa cõcepit filium in senectute sua: quia filij germanor vel germanar sic vulgo vocank. Jsta tũ cõsanguineitas eq̃pollet germane in eo q totã germanitatẽ habe/bat xp̃s ad ipã matrẽ benedictã p quã at/tinebat Joh. bap. quantã habẽt ceteri si/mul ad pfem z ad mfem rõne totalis.

Sz occurrit difficultas quõ xp̃s z Io/hãnes erãt cõsanguinei: cũ non essent de eadẽ tribu fm apl'm ad Hebre. z in lege scriptũ erat ne trib⁹ ad tribũ misceren. dr̃ q i ꝑ ór fuisse dispẽsatũ ꝯtũ ad tribũ regiã z sacerdotalẽ: vt ptz ex testimonio vtriusq; testamẽti. Primo in ve. testa. accepit aarõ vxorẽ heli filiaz aminadab sororem Naason: de tribu iuda: ex qua pcesserunt omes sacerdotes Exo. vi. ca.

Scõo in testa. no. q; mr̃ bñdicta xp̃i ex pte pr̃is fuit de tribu iuda: z ex pte mr̃is de tribu leui: cũ elisabeth esset ei⁹ ꝯgnata z ipsa fuit ioseph nupta q erat de domo III. con/sidera. dauid Lu. i. ca. Tertia ꝯsideratio est de ei⁹ annũciatõe p angelũ. Circa quaz cõsiderandũ q ei⁹ annũciatio fuit q̃dru plici ꝓilegio sublimata. Primũ fuit ex pte ꝑsone annũciãtz: q; ab eodẽ ange/lo a q̃ xp̃s. vñ angel⁹ zacharie dicẽti. vñ hoc sciã: rñdit. Ego sum gabriel zc. Lu. i. ca. Et q; tãto nũcio nõ credidit mox pla ga mutitatz pcussus fuit: vñ addidit an/gel⁹: eris tacẽs z nõ poterz loq; vsq; i diẽ q̃ hec fiãt. Scõm fuit ex pte loci in q̃ fuit annũciat⁹: q; credik fuisse annũciat⁹ i loco sacratissimo q dicebak scãsctõr q; qõ erat intra tẽplũ sacratissimũ sãctuariuz in q̃ erat archa testamẽti Exo. xxvi. vt nul/lus in ipm nisi põtifex introiret: z ꝑ argui tur duplr̃: tũ q; sol⁹ intrauit cũ ad alia tẽ/pli loca simul admitterenk plures sacer/dotes: tũ q; vices misterij sacerdotal' sor/te diuidebank p annos ꝯtũ ad soles põ/tifices q̃ simul plures ee nõ poterãt: Et hic ór q; sorte exijt vt incẽsũ poneret. in/gressus tẽpluz dñi. Tertiũ fuit ex pte tpis in q̃ fuit annũciat⁹. q; cũ semel tm̃ i anno põtifex intraret locũ istũ fm apl'm ad Hebre. ix. ca. z Exo. xxvi. sic ille loc⁹ erat sctissim⁹: ita eadem rõne fuit dies z hora illa sctissima. de q̃ Lu. i. ór q; omis mlt'itudo ꝑpl'i erat orãs foris hora icẽsi

Quartũ ex pte ꝑsone cui facta fuit an nũciatio illa: q; dignissima oim̃ ꝑsonar vete. re. erat sũm⁹ sacerdos: q̃ pmo ꝑ ere bak ꝓncipi. Deu. xvij. z ij. Re. exẽplũ ór sa

muele p compationē ad saulē. ij. Regū. Iste autē Zacharias cui fuit hec annunciatio facta arguit fuisse summus pontifex: tum qr solus intrauit sctā sctōꝝ: tum qr ei⁹ sacerdotiū fuit descriptū simul cū rege Lu. i. Fuit in dieb⁹ herodis reg⁹ iudee sacerdos q̄dā noīe zacharias. ex quo habet documentū ꝙ beato Johanni iure legis diuine debebat summū sacerdotiū qr tūc sūmi sacerdotes ꝓdibāt p successionem: vt ꝑtz mltipl'r in libro numeroꝝ.

Sciendū tñ ꝙ hec annūciatio non solum fuit ꝓuilegiata ex ꝑte annūciantis ⁊ tempis ⁊ loci ⁊ eius cui fuit facta: sed etiā ex ꝑte modi annūciatiōis: quia licet plures alij vt ysmael Jsaac ⁊ Sampson fuerint annūciati p angelū: null⁹ tamen ita modo sublimi: vnde in hac annūciatione fuit btūs Johes septēpl'r cōmendatus. Prīo vt gaudiosus in suo ortu: iō dr̄ ⁊ erit tibi gaudiū ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebūt Lu. i. cap̄.

Scdo vt ꝟtuosus in suo gradu. cū sequit. etem̄ magn⁹ corā dño Tertio consecratus legis misterio. qr sequit vinū et sicerā nō bibet. iste em̄ erat ritus nazareorū q̄ ꝟm legem erāt dño consecrati Numeri. vi. Quarto vt sctificatus in matris vtero. cū sequit. ⁊ spūsctō replebitur adhuc ex vtero matris sue Luce. i. cap̄.

Quinto vt fructuosus in p̄dicationis officio. cum sequit: Et multos filioꝝ ⁊c.

Sexto vt vigorosus in suo p̄ambulo: quo fuit xp̄i p̄cursor. cū sequit: ⁊ ipe p̄cedet ante illum in spiritu ⁊ virtute helie.

Septimo vt copiosus in suo ministerio. cū sequit: vt cōuertat corda patrū in filios ⁊ incredulos ad prudentiā iustoꝝ parare dño plebē perfectā. Jsta aūt p̄paratio fuit ei⁹ sedula ammīstratio in sua p̄uia p̄dicatione. Sed occurrunt difficultates. Prima est quare btūs Johānes singularit fuit compatus helye. Dr̄ ꝙ ipe erat ad modū helie flāma charitatis tot⁹ accensus: vñ fuit a xp̄o de ardore charitatꝫ cōmendat⁹ ad modū helie seu in sil'itudinē helie. Scda difficultas: quare dr̄ vt conuertat corda patꝝ in filios. Dr̄ ꝙ cū tempib⁹ illis iudei degenerarēt a fide sctōꝝ patꝝ: ⁊ a pia deuotiōe eoꝝ in xp̄m btūs Johes p suā p̄dicationē cōuertit deuotionē ⁊ fidē sctōꝝ p̄riarchaꝝ in ip̄os filios eos ad corda sil'ia inducēdo: ⁊ sic conuertit corda patꝝ in filios vt talia corda filij haberēt q̄lia habuerūt p̄res ip̄oꝝ. Tertia difficultas de Zacharie orōne ꝓ qua dixit angel⁹: Ne timeas zacharia qm̄ exaudita est oratio tua. Dr̄ ab aliq̄bus ꝙ tūc orabat p prole suscipienda: qd̄ non videt: qr angel⁹ copulatiue adiūxit: Et elizabeth vxor tua pariet tibi filium. copulatiua autem additio sicut coniungit voces: ita disiūgit significata vt ad aliud dicatur pertinere quod sequitur. Jdeo dicit melius ꝙ illa deprecatio non fuit de aliquo ꝑtinente ad bona fortune qualis est proles: sed de re alicuius supnaturalis boni: qr decebat vt bona precipua dedicarentur precipuo bono: et quia prestantissimuꝫ bonū apud sanctos patres erat xp̄i aduentus summe desideratus: ideo credit ꝙ tunc pro xp̄i missione festinanda exoraret deuotissime: ⁊ ideo dicit ei angelus qui misterium incarnationis xp̄i in breui erat tractaturus exaudita est ⁊c. Quarta consideratio est de ei⁹ conceptione a matre sterili supernaturali virtute. Ubi sciendum ꝙ quattuor sunt impedimēta ne fetus naturaliter concipiat. Primum est: viri infecunditas: quia sunt aliqui q̄ ex nimia frigiditate generare non possūt

IIII. cōsidera.

Secundū est mulieris sterilitas: quia sunt alique que non possunt concipere ex naturali nimia debilitate. Tertiū est mulieris antiquitas: quia vltra q̄nquagesimū annuꝫ de cōmuni lege mulieres non cōcipiūt. ideo dicit Sara Gen. xviij Postq̄ cōsenui ⁊ dñs meus vetulus est voluptati operā dabo. q̄si di. Frustra fieret ꝓpter potentiā nature. Quartū est viri decrepitas: qr licꝫ antiq̄ hoīes possit gignere ex iuuenib⁹ mulierib⁹ non tamē si sūt ambo cōmuniter ꝓuecti ꝟm Aug. de ciui. dei de cethura nouissima abrahe vxore. In cōceptōe aūt Johis baptiste

fuerunt tria impedimēta: ⁊ ꝑ cōsequens tria miracula. Primū impedimentuz fuit de matris sterilitate: de qua angel⁹ Lu. ꝑmo. Hic mēsus est sextus illi que vocat̄ sterilis. Scd̄m de matris antiq̄tate: dicēte angelo Lu. ꝑmo Jp̄a concepit filiū in senectute sua. Tertium de pr̄is vetustate: quaz inducit Lu. primo Non erat illis filius ⁊ ambo ꝓcesserāt in diebꝫ suis: ⁊ in hoc triplici miraculo fuit assimilata cōceptio Joh̄is conceptioni Jsaac patriarche q̄ fuit cōceptus de sterili matre Gen̄. xvij. ⁊ qn̄ fuit conceptus pater suus erat centū annoꝝ ⁊ mater ei⁹ nonaginta Gen̄. xvij. Putas ne centenario nascet̄ filius ⁊ sara nonagenaria pariet. Quinta cōsideratio est de ei⁹ sanctificatōe: qꝛ cito sctificatus fuit post suam cōceptionē dicente angelo: Spiritu sancto replebit̄ adhuc ex vtero mr̄is sue cōstat autē ꝙ spūs. s. alicui nō datur sine gr̄a que est idem cū charitate ⁊ inseparabilis ab ea: ⁊ qn̄ spūs. s. dat̄ per infusionē charitas sil̄r datur: dicēte ap̄lo ad Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibꝫ nostris ꝑ spm̄. s. qui dat⁹ est nobis. vbicūqꝫ autē est gr̄e infusio: ibi est sanctificatio. Ubi est sciendū ꝙ quattuor signa sanctificationis inueniunt̄ in sacra scp̄tura.

V. cōsi.

Primū est diuina p̄nominatio ⁊ istud fuit in Jsaac Gen̄. xvij. Sara vxor tua pariet tibi filiuz vocabisqꝫ nomen eius Jsaac cui bn̄dicturus sum eritqꝫ in nationes: ⁊ reges populoꝝ orientur ex eo.

Scd̄m angelica annunciatio sicut in Sampsone Judicū. xiij. Erat aūt vir q̄dam de saraa ⁊ de stirpe Dan noīe manue habens vxorē sterilē cui apparuit angelus dn̄i ⁊ dixit ad eā sterilis es ⁊ absqꝫ liberꝫ sed cōcipies ⁊ paries filiū. Tertiū miraculosa cōceptio: vt in Samuele i. Regū. i. Dn̄s aūt cōcluserat vuluā anne affligebat quoqꝫ eam emula ei⁹ ⁊ vehemēter angebat intātū vt exprobraret ꝙ dn̄s ꝯclusisset vuluā ei⁹ ⁊ ifra. Ego sū mulier illa que steti corā te hic orans dominū ꝑ puero isto oraui ⁊ dedit mihi domin⁹ petitionē meā quā postulaui eum.

Quartū festinata deuotio sicut in Josia. ij. Paralip. xxxiij. Postq̄ꝫ coangustatus est manasses orauit dn̄m deum suū ⁊ egit pn̄iam valde corā deo patruz suoꝝ dep̄catusqꝫ est eū ⁊ obsecrauit intente et exaudiuit or̄onem eius. Primū signū fuit in Johanne: qꝛ ip̄e fuit a dn̄o p̄nominatus: qꝛ non solū ab angelo annūciat⁹ fuit patri sed spūsctō dictante matri nomen ip̄ius claruit Luce. i. ca. Scd̄m etiā signū fuit in eo: quia per angelū Gabrielē fuit annūciatus eodē ca. Tertium etiā signū fuit: qꝛ supnatural̄r conceptus de parētibus infecundis eodē cap̄

Quartū etiā signū habuit: qꝛ fuit deuotione preuētus in etate. s. annoꝝ q̄nqꝫ ⁊ in vtero matris: vt infra patebit. Sed occurrūt quattuor difficultates. Pr̄ia est si fuit sctificatus in ꝑmo instanti sue conceptiōis. Dr̄ ꝙ non: qꝛ ip̄e contraxit maculā pcti originalis in ꝑmo instanti sue conceptiōis s̄m omnes: ⁊ in eodem instanti non se cōpatiunt̄ gr̄a ⁊ originalis culpa. Scd̄a difficultas: quādo fuit sctificatus. Dr̄ ꝙ hora sue sctificatiōis nō est nobis nota q̄uis sit satis clarū ꝙ ante fuit sctificatus in vtero matrꝫ q̄ꝫ ꝑueniret ad mensem septimū: qꝛ in mense sexto exultauit in vtero repletus spiritusancto: vt patebit infra. Sexta consideratio est de matrꝫ occultatōe q̄ postq̄ꝫ cōcepit occultauit se mēsibꝫ q̄nqꝫ di. cap. supradicto Quia sic fec̄ mihi dn̄s in die qua respexit auferre obprobriū meū iter homines. Jstius aūt occultatiōis pōt quadruplex ratio assignari Prima ꝙ istā occultationē fec̄ ad ꝓecūdiā fugiendā qꝛ dicūt aliqui ꝙ erubescebat qꝛ i senectute cōcepat quasi dādo operam voluptati sicut dicebat Sara Genes. xviij. Postq̄ꝫ dn̄s meus vetul⁹ est ⁊ ego senui voluptati operā dabo. Scd̄a ratio est ad inanem gl̄iam detegendam qꝛ om̄ibꝫ notū erat ꝙ illa cōceptio naturalis eē nō poterat. Et ideo videri posset ꝙ ostensio sui fuisset quedaz ostentatio ꝑ meriti miraculi: ⁊ istā rōnem videt̄ tāgere euāgelista: cū dic̄. Quia sic fec̄ mihi dn̄s ⁊c̄.

VI. considera.

quasi diceret: quia dñs me honorificauit auferendo obprobriũ meũ: non decet ꝙ ego meipam ostentando honorificem.

Tertia ratio est ad diuinã grãm recognoscẽdã: qꝛ ꝑsone solitarie sũt magꝫ in seipis recollecte: vt possint deo grãs agere de beneficijs sibi collatis: iuxta illud Math. vi. Tu autẽ cum oraueris intra cubiculũ tuũ ꝛc. Quarta ratio est ad solennitatẽ ꝟginis augmentandã: quia ꝑsentiebat spũsctõ edocta: ꝙ mater xpi ad ipam visitandã erat ventura: ꝛ ideo volebat esse occultata vsq; ad eius aduẽtum: vt eius manifestatio tũc tempis esset magis gaudiosa: sicut iocalia que aliq̃diu occultant postea cum maiori gaudio vident: ꝛ illã rõnem tãgit euangelista cũ dicit: ꝙ occultabat se mẽsibꝫ q̃nq;: quia in sexto mense ꝟgo ad ipam peruenit: ꝛ tũc sancta elizabeth seipam totalr manifestauit. Septima cõsideratio ẽ de Johis exultatione in matrꝫ vtero ad ꝑsentiam dñi saluatoris: de qua Luce. i. Abijt in mõtana cũ festinatiõe ꝛc. In q̃ exultatiõe euangelista narrat quattuor opationes ordinate. Prima fuit virginis allocutio grata: qꝛ intrauit in domuz zacharie ꝛ salutauit elizabeth. q̃ salutatio festina declarat nobis in virgine exẽplum benignitatis immẽse qua persone beniuole solent ꝑuenire alios in salutando: ꝑm illud apostoli ad Roma. xij. Honore inuicẽ preueniẽtes. Secũda fuit ipius elizabeth auditio intenta: qua dulciter auscultauit virginis salutationem deuotã: ideo subdit. Et factũ est: vt audiuit salutationem marie elizabeth. ꝛ cetera

VII. cõsidera.

Tertia fuit bti Johis reuelatio clara qꝛ ad auditũ sue matrꝫ fuit puero adhuc in vtro clauso reuelata xpi pñtia: quia cũ actꝰ exultatiõis sit actꝰ volũtatis necessario req̃rit actũ ꝑuie cognitiõis: ꝛ nõ potuit exultare nisi reuelatio precessisset

Quarta opatio fuit ipius Johis exultatio deuota: qꝛ sequit. Exultauit infans in vtero eiꝰ: nõ ꝙ ipe audiuerit illã salutationẽ corpalr: cũ organa ad audiẽdũ nõ haberet disposita: ꝫ ad mris auditũ fuit ei ĩfusa exultatio supnaturalr. Ex istis ꝑmissis opationibꝫ sequit ꝙ repleta est elizabeth spũsctõ ꝛ exclamauit voce magna. Vbi duo notant. Primuz est spũsscti ĩfusio plena. Repleta est spũsancto: qꝛ spũsctũs ꝑfecte fuit sibi tũc collatus. Scdo notat eiusdẽ spũssan. redũdantia mira: qꝛ sicut vas q̃n est supplenũ non põt cõtinere q̃n redundet: ita ex supabundãtia spũssan. q̃si redundãs exclamauit voce magna. Sicut em̃ supabunde dolentes nõ pñt cõtinere se a clamore tristitie. ita supabunde gaudẽtes nõ possunt se cõtinere a clamore leticie. Vñ in isto clamore posuit q̃tuor dicta elizabeth

Primũ fuit debite veneratiõis in laudem ꝟginis ꝛ filij eius: cũ ꝑmittit. Bñdicta tu in mulieribꝫ ꝛ bñdictus fructus vẽtris tui. Scdm fuit cõgrue humilitatis in seipa. cũ sequit: ꝛ vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? q̃si diceret ꝙ non erat digna tã immẽso honore.

Tertiũ dictũ fuit veridice narratiõis in scda ꝑsona. cũ sequit. Ecce vt facta ẽ vox salutationis tue in auribꝫ meis exultauit ꝛc. Quartũ dictũ fuit duplicꝫ ꝓphetatiõis. s. de preterito ꝛ de futuro in ipa virgine sacra. cum sequit. Et beata que credidisti: quoniã perficient in te q̃ dicta sunt tibi a dño. q̃tum ad preteritũ dicit. Btã que credidisti q̃tum ad futurũ: qm̃ ꝑficient in te ꝛc. Sed occurrunt difficultates due. Prima est: si beatus Johannes existens in vtero matris sensit xpm aliquo sensu corpali. Dicit ꝙ nõ videt: qꝛ organa sensuũ corpaliũ ante natiuitatem fuerunt impedita: ꝛ ideo quãdo dicit ventris obstruso recubans cubili senseras regem thalamo manentẽ. videt esse intelligendũ de sensu expimentalis noticie ꝑtinente ad aĩam intellectiuam. Scda difficultas quo sensu potuit ꝑcipere elizabeth exultationẽ infantis in vtero suo. Dicit ꝙ non aliquo sensu corpali. cũ nullus motus corpalis in vtero matris sit signũ exultationis fetꝰ. ꝛ ideo videtur ꝙ sensu mentali ꝛ ꝓpheticõ. Octaua consideratio est de Johã

VIII cõsidera.

nis associatione cum xp̄o: vtroq; existen
te in vtero per tres menses. mansit autē
maria apud elizabeth quasi mēsib; trib;
Luce p̄mo ca. Dicit autē quasi: q; tantū
defuit q̄ntū maria tardauit venire a Na
zareth in domū zacharie post angelicaz
salutationē. vnde illa associatio fuit in/
tegra ex consortio quadruplici: quatuor
sez sanctissimaꝝ p̄sonaꝝ sibi inuicem p̄/
bentiū inenarrabiles consolatōes. Pri
ma fuit p̄sona xp̄i in vtero virginis iam
quiescēs. Scd̄a fuit p̄sona Joh̄is ba/
ptiste iā in vtero matris crescēs. Ter
tia fuit p̄sona dei genitricis verbū conti
nens. Quarta fuit p̄sona elizabeth p̄/
cursorē xp̄i ferens. Et s̄m hec istis trib;
mensibus credunt̄ fuisse quattuor cōmu
nicationes delectationū spiritualiū inter
istas sacras personas. quarum Prima
fuit inter christum ⁊ suam benedictam
matrem que ipsum sentiebat non solum
corporaliter: sed etiam mentaliter sibi
visceraliter influentem diuinas immissi
ones: patet in cantico virginis cum di/
cit: Esurientes impleuit bonis. Et ite/
rum. Exultauit spiritus meus ⁊ cetera.
Scd̄a cōicatio fuit inter Joh̄em ⁊ su
am genitricē: que fetus sui non soluz cor/
porales sed etiā mentales sentiebat sur/
sum actiones in deū. vnde sensit eius ex/
ultationē spiritualem quā habuit de ex/
ultatōe virginis benedicte. Secunda
cōmunicatio fuit inter xp̄m ⁊ Johannē
qui eius presentiā spūaliter sentiebat: et
p̄ consequens xp̄s ex vtero matris ierar/
tice ip̄m illuminabat ⁊ p̄ficiebat: vt ei⁹
p̄fectio redundaret in matrē. Quar/
ta cōicatio fuit inter matrem dn̄i ⁊ elisa
beth: ista autē non erat immediate intel
lectualis: sed sensibilis ⁊ vocalis p̄ quā
tribus mensib; vacauerunt non munda
nis verbis ⁊ inanib; sed diuinis laudib;
⁊ collocutionib; vt a se ⁊ a suis concepti
bus cōcitabant̄. Et ideo accipit̄ documē
tum q; beata dei genitrix iterfuit in nati/
uitate bti Joh̄is: q; in mense sexto ab ei⁹
conceptione suscepit salutationē angeli/
cam. Luce p̄mo. ⁊ statim abijt in monta
na: ⁊ mansit ibi mensib; tribus: ⁊ sic fue
runt completi nouem menses in quoruz IX. con
fine est tempus partus. Nona consi/ sidera.
deratio est de eius parturitione Luce. i.
Elizabeth impletū est tēpus pariēdi: ⁊
peperit filiū. Vbi notandū q; ista imple
tio potest intelligi q̄ttuor modis. Vno
modo incipiendo a conceptione bti Jo/
hannis a qua impleti sunt nouez mēses
vsq; ad eius natiuitatē s̄m cōmunez cur
sum in partub; mulieruz: ⁊ ita intelligit
euangelista ad litterā q; impletū est tem
pus pariendi ⁊c. Alio modo incipiēdo
ab incarnatione xp̄i: q; preordinatū erat
a deo q; btūs Joh̄es nasceret̄ ex vt̄o ma/
tris trib; mensib; postq̄ xp̄us fuit incar
natus ⁊ ita impletū est tempus pariēdi
s̄m p̄ordinationē diuinā. Tertio modo
pōt intelligi ista impletio: quia preordi/
natuz erat a deo. vt btūs Johānes nasce
ret̄ sex mensib; ante xp̄m: ⁊ ita fuit tem/
pus pariendi preordinatum impletum.
Quarto modo potest intelligi: q; preor/
dinatū erat a deo: vt reuoluto circulo na
tiuitatis Joh̄is baptiste sequeret̄ natiui
uitas xp̄i sex mēsibus: vt natiuitas vtri/
usq; diuideret̄ ⁊ per annū mediū sic̄ alie
capitales solennitates totius anni. Vn/
de scienduz q; sicut christus fuit natus in
solsticio hyemali vltra quod sol non po/
test descendere s̄m cōmunē doctrinā san
ctoꝝ: ita eadem ratione beatus Johan/
nes fuit natus in solsticio estiuali: vltra
quod sol non potest ascendere: ⁊ s̄m hoc
intelligit̄ illud verbū Joh̄is. ij. ca. Illū
oportet crescere: me autem minui. quia a
natiuitate christi dies crescit: sed a nati/
uitate Johannis decrescit. Est etiam sci
endum q; beatus Johannes fuit natus
feria sexta: sicut christus eodem die fuit
incarnatus: et illa dies est sacratissima:
quia altissimo omniuz sacramentorum
.s. incarnationis fuit consecrata: q; autez
natiuitas illa fuerit tali die. probat̄ quia
christus tali die fuit incarnatus: vt dicit
Augustinus. iiij. de trinitate et eadem
die qua incarnatio celebratur tali die et
natiuitas Joh̄. bap. i ordie septimāe: tū

quia xp̄s natus est ī die dñico ⁊ qñcūq; xp̄i natiuitas celebratur tali die natiui/tas Johis precedit in feria sexta. De cima consideratio est de Johis circūcisi one: de qua dicit Luce. i. Factū est in die octaua venerūt circūcidere puerum ⁊c. Ubi est sciendum ꝙ in die circūcisions ip̄ius fuerūt q̄ttuor miracula. Primū est ꝙ nūcupatio Johis fuit matri ip̄ius diuinitus reuelata: qꝛ cū in circūcisione in qua cū imponebat nomē puero volue runt hūc puer̄ nominare noie patris sui Fachariā: rñdens mater eius dixit Lu/ce p̄mo. Nequaq̄ sed vocabit Johānes. Vñ Ambro. dicit ꝙ elizabet ꝑ reuelati/onem didicit qd̄ non didicerat a marito

X. consideratio

Scd̄m miraculū fuit ꝙ Facharie pa tri suo fuit loquela restituta qua carue/rat a die annūciatiōis saltē ꝑ nouē men/ses qꝛ innuebant patri eius quem vellet vocari eū ⁊ postulans pugillarē scripsit dicens: Johānes est nomē eius: ⁊ mirati sunt vniuersi. Apertum est antē illico os eius ⁊ loquebat bñdicens deū. Terti/um miraculū ꝙ ip̄i Facharie fuit xp̄i in carnatio ꝑ spm̄ ꝓpheticū de futuro reue/lata ꝑ modū p̄teriti. tum quia sic incar/nato xp̄o dixit. Bñdictus dñs de⁹ israel quia visitauit ⁊ fecit redēptionez plebis sue. Et erexit cornu ⁊c. tum qꝛ in eodem cātico adiunxit. Jusiurandū qd̄ iurauit ad abraā patrē nostr̄ daturuz se nobis.

Quartū miraculū ꝙ ip̄i Facharie fu it ꝑ spm̄ ꝓphecie de futuro bti Johānis baptiste cōuersatio inspirata. tū quia in eodē capl̄o dicit. Tu puer ꝓpheta altissi/mi vocaberis p̄ibis em̄ ante faciē dñi pa rare vias ei⁹ ⁊tū quia adiūxit. Illumina/re his q̄ in tenebr̄ ⁊ in vmbra mortis se dent ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pa cis. Est aūt sciendū ꝙ in enarratōe mi/rabiliū que acciderūt in hac circūcisione narrat euāgelista sex mirabilia vel nota bilia Primū est ꝙ nemo erat in cogna tione parentū: qui hoc nomīe vocaret ex quo ostendebat ꝙ eius generatio magis erat s̄m spm̄ q̄ s̄m carnē. Scd̄m nota tabile ꝙ audito hoc noīe a p̄re scribente adhuc muto: mirati sūt vniuersi qua. s. ꝑ penderūt ꝙ eodez spiritu pater ⁊ mater loquebant. Tertiū notabile ꝙ factus est timor sup̄ om̄es vicinos eor̄: nō q̄dez seruilis cū illis nullus esset terror: sz ini/tialis vt ex diuinis beneficijs sibi colla/tis incitarent ad deū finaliter timendū.

Quartū notabile ꝙ sup̄ oīa montana Judee diuulgabant oīa verba hec. ī qui/bus. s. montanis btūs Johannes fuerat natus: sicut solent noua notabilia celeri/ter diuulgari: ⁊ illa fuerūt notabilia q̄ a creatione mūdi in natiuitate alicui⁹ ho minis: īmo in circūcisione accidissent.

Quintū notabile ꝙ om̄es qui audie/rūt posuerūt in corde suo dicētes. Quis/putas puer iste erit: q̄si arguētes a mio/nori. Si tanta mirabilia eueniūt in isti⁹ pueri inchoatōe: quāta poterunt esse illa que euenient in sue etatis perfectione.

Sextū notabile: etem̄ manus dñi erat cū illo. i. v̄tus dei omnipotētis erat ad ꝑ ficienduz miracula que in eius exordijs multiplicabant. Undecima conside/ratio de ip̄ius annūciatōe: qꝛ fuit Johan nes nuncupatus qd̄ quidē est nomē he/breū s̄m Hiero. ⁊ habet q̄ttuor interpre tationes s̄m eundē que conueniūt beato Johanni. Primo em̄ interp̄tatur dñi gr̄a: ⁊ hoc cōuenit btō Johāni quia cum scti distinguant tria tp̄a. s. tempus natu re: tempus legis scripte: ⁊ tempus gr̄e. istud tempus dicit incepisse ab ortu bea/ti Johis. Scd̄o interpretat in quo est gr̄a ⁊ hoc cōuenit Johanni: qꝛ gr̄a noui testamenti ꝑ qua d̄r Joh. i. Gr̄a ⁊ v̄itas ꝑ ih̄m xp̄m faca est: singulariter fuit in eo infusa ⁊ ita internal̄r radicata: vt ab ip̄a nunq̄ excideret in qua principales sctōs noui testamēti oēs. s. apl̄os excessij se videt Tertia interp̄tatio cui dona/tum est: ⁊ illud etiā cōuenit sibi: quia do/na spūsscti etiā in vtero matris copiose suscepit: inter q̄ dona spūssan. ꝓphetie ab apl̄o numerant alia dona in Apo. cū de/scribunt cū dixit angelus testimoniū ie/su cū spiritu ꝓphetie: quez spm̄ habuisse in vtero matr̄ testat Ambro. sup̄ Lucā.

XI. considera

Quarto interpretat̃ cui donatio a domino facta est: ⁊ hec conuenit sibi: quia ipse non solũ fuit ꝑfecte sanctificatus: sed etiã vt credit̃ in gr̃a confirmatus sic̃ apostoli in ꝑceptione spũssancti ꝑm cõia dicta doctoꝝ ⁊ sctõꝝ: vt ex tunc non posset peccare mortal'r: vñ sicut dictum fuit de apostolis: Repleti sunt oẽs spiritusancto ita de illo dictũ est. Spũsctõ replebitur adhuc ex vtero matris sue. Et hec cõfirmatio denotat ꝙ donatio sibi facta est a dño: qꝛ donatio ꝓprie sumpta est rei datio irreuocabilis. Duodecima consideratio est de istius pueri accessiõe ad desertũ. vñ Lu.i. dicit. Puer autẽ crescebat ⁊ cõfortabat̃ spiritu ⁊ erat in desertꝫ. Ex quo habet̃ q̃druplex documentũ. Primũ ꝙ ille felix puer in etate puerili augebat̃ corꝑaliter: qꝛ puer crescebat quasi ex primens singularẽ modum sui corꝑalis augmenti. Scd̃m ꝙ ille felix puer in etate puerili fugit ad desertũ celeriter. qꝛ erat in desertis. Tertiũ qꝛ ille felix puer ne leui pctõ pollueret̃ mundo abdicauit. Quartũ ꝙ illa felix puer intrauit desertũ in etate q̃nq̃ annoꝝ: qꝛ cum etas infantie terminet̃ ad quintuꝫ annũ. s. ad primũ lustrũ ⁊ in ipo anno etas pueritie incipiat in ꝑncipio huius etatis: vt patuit: voluit cõfugere ad desertũ. Quã q̃dẽ translationẽ fecit q̃druplici rõne. Prima ratio ad mũdi renunciationẽ initiãdam: qꝛ cum multi scti noui testamẽti in puerili etate cõstituti ad mũdi renunciationẽ totalem aspirauerint: vt patuit in Martino ⁊ Benedicto ⁊ Nicolao. iste ꝑmus hanc renunciationẽ inchoauit cuius exemplo ceteri fuerũt vocati. Secunda ratio ad ꝟginitatẽ corꝑis ꝑfecte seruandã. nam iuuentus est etas lubrica Eccl̃iastes xij. Adolescentia ⁊ voluptas vana sunt. quia cũ mũdi ꝯuersatio in puerili etate incipiat declinare ad incendium libidinis ꝑm dictũ sapientis Eccl̃ia. xiij. Qui tetigerit picẽ coinq̃nabit̃ ab ea ideo ad seruandũ suũ eximiũ celibatũ sic detestatus est munduꝫ: vt preeligeret heremũ. Tertia ratio ad ꝟginitatẽ anime integre custodiendã: qꝛ cũ ex mutua hominũ conuersatiõe sit impossibile hominẽ euitare saltem pctã venialia q̃ disponũt ad aĩe corruptionẽ: ideo ad tales maculas fugiẽdas in solitudinẽ se transtulit in ꝑmitiua etate: ideo canit eccl̃ia Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens petisti: ne leui saltẽ maculare vitã famine posses. Quarta ratio ad pauꝑtatẽ voluntariã ⁊ altissimaꝫ cõmendandam: quia cum agens vitam solitariã in deserto nullaꝫ posset habere rerũ temꝑaliũ diuisionẽ aut cõionem in aliq̃ qualis est in pauꝑtatꝫ vltimo termino: quia cuꝫ nullo diuidit nec cõicat illa bona circa quoꝝ carentiã consistit paupertas vera: ⁊ ibi cõprobat̃ vera paupertas Math. viij. ca. Vulpes foueas hñt ⁊ volucres celi nidos: filius aũt homis nõ habet vbi caput reclinet. Decima tertia cõsideratio est de tempe habitationis ipius in deserto: qꝛ dicit euãgelista Lu.i. ꝙ erat in desertis vsq̃ in diẽ ostensionis sue ad israel. Sed occurrunt sex difficultates. Prima que fuit illa dies ostensionis sue ad isrl'? Dr̃ ꝙ illa dies de qua dr̃ Lu.iij.ca. ꝙ factũ est verbũ domini sup Johem zacharie filiũ in deserto ⁊ venit in oẽm regionẽ iordanis: ꝑdicans baptismũ pnĩe in remissionẽ pctõꝝ: quia tũc fuit populo israelitico manifestatus.

XII. cõsidera.

XIII. cõsidera.

Scd̃a difficultas que fuit dies istiꝰ reuelatiõis ⁊ aduentus in regioneꝫ iordanis. Dr̃ ꝙ ista dies fuit anno q̃ntodecimo imperij Tiberij cesaris q̃ annꝰ credit̃ fuisse tricesimꝰ a natiuitate saluatorꝫ

Tertia difficultas si ex istis haberi potest q̃tum steterit in deserto. Dr̃ ꝙ sic. s. xxv. annis: quia annus tricesimus saluatoris: fuit etiaꝫ tricesimus iohãnis cũ in eodẽ anno fuerint ambo nati. Et iõ tricesimo etatꝫ sue anno de deserto exijt. ⁊ q̃nto anno illuc ĩtrauit: ⁊ per cõsequẽs. xxv. annis ibi fuit. Quarta difficultas: q̃re tantũ ibi stetit. Dr̃ ꝙ non decuit inde recedere donec inciꝑet xp̃m prenunciare: ⁊ non decuit ꝙ officiũ ꝑdicatiõis ⁊ doctrine ꝑsumeret exercere anteq̃ etatem ꝑfe-

ctam. s. xxx. annoꝝ haberet: qꝛ ip̄e domi/
nus officiū p̄dicationis nō assumpsit do
nec xxx. annos ꝑfecte habuit Lu. iij. ca.
Quinta difficultas: si btūs Johānes
conscijs suis parentib⁹ in deserto ꝑman
sit. Dr̄ ꝙ nō apparet inconueniēs: qꝛ fu/
ga ei⁹ ⁊ mansio parentes eius non latu/
it: tum qꝛ spm̄ ꝓphetie habebāt: tū quia
eius virtutes non impedire sed augmē
tare ⁊ ꝓmouere satagebant: nisi forte di
cat̄: ꝙ sic̄ xp̄s inscijs parētib⁹ remansit in
templo: ita ille ignorantib⁹ genitorib⁹ ꝑ/
mansit in deserto vt esset magis solitari/
us. Sexta difficultas: si ī istis. xxv an
nis fuit btūs Johannes visitatus ab ali
quo in deserto. Dr̄ ꝙ in scriptura non ha
betur talis visitatio: nec apparet necessi/
tas cū in vita sua humano auxilio q̄tuz
ad victū necessaria nō egeret sicut nec fe
re siluaꝝ vt infra patebit. Et apparet: qꝛ
heremitica vita in ꝑfectiori gradu perfi
citur: qñ omni societate humana priuat̄
sicut patz in paulo p̄mo heremita: q̄. xxx
annis sine hoīm cōsortio vixisse ꝓhibet̄.
Uñ in diuina scriptura reꝑiunt̄ quattu/
or heremi cultores q̄ fuerūt singulariter
in miraculis potentes. Primus fuit
Moyses q̄ in deserto habuit suas reue/
lationes in mōtib⁹ sacris oreb ⁊ sinay: vt
habet̄ per totū Exodū Leuiticū et libꝝ
Numeroꝝ. Scd̄s fuit Helyas cuius
habitatio fuit in solitudine mōtis Car/
meli: vt habet̄ in. iij. Regū. xviij. Ter/
tius fuit Heliseus cui⁹ habitatio fuit in
eodem montis deserto vt in. iiij. Reg. iiij
Quartus fuit Joh̄es baptista cuius
habitatio fuit in desertis: vñ accipit̄ ar/
gumentū ꝙ vita solitaria est summe deo
accepta eo ꝙ maxime contēplatiua. Isti
eniz q̄ soli inueniunt̄ in diuina scriptura
cōiter in solitudine cōmorantes fuerunt
notabil̄r in diuinis miraculis ⁊ mirabi/
libus pre ceteris p̄uilegiati. Et si dicat̄
ꝙ Joh̄es nullū mirabile fecit vt dic̄ euā
gelista. Dr̄ ꝙ circa ip̄m fuerunt maxima
XIIII. cōside. miracl̄a ⁊ nobilissima facta. Decima
quarta cōsideratio est de ip̄ius exitu de
deserto q̄ non fuit ex ꝓprio ꝓposito sz a di
uino precepto sibi suꝑnatural̄r reuelato
Et hoc est qd̄ dr̄ Lu. iij. ca. Factū est ver
bum dñi suꝑ Joh̄em zacharie filiū in de
serto: ⁊ venit in omnē regionē iordanis:
⁊ iteꝝ. venit incitatus a ꝓphetico oracu/
lo: quia sciebat esse scriptū de seip̄o Esa.
xl. Vox clamantis in deserto. vnde acci/
pit̄ argumentū ꝙ ip̄e prius p̄dicauit exi
stens in deserto veniētib⁹ ad ip̄m q̄ ipse
veniret ad alios. Unde sciendū ꝙ ipse
fuit iussus a deo exire de deserto q̄dru/
plici rōne. Prima fuit ad conferendū
baptismi lauacꝝ Luce. iij. Quia venit p̄
dicans baptismū pnie in remissionē pec
catoꝝ. ⁊ Mar. p̄mo. nō ꝙ ille baptism⁹
ex natura sua peccata aboleret nisi ex cō
tritiōe cōcomitante. Scd̄a ratio ē ad
penitentie lamentū excitandū: qꝛ indu/
cebat nō solū ad baptismi regenerationē
sed etiā ad pctōꝝ confessionē Mar. i. et
Lu. iij. Baptizabant̄ confitentes pecca
ta sua. Tertia ratio est ad xp̄i aduen/
tū p̄nunciandū. vnde dicebat Math. iij
Ego q̄dem baptiso vos in aqua in peni
tentiā: qui aūt post me venturus est forti
or me est. Quarta ratio est ad ei⁹ con/
uersationis meritū exemplandū: qꝛ s̄m
euangelicū dictū Math. v. ca. Neq; ac/
cendunt lucernā ⁊ ponūt eaz sub modio:
sed suꝑ candelabꝝ: vt luceat oībus q̄ in
domo sunt. Quitadecima considera/
tio est de xp̄i baptizatione facta a Joh̄e XV. considera.
Math. iij. ca. Venit ih̄s in galileā ī ior/
danē ad iohannē vt baptizaret̄ ab eo: et
Math. i. Venit ih̄s a nazareth galilee
⁊ baptizatus est in iordane a Johanne.
Uñ in illo baptismo legimus quattuor
miracula ꝑpetrata. Primū fuit de ce/
li aꝑtione quia duz xp̄m baptizabat celi
aperti sunt suꝑ eum Lu. iij. Factū est au
tem dū baptizaret̄ om̄is populus: ⁊ iesu
baptizato ⁊ orante apertū est celū: ex quo
accipit̄ documentū ꝙ illi q̄ moriunt̄ sta/
tim post baptismū confestim euolant ad
paradisum. Scd̄m fuit de dei p̄ris te
stificatione qꝛ vox de celo audita ē. Hic
est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene
cōplacui. Tertiū fuit de spūsscti aꝑpa/

ritione: de quo Lu. iij. Descēdit spūssan/
ctus corpali specie sicut colūba in ipsuz
z Math. iij. ꝙ vidit spm̄ sctm̄ descendē/
tem sicut columbā z venientem super se
Quartū fuit de xp̄i manifestatiōe: qꝛ
cum Johēs baptista non posset xp̄m no
scere ꝑm faciē quē nunq̄ viderat exq̄ na/
tus erat corpalr: tn̄ fuit ei supnaturalit̄
reuelatus duplici modo. Uno modo ꝑ
spiritū: qꝛ qn̄ venit ad eius baptismū ꝓ/
hibebat ip̄m Johannes dicēs: Ego a te
debeo baptizari: z tu venis ad me. Un̄
patet ꝙ tūc cognoscebat ip̄m esse christū
Alio modo ꝑ signū datū: qꝛ dicebat Jo/
hannis. i. ca. Uidi spm̄ descēdentem q̄si
colūbam de celo z manentē sup eū: z ego
nesciebā eū. i. ꝑm faciē: sed q̄ misit me ba
ptizare in aqua: ille mihi dixit sup quez
videris spm̄ descendentē z manentē sup
eum: hic est q̄ baptizat in spiritusancto z
ego vidi: z testimoniū ꝑhibui quia hic ē
filius dei. Sed occurrit difficultas in
qua forma baptizauit iohēs xp̄m. Dr̄ ꝙ
non in noīe venturi: qꝛ tūc baptizasset in
noīe ip̄ius xp̄i: z ideo illa forma non sibi
cōpetebat: z iō forte nullā formaz ibi te/
nuit: sed solū impleuit preceptum xp̄i: vt
ip̄m baptizaret corpali ablutōe: cui for/
te aliqua dixit que sūt nobis ignota. Un̄
sciendūz est ꝙ in isto baptismo quattu/
or notabilia sumuntur. Primū est: de
christi humilitate quia voluit baptizari
a suo subdito siue inferiori z hoc reputa/
tur humilitas in principe quando vult
militari a suo subiecto: et quod maius
signū humilitatis est cū ille baptismus
daretur pro penitētia in remissionez pec
catorū non dedignatus est ille q̄ sine pec
cato erat se exhibere in remissionē pecca
torū. Secundū documentū est: de Jo/
annis humilitate cōuenienti quia Joan
nes recusauit primo hāc dignitatem vt
xp̄m baptizaret z fieret eius quasi pater
spūalis dicens sic. Ego a et debeo bap/
tizari z tu venis ad me: quasi diceret: nō
sū dignus ꝙ te baptizem sed a te debeo
baptizari. Et fact⁹ ē cōpater ꝟginis sic̄
habet̄ in sacramētis. Tertiū documē
tū est de xp̄i equitate: quia dicit̄ in eodē
capittulo ꝙ xp̄s respondit sine modo sic
decet nos īplere oēm iusticiā. Quar
tum documentū est de Johis obediētia
quia mox vt christi rationē audiuit z vo
lūtatem firmatā vidit: nō plus ei restitit
sed statim dimisit eū facere quod voluit
vnde sequitur ꝙ tūc eū dimisit ex quo cō
cluditur ꝙ fuit ei patrinus. Decima/ XVI. cō sidera.
sexta cōsideratio est de Joānis exempla
ri conuersatione toti mundo specialiter
q̄tū ad virtutez austeritatis. Unde no/
tandū ꝙ in quattuor rebus cōsistit virt⁹
austeritatis. Primo in his q̄ pertinēt
ad cibū. Secundo in his que ꝑtinent
ad potum. Tertio in his que pertinēt
ad vestitū. Quarto in his q̄ pertinēt
ad stratū. Quia in his quattuor consue
uit caro homis recreari. et ideo qui mili
tāt strennue cōtra carnez cōsueuerunt in
istis quattuor affligere corpus suum ad
calcandas ipsius corpis passiōes. Nūc
beat⁹ Johānes tenuit virtutē austerita/
tis. Primo in cibo quia eius esca erāt
locuste z mel siluestre Mar. i. ca. Se
cundo in potu qꝛ erat aqua pura. Unde
cantat eccl'ia. Cui latex haustuz sociata
pastū mella locustis. Tertio in vesti/
tu: qꝛ vestimentū eius erat ciliciuz de pi/
lis cameloꝝ cōtextū Math. i. Erat Jo/
hānes vestitus de pilis cameloꝝ et zona
pellicea circa lūbos eius: que. s. erat ad
stringendū ciliciū vt carni ꝓpinqui⁹ ad
hereret. Quarto in stratu: qꝛ lect⁹ ei⁹
erat solū antra et saxa: qꝛ erat in deserto
solitarie habitans ꝑm illud de quo canit
eccl'ia. Antra deserti. Decimaseptima XVII.
cōsideratio est de ip̄ius feruētissima p̄di ꝯsidera
catōe: qꝛ fuit feruētissimus p̄dicator: z vt
dn̄s suā p̄dicationē autenticaret: ab eo/
dem themate voluit incipe p̄dicationez
suā. vn̄ q̄libet dixit. Agite pn̄iam Mat.
iij. z Lu iiij. ca. In sua predicatōne dedit
quattuor regulas q̄ttuor manerieb⁹ gen
tiū ad ip̄m ordinate venientiū. Primi
fuerūt religiosi. s. pharisei q̄ venientes ad
eius baptismū petebant ab eo quid face
rent vt salui fierēt: quibus dedit hanc re

gulam: q̄.s. facerēt dignos fructus pnīe et ne gl'iarent' quasi supbientes de statu suo Math. iij. Uidēs aūt multos phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ q̄.s. erant religiosi venientes ad baptismū suū dixit. Progenies viperaꝝ q̄s ostēdit vobis fugere a vētura ira. Scdi fuerūt populares omnes q̄ venientes ad eius baptismū dicebāt q̄d facerēt: q̄b; ipe dedit hāc regulaꝫ vt exercerēt opa miscdie culpaꝝ absterſiua vñ Lu. iij. dr q̄ interrogabāt eū turbe q̄d facerēt. Rñdens autē dicebat: q̄ q̄ habet duas tunicas det non habenti: ⁊ qui habet escas sil'r faciat. Tertij fuerunt publicani publicoꝝ negocioruꝫ executores ⁊ exactores iuriū impialium dicti a pu. Cesare: vel a repub. q̄bus ipse dedit hanc regulā: q̄ nihil facerēt ampli⁹ nisi qd̄ erat eis cōstitutū: ⁊ illa regula potest intelligi dupl'r. Uel q̄tū ad iudices imperiales ⁊ tūc erat illa regula q̄ nihil aliud facerent q̄ qd̄ erat eis constitutū per leges que erant cōstitutiōes imperiales Alio modo potest intelligi q̄tū ad exactores fiscales: ⁊ tūc erat sūma hui⁹ regule. nihil aliud q̄ qd̄ cōstitutū est vob faciatis. i. nullā exactionē nouā: ⁊ in institutis ꝓprijs non inuentā ꝓcuretꝫ: vt patet Luce. iij. Quarti fuerunt milites: q̄bus ipe dedit regulā triptitam. Primo indicens eis q̄ nulli facerēt violentiam. Scdo q̄ nulli facerēt iniusticiam

Tertio q̄ essent contēti stipēdijs suis aut supple redditib; suis: patet Luce. iij. Uñ in p̄dicatōe sua habuit quadruplicem modū ꝓcedendi. Primo per viaꝫ reprehensionis: vñ dicebat Genimīa viperaꝝ q̄s ostendit vobis fugere a ventura ira. Scdo ꝑ viaꝫ cōminationis de penis eternis pctōrib; infligendis Mat. iij. Jam em̄ securis ad radicē arboꝝ posita est: Omnis arbor q̄ non facit fructū bonū excidet' ⁊ in ignē mittet'. Tertio ꝑ viā exhortationis incitando ad bona opa Luce. iij. Multa q̄dem ⁊ alia exhortans euangelizabat. Quarto ꝑ viam ꝓmissionis ꝓmittēdo celestē patriā operarijs bonis Math. iij. ⁊ Luce. iij. Cui⁹ ventilabꝝ in manu eius loquēs de xp̄o: ⁊ purgabit areā suā ⁊ cōgregabit triticū in horreū suū: paleas aūt comburet igne inextinguibili. Decimaoctaua cōsideratio est de testimonij ꝓlatiōe erga xp̄m Nam multa testimonia protulit de xp̄o. XVIII cōside

Primū est: Qui post me venturus est ante me factus est: q̄r p̄or me erat. Secundū est: De plenitudie eius om̄es accepimus gr̄am ꝑ gr̄a. Tertiū est: Lex ꝑ Moysen data est: gr̄a ⁊ veritas ꝑ ihm xp̄m facta est. Quartū est. Nemo vidit deū vnq̄ nisi filius hois qui est in sinu patris. Sed occurrūt q̄ttuor difficultates. Prima est quare dicit in primo testimonio de xp̄o. Ante me fact⁹ est Dicit' q̄ loquit' de humilitate non prioritate durationis: sed p̄oritate posterioritatis: ꝑm quā loquit' apl'us. i. ad Thimotheū. i. Jesus xp̄s venit in hūc mundum vt pctōres saluos faceret: quoꝝ p̄m⁹ ego sum. i. potissim⁹. Scda difficultas est: quare dicit in scdo testimonio q̄ de plenitudine eius oēs accepim⁹ ⁊c. Dicit' q̄ gr̄a fuit in tanta plenitudine in ania xp̄i q̄ inde redundauit in oīa membra eius q̄ acceperūt gr̄am acceptatiōis diuine ꝑ gr̄a felicitatis eterne: que dicit' gr̄a consumata. Tertia difficultas: quare dicit ī tertio testimonio Lex ꝑ moysen ⁊c. Dicit' q̄ lex Moysi ꝑm dicta apl'i non poterat impiū iustificare nec ꝑ consequēs gratiam sua ꝟtute conferre. Lex aūt xp̄i nō solū a peccato iustificat: sed etiā gratiaꝫ efficaciter impetrat. Quarta difficultas: quare dicit in q̄rto testimonio. Deū nemo vnq̄ vidit. Dicit' q̄ licet forte aliq̄ vidissent deū ꝑ essentiā sicut de Moyse ⁊ Helya dicit': tñ nullus vidit ip̄m visione adequata ⁊ ꝑfecta respectu talis obiecti ꝑm quem modū dicit apostolus prima ad thimoth. vi. q̄ deum nullus hominū vidit: sed nec videri potest: qd̄ non potest intelligi nisi de visione adequata: quia de visione simplici constat q̄ videt' in patria sicuti est ꝑm Johannē in canonica sua. Decimanona consideratio ē de questionibus sibi factis. vbi est notan XIX cōsidera.

dum q̄ bea. Johāni fuerūt facte quattu/
or questiones ſm quattuor oppiniones.
Prima opinio fuit q̄ ipe erat xp̄us: qr
eo tempe venit quo daniel ꝓphetauerat
xp̄m esse venturꝝ. Et ꝓpter sublimitatez
sctitatis sup omnes alios sanctos p̄teri/
tos. Et sublimitas sctitatis eius fidem
faciebat: ideo querunt iudei Joh. i. cap̄.
Tu quis es scz si es xp̄s: ⁊ cōfessus est ⁊
non negauit. Et rn̄dit: quia nō sum ego
xp̄s. Scda opinio fuit: q̄ ipe esset He
lyas sicut dicitur de helya Eccle. xlviij.
Surrexit helyas ꝓpheta q̄si ignis ⁊ ver/
bum eius quasi facula ardebat. Et ideo
sequit: si ipe esset helyas: ⁊ dicit q̄ non. s.
ricordia eius preueniet me. Et ideo bea
ta virgo dicit Suscepit israel pueruꝫ su
um ⁊c̄. Cuius ⁊c̄. Amen.

Tractatus de corpore xp̄i.

Emoriā fecit mi
rabilium suorum misericors
et miserator dominus escā de
dit timentibus se ps̄. cx. Tria sunt preco
nia de quibus solent principes cōmen/
dari principaliter. Primum est poten
tia. quia principatus non est nisi quidaꝫ
ciuilis potestas. vnde prouerbiorū. xiiij.
In multitudine populi dignitas regis ⁊
in paucitate plebis ignominia principis
Secundum est clementia principis.
quia potestas sine clementia vertit verū
principem in tyrannū. ideo dixit ille rex
maximus artharxerses. hester. xiij. Cuꝫ
gentibus plurimis imparem ⁊ vniuer/
sum orbem mee ditioni subiugassem ne/
quaq̄ volui magnitudine potentie abu/
ti sꝫ clemētia ⁊ lenitate gubernare subie
ctos. Tertiū est magnificētia que est
virtus cōueniens solis principib⁹. ideo d̄r
hester. i. ꝙ impator assuerus fecit cenam
magnā p̄ncipibus suis. ⁊ eam fecit habū
danter ⁊ precepit om̄ia ministrari s̄m ꝙ
magnificētia regia dignū erat. Et quia
xp̄us dn̄s est p̄nceps omniū. ⁊ rex reguꝫ
⁊ dominus dn̄antiuꝫ apoc̄. i. idcirco pōt
excellenter ab hoc triplici preconio com/
mēdari. Et specialiter in dignissimo eu/
charistie sacramento. Primo nanq̄ on̄
dit in eo suam potentiā. qꝛ non est maio/
ris virtutis mūdū de nihilo creare q̄ sb̄
stantiam totam panis in suū corpus sub
iecto conuertere incorruptibile. Et ideo
premittit̄ in verbo ꝓposito. Memoriam
fecit ⁊c̄. Opera enim mirabilia declarāt
diuinam potentiam pro quibus prophe
ta in ps̄. cxxxviij. Confitebor tibi domi/
ne. qꝛ terribiliter magnificat⁹ es. ⁊ Mi/
rabilia opera tua ⁊ aīa. m. co. ni. Se/
cundo xp̄us in eo suam clementiā osten/
dit. quia ibi semetipsum totū dedit: tam
indignis q̄ dignis. ⁊ ideo sequitur. Mi
sericors ⁊ miserator dominus de qua cle/

mētia dicit propheta ps̄. cxliiij. Suauis dn̄s vniuersis ⁊ miserationes eius super omnia opera eius ⁊c̄. Tertio ostendit ibi sūme suam magnificentiā. qꝛ ibi statuit dare vnū ferculū qđ habet in se plus de preciositate q̄ꝫ valeat totū suū regnuꝫ ideo subiungit. Escam dedit timentibꝫ se. vnde idem ꝓpheta in cxliiij. p̄s. istam dīnam magnificentiaꝫ extollendo dicit. Oculi omniū in te sperant dn̄e ⁊ tu das illis escaꝫ in tempore oportuno. Et quia apertio manus in principe designat magnificentiā adiungit. Aperis tu manuꝫ tuā ⁊ imples omne animal benedictione Quia ergo solēnitas pn̄s est circa eucharistie sacramentū. idcirco ad illius sacramenti misterium declaranduꝫ occurrūt quattuor cōsiderationes seu contemplationes. quarum scꝫ Prima est de istiꝰ sacramenti entitate. Secunda est de ipsiꝰ vnitate Tertia est de eius ꝟitate

I. ꝯtemplatio. Quarta est de eiꝰ bonitate. Quantum ad primam contemplationem que est de illius sacramenti entitate est intelligenduꝫ ꝙ sicut dicut dicit beatus Grego. in omelia paschali. In hoc sacramento aliud est quod cernitur. ⁊ aliud quod creditur. illud qđ cernitur est species panis ⁊ vini in hostia ⁊ calice. Sed illđ qđ creditur est veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i. Intelligendum est tamen ꝙ sub specie panis que videntur in hostia quattuor esse creduntur. quia scilcꝫ Primo creditur ibi esse corpus xp̄i ex vi verboꝝ quia verba consecrationis de solo corpe faciunt mentionem. Secundo est ibi sanguis xp̄i. ex concomitantia immediata. quia sanguis immediate disponit corpus ad vitam. Tertio est ibi anima xp̄i ex concomitantia propinqua. quia licet anima non viuificaret nisi sanguine mediante tamen pertinet ad eandem naturam. ⁊ ideo concomitatur ipsum propinque. Quarto est ibi diuinitas verbi ex concomitantia remota. quia licet diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnum suppositum non tamen pertinet ad eandem naturam. Sed ex istis accipiuntur duo catholica documenta.

Primum est ꝙ sanguis xp̄i non soluꝫ est in calice sicut aliqui imaginantur: et corpus tantum in hostia. imo totus sanguis xp̄i est vere in hostia. quia ex quo resurrexit sanguis suus non fuit nisi infra corpus. Secundum est ꝙ talis institutio est in ecclesia moderna. cum em̄ in p̄mitiua ecclesia sacramentū hoc sub eadē specie ministrabatur populo: tamē quia circa species vini multa pericula acciderunt effusionis. institutū est vt sub specie panis tantuꝫ cōmunicetur. quia sub vtraq̄ꝫ specie tam corpus q̄ꝫ sanguis suscipit̄

Intelligendū est tamē ꝙ in calice credunt̄ esse illa eadē quattuor q̄ dicta sunt licet alio ordine. qꝛ Primo est ibi sanguis ex virtute verboꝝ ꝓ eo ꝙ verba consecrationis calicis de solo sanguine faciunt mentionē. Scđo credit̄ corpꝰ xp̄i ibi esse ex cōcomitantia īmediata. quia est ibi corpus īmediate receptū. Tertio creditur ibi esse anima ex concomitātia propinqua. quia pertinet ad eandem naturā humanaꝫ. Quarto credit̄ esse ibi diuinitas ex concomitantia remota. quia non pertinet ad eandem naturā q̄ꝫuis bene ad idem suppositū. Sed hic accipiuntur duo alia documenta. Primum est ꝙ cuꝫ sit aliud qđ cernitur oculis corporis: ⁊ aliud qđ credit̄ oculis mētis in hoc sacramēto oratio nō est dirigēda ad illđ qđ cernit̄. sꝫ tm̄ ad illđ qđ creditur quia illud est dignum adoratione

Secundum est ꝙ verba consecrationis secrete proferuntur a sacerdote. ante eleuationem nō debet a populo adorari. qꝛ nondum constat ibi esse corpus xp̄i ꝓpter periculū idolatrie. Qđ aūt illa q̄tuor que dicta sunt in hoc sacramento dignissimo sint probatur per beatum ambrosiū in libro de sacramentis: qui dicit ꝙ illa que fuerunt in vtero virginis inueniuntur in illo dignissimo sacramento. Qꝛ vero illa fuerint in vtero virginis ꝓbatur per ansel. in libro de ꝯceptu virginali. Et illa quattuor saluator oñdit ibi esse io. v. dicēs: Ego sum panis viuus q̄

de celo descendi. Per hoc enim q dicit panis dat itelligere corp⁹ qz ibi dic. Caro mea vere est cib. Per hoc q dicit viuus dat itelligere aiam q quā corp⁹ viuificat Et quia anima sine sanguine corp⁹ non potest viuificare. ideo subiungitur. z sanguis. Dicit aūt. Qui de celo descendi p pter diuinitatem. Sed circa ista dicta accipiuntur quattuor veritates. quaruz

Prima est q in hoc sacramento pprie non videtur xp̄us oculo corporali. quia aliud est ibi qō cernitur z aliud qō creditur fm Greg. z hoc ideo. qz si ibi xp̄s cerneretur. idem esset qō cernitur z creditur. Ratio aūt quare non cernitur ibi xp̄us ē quia accidentia que ibi cernunt non sunt in corpore christi sicut in subiecto Secunda veritas est q licet ibi pprie non videatur xp̄us tamen non errant fideles q dicunt se videre xp̄m in manibus sacerdotis. qz nullus errat cui⁹ verba possunt verificari eo modo q verificat diuina scriptura: in qua dicitur q aliqui viderunt deum oculo corporali sicut Moyses vidit oīm cernēdo corporaliter rubū exo. iij. non q videret ibi diuinitatē: sed quia diuinitas assistebat illi rubo. Et ita corpus xp̄i suo modo assistit speciebus que in hoc sacramento cernuntur. Tertia veritas est q si beatus Petrus celebrasset missam in triduo mortis xp̄i. cū in cena sacerdos fuerat ordinatus. tūc in hostia non fuissent credita nisi duo. s. corp⁹ xp̄i z dīnitas eius. qz tunc caro xp̄i erat mortua. z tunc anima eaz non cōcomitabatur: nec sanguis. quia iaz erat effusus super terram. z corpus in sepulchro z anima in inferno. Et ideo cū sanguis z anima non sint in hostia nisi per concomitātiam tunc ibi non fuissent. Tamen quia diuinitas remansit in morte vnita cum corpore. ideo fuisset ibi ex tali concomitātia. Quarta veritas est. q si beat⁹ Jacobus qui missam ordinauit primo dixisset missaz in hoc triduo tunc in calice nō fuisset nisi sanguis. quia non est ibi corp⁹ z anima nisi per concomitantiaz: z tunc corpus erat a sanguine separatum. z anima similiter seperata. nec diuinitas fuisset ibi sic vnita sanguini sicut carni. quia non remansisset cōmunicatio ydiomatū que prouenit ex tali vnione. vt habetur. i. de trinita. vnde non erat verum dre tūc hoc sanguine demonstrato. iste sanguis est deus sicut pter sepulturam corporis dicimus deum esse sepultum z non i cruce remansisse. sicut remansit ibi sanguis Et ratio est. quia corpus est principalis pars: z non sanguis hominis. Intelligēdum tamē est q quando sacerdos defert corpus domini ad cōmunicandum fidelem dicit. Credis hoc esse corpus domini de virgine natum et in cruce passum. Respondit vtiq; tunc et sacerdos interrogans z fidelis profitens debet dirigere intentionem suam ad illud qō credit. z non ad illud qō cernitur. qz tunc vtrū q; crederet cum illud qō cernitur non sit corpus xp̄i fm bea. Grego. Intelligēdum est insuper q simplices proni sunt nisi instruantur ad dirigendum suaz intentum in illud quod cernitur. Et tutius videretur dicere. s. credis hoc esse corpus xp̄i. z tunc bene posset ferri intentio ad illud quod cernitur. quia in speciebus illis quas cernimus est vere corpus xp̄i tamen quando quis dirigit intentionem suam ad fidem ecclesie in tantum nullū videtur periculū. Sed remāet adhuc dubium. Si sanguis est venerandus in aliquibus reliquijs que sunt pter eucharistiam. Dicunt aliqui q non. quia xp̄us totum sanguinem reassumpsit. tamen non videtur inconueniens si aliqua eius portio remansit: cum tanto sanguine corpus glorificatum non indigeret. et ideo venerari potest. Secundo dubitatur. Si talis sanguis est venerandus sicut in eucharistia. Dicitur q non. quia talis sanguis non est vnitus diuinitati sicut nec in triduo mortis xp̄i. Unde sicut in triduo nullus debuit adorare calicem secundum latriam: eo q non erat ibi deitas. ita nec sanguinem illum qui est separatus a corpore christi. Tamen quia sanguis in eucharistia est ibi con-

iunctus. ideo calicis sacramentum sicut
II. pte. hostiam adoramus fm latriam. Circa secundam contemplationem que est de illi⁹ sacrī vnitate est aduertendum q̄ vnitas illi⁹ sacramēti nō est vnitas simplicitatis sed vnitas integritatis cū in eo fm premissa contineātur aliqua infinite distantia sibi inuicem. Intelligendus est tamē q̄ sicut quattuor cause solent requiri in quolibet naturali effectu. scilicet Materialis. Efficiens. Formalis. Finalis: ita ad integritatem illius sacramenti quatuor concurrunt. ita q̄ materia illius sacramenti est panis in hostia z vinū in calice. forma aūt sunt verba consecrationis. Efficiens est sacerdos ordinatus loquendo de efficiēte misteriali. quia p̄ncipale constat esse deum verum. Finis autem est intētio debita proferentis. Et q̄a ista quattuor ibi requirūtur: cum altero eorum deficiente ibi nihil fiat: idcirco dicit in libro de reg'is theologie regula. s. cxiij. q̄ ad ħ q̄ panis conuertat in corp⁹ xp̄i. tenetur q̄ in pane sit materia. Inverbis forma. In agente misteriali intentio. z in p̄ncipali ordinatio. Et fm ista q̄tuor occurrunt hic quatuor considerationes. Prima est de causa efficiente.

Secunda de causa materiali. Tertia de causa formali. Quarta de causa finali. Quantū ad causam efficientez misterialē de q̄ nunc hic loquimur: null⁹ habet potestatem illud altissimuz sacramentum cōficiendi nisi sacerdos ordinatus per ep̄um. q̄ paulus apostolus cum ordinasset titum ep̄um ex hoc dedit sibi auctoritatem ordinandi sacerdotes dicitum. i. Huius rei gratia te reliqui crete vt ea que desunt corrigas z constituas presbyteros q̄d frustra factuz fuisset si sine ep̄o sacerdos ordinari potuisset. Ex q̄ excluditur error valdensium. q̄ consecrationem huius sacramenti omni fideli z vtriusq̄ sexui cōmittebant. Sz circa illam causam efficientē solent fieri quatuor questiones. quarum Prima est si sacerdos hereticus p̄ōt conficere. Et dicitur q̄ sic. q̄ illud sacramentū fit in fide ecclesie. z nō in fide vnius singularis p̄sone fm beatum Aug. vnde licet discredat eucharistiam cōficit nihilominus eā ꝓpter predictam causam. Secunda q̄stio est si sacerdos scismaticus vere conficiat. Dicitur q̄ sic mlt̄omagis. q̄ si ex contumacia ad xp̄m non impedik illud sacramentū in sacerdote malo nec ex cōtumatia ad ecclesiam. Tertia questio est. si sacerdos irregularis p̄ōt conficere. Dicik q̄ sic. q̄ irregularitas est pena iuris humani. z auctoritas z potestas conficiendi est iuris diuini. z illa nō p̄ōt istā auferre: sicut nec ius humanū p̄ōt auferre ius diuinū Quarta questio est si sacerdos degradatus p̄ōt conficere. Et dicitur q̄ non de iure: licet tamen de facto.

Oppositum videtur. q̄ caracter sacerdotalis in quo consistit potestas conficiēdi est indelebilis: alioquin si deleak per degradationem z talis sacerdos absoluere tur a pena degradationis: posset iterum ordinari: cum tamen nō sit iterabile ordinis sacramentū z tunc verba degradationis de ablatione potestatis essent referēda ad potestatem ordinatam. z nō ad potestatem absolutā. Unde si dominus papa preciperet vni degradato q̄ celebraret sine vlteriori ordine putarek q̄ conficeret. q̄ sacramentū ordinis est a deo institutū z pena degradationis ab hūano iure. Sed remanet dubiū. Si sacerdos malus celebrans est audiēdus. Dicēdum est q̄ si constaret ipsuz esse in peccato mortali q̄ non. q̄ celebrando peccat mortaliter. z ideo nō est ei consentiendū in tali actu. Sed quia cōtritio cordis interior est occulta z repentina: ideo ꝓpter pctā manifesta nō est cauendum nisi de scandalo dubitek Secunda dubitatio est. Si sacerdos excōmunicatus est audiendus. Dicitur q̄ non quia contritio occulta penam iuris extrinsecam inflictā non potest euacuare. corpus enim christi sic est venerandum in manu sua sicut in manu alterius. quia ita verū corpus christi conficitur a malo sicut a bono ministro. Quantū ad causam ma/

terialem illius sacramenti. Primo videndum est de materia in hostia. Secundo de materia in calice. Circa primum est sciendum q materia illius sacramenti est panis triticeus. Unde si cõficeretur in pane ordei siue spelte nihil fieret. quia vnius sacramenti vna est materia in specie. Sed nullus potest baptizare in vino vel aceto. isti aũt panes differunt in specie sicut semia ex quibus fiũt. Unde materiã illius sacramenti zacha. ix. ca. nobis pulcherrime indicat cum dicit loquens de ecclesia illo sacramẽto ve nustata. Quid bonũ eius est z quid pulchrum eius nisi frumentum electorum z vinum germinans virgines. Sic circa illam materiam accipiuntur quattuor documenta. quorum Primum est q christus consecrauit illud sacramentum constituens in azimis. vt declaratur. primo auctoritate veteris testamenti. quia scribitur exodi. xij. q deus precepit comedi pascha cum azimis. z christus comedens pacha in cena in azimis instituit illud sacramentum. Et confirmat tum q Leui. xxiij. ca. q. xiiij. die mensis primi q̃ scz xp̃us cenauit ad vesperam pascha domini est. z sic pascha comestum tunc cuz azimis comedebatur. tum quia Matth. xxiij. habetur ibidem. Dicunt tamẽ greci q in vtroq; textu habetur q in crastinum. s. xv. die incipiebat solẽnitas azimorum. z ideo cum xp̃us. xiij. die cõfecerit non ꝓfecit nisi in fermẽtato. Istud tamẽ dato q fuerit faciliter excluditur. q xp̃s propter iminentem passionem preoccupauit comedere pascha q̃. xv. die comedebatur z tunc obseruauit ritum legalẽ. Sed auctoritate noui testamenti illa veritas magis roboratur. tum q Matth. xxvi. dicitur q prima die azimoz paraue runt discipuli pascha. tum quia luce. xxij dicitur q venit dies azimorum q̃ dicitur pascha: quando describitur tempus cene z sic videtur xp̃m fecisse pro quo tẽpore prohibitum erat esse fermentum in lege Dicunt tamen greci q beat⁹ Mar eus est ad oppositum qui dicit q erat pascha z azimum post biduum z addunt q in hoc alios euãgelistas correxit. Istõ tamen non est ad propositum. quia q dicit beatus Marcus post biduum tunc christus erat in domo Symonis leprosi z nondum tamen vsq; ad biduum sequebatur cena. Sed beatus Johãnes. xviij. capõ. dicit q in die passionis xp̃i iudei nõ introierunt pretorium vt nõ contaminarent sed manducarent pascha. Ex quo hẽur q xp̃us cenã preoccupauit propter iminentem passionem z tunc comedit pascha sicut preceptuz erat in lege cum azimis. quia non fuit preceptum quin azima possent accipere: ante solennitatem azimorum. sicut fuit prohibituz esse fermentatum post. Ista omnia confirmantur quia xp̃us sumpsit fermentuz in euãgelio in mala significatione semper. Attendite inquit a fermento phariseorum q̃ est ypocrisis Mathei. xvi. Et Mar. vij. Et Lu. xij. tum quia apostolus paulus eodez modo loquens. i. Corinthioz. ix. dixit. Non in fermento veteri nec; in fermento malicie z nequitie: sed in azimis sinceritatis z veritatis. Secundum documentum est q lingua latina vere conficit in azimis. Quia dicit beatus Cyprianus martyr q in hoc sacramento nihil aliud facimus nisi q̃ xp̃us fecit qui vt patuit in azimis consecrauit

Tertium documentum est: q ecclesia greca vere conficit in fermentato. quia azimum et fermentatum non differunt essentialiter. et vtrum; est vera illius sacramenti materia. Unde latini cucharistiam grecorum adorant q̃uis ipsi turpiter errent nostram non adorando.

Quartum documentum est q latini conuenientius conficiunt in azimis q̃ greci in fermentato. quia magis confortantur christo: dicente beato Johanne in canonica sua. q qui dicit se in illo manere debet sicut ille ambulauit z ipse scilicet ambulare. omnis autem qui sumit hoc sacramentum in illo dicitur mãnere sicut dicitur Johannis. vi. capitu. Circa materiam calicis Dicitur q materia

istius sacramenti est vinum de vite. vnde si quis conficeret in alio liquore vtputa in vino malogranatorum vel pomorum nihil faceret. quia vnius sacramenti vna est proprie materia secundum speciem: vt supra patuit. et ideo in hac materia christus hoc sacramentum instituens di Matthei. xxvi. offerens calicem cōsecratum. Non bibam amodo de hoc genimine vitis. ꝛc. Sed circa hanc materiam accipiuntur quattuor documenta.

Primum est q̄ christus in calice consecrationis aquam miscuit. quia tali vino mixto propter sobrietatem creditur vsus fuisse. et ad hoc est auctoritas beati Cypriani martyris quam recitat beatus Augustinus. iiij. de doctrina christiana. vbi dicitur q̄ christus calicem mixtum obtulit. Secundum q̄ nullus debet conficere sine aqua. quia ad illud propositum dicit beatus Cyprianus q̄ non aliud facimus in illo sacramento q̄ illud quod christus fecit. Luce. xxij. Hoc facite in meam commemorationem. ꝛc.

Tertium est q̄ illa aqua mixta nō est de necessitate sacramenti. sed de congruitate: vnde sine ea posset sacerdos conficere de potentia absoluta. q̄uis non de potentia ordinata. quia sic̄ panis in hostia est propria materia: ita vinum in calice.

Quartum est: q̄ illa aqua significat incorporationem ecclesie in sanguine christi dedicatam quia dicitur in apocalip. xvij. q̄ sunt populi quemadmoduz in huiusmodi coniunctionis signum delatere christi dormientis sompno mortis in cruce exiuit sanguis et aqua. Joh. xix. capitu. Sed solent hic fieri due q̄stiones. quarum Prima est. si aqua mixta cum vino transubstantiatur cum ipso vino in sanguine christi. Dicitur q̄ si aqua est virtute vini ante verba consecrationis resoluta in vinum transubstā/tiatur tota ista materia in sanguinem christi. quia iam est vinum. ꝛ constat q̄ vinum transubstantiatur totum sicut totus panis. Si autem nondum est tota resoluta: tunc non transubstantiatur. quia nullum sacramentum habet efficatiam nisi supra materiam propriam. materia autem propria illius sacramenti non est aqua: sed vinum. et tunc remanet ipsa aqua speciebus vini circumfusa. Secunda q̄stio est. q̄ sacerdos post sumptionem dominici sanguinis non est ieiunus cum aquam mixtam sumpserit. Vtrum in vno casu vel alio possit celebrare secundo. Dicitur q̄ illa modica aqua non impedit celebrationem secundam. quia cito est resoluta. Et tunc accipiuntur hic duo saluberrima documenta. quorum Primum est q̄ parum de aqua debet misceri in calice: vt possit cito resolui in vinum. aut vinum virtutez habere quod valeat cito aquam resoluere. Secundum est. q̄ si sacerdos ex reuerentia ante celebrationem os suum lauans modicum preter intentionē deglutiat de aqua. nō prohibetur propter hoc celebrare quia talia faciliter resoluuntur q̄ō

Quantum ad causam formalem est videndum. ꝛ primo quantum ad formaz verboz in hostia. Dicit q̄ sunt quattuor exp̄ssa. s. corpus: ania sanguis. ꝛ deitas q̄ entitatē illius sacramēti pficiūt. ista sūt quattuor verba p̄ que hostia ꝛsecrat. q. s. cā. formalis.

Primū est pnomē demōstratiuū. s. hoc
Secunduz est verbū substantiuū. s. est
Tertium est nomē substātiuū. s. corp⁹
Quartū. est pnomē possessiuū. s. meū.

Istam aūt formam ꝛsecratiōis tradidit xp̄s Mat. xxvi. ꝛ Mar. xiiij. ꝛ Luc. xxij. ca. Sed quantum ad istam formā accipiunt hic q̄tuor catholica documēta. quoz Primum est q̄ ista ꝛsecratio fm formā facta fuit i lingua hebraica q̄ fm illā xp̄s loquebat. Scōm est q̄ deinde illa ꝛsecratio i lingua greca fuit facta vt est dictuz q̄ post hebreos greci conuersi sunt vt habet in acti. deviduis grecoruz.

Tertium est q̄ deinde fuit facta i lingua latina. q̄ beatus Petrus sic eā romanis tradidit. Vnde in istis tribꝰ linguis scriptus fuit titulꝰ crucis. sicut dicit Augusti. de ciuit. dei. Et confirmatur. quia Matthaeus scripsit in lingua hebraica.

Lucas in greca. Marcus in latina. Jo
hannes vero nostram formam expssit. ꝛc̄

Quartum est ꝙ illa ꝯsecratio fieri po
test in omni lingua eadem ratione quaꝛ
in istis. vñ apli habentes donū linguaꝝ
potuerūt formā tribuere. Sꝫ adhuc re/
manet dubiū. qꝛ in canone tradito eccl'ie
a.b. Petro ponit vnū verbū. s. illa cōiun/
ctio em̄. ꝛ sic nō sunt quatuor verba solū
Dicit ꝙ illa coniunctio non pertinet ad
formā ꝯsecrationis: sed tm̄ cōtinuat p̄ce
dentia. vnde si obmittatur: adhuc conse
crarek quāuis obmittens scienter pecca/
ret mortaliter. Scdm dubiū est. Si ꝑ
illa verba fieri possit ꝯsecratio sine alio p̄
misso. Dicit doctor subtilis ꝙ nō: qꝛ vt
sic absolute dicta ac ꝓlata dāt sensuꝫ: ac
si cōficiēs vellet ꝯficere corp⁹ suū ꝓpriū
sicut ꝛ xp̄s expssit ea. Et ideo dicit. ꝙ sūt
necessaria verba p̄ambula ꝑ que signifi/
cek sacerdos hoc dicere nō ī ꝑsona ꝓpria:
sed xp̄i recitātis. Et illud fit ab illo loco
vt nobis corpus ꝛ sanguis dilectissimi fi
lij tui. Circa ꝯsecrationē calicis ē sciē
dū ꝙ sicut ꝑ quinqꝫ vulnera sanguis exi
uit de corpe xp̄i p̄ncipaliter sic̄ habek in
Circa calicez Johe: ita ꝑ quinqꝫ verba fit cōsecratio
ista. ita ꝙ Primū est ꝓnomē demōstra
tiuum. hic non sumendo aduerbialiter:
sed pronominaliter sicut ī hostia. hoc ꝛc̄.

Secundum est verbum substantiuū:
scꝫ est. Tertium est nomen substanti/
uum in recto. s. calix. Quartum est no
men substantiuuꝫ in obliquo. s. sanguis.

Quintum est pronomen possessiuum
scꝫ mei. Ista forma habetur in tex. Mat
xxvi. Marci. xiij. ꝛ Luc. xxij. ca. tamen si
cut iacet in missali nostro ad litterā non
habetur ab aliquo euangelista. Sed be.
Petrus illam formam ecclesie tradidit
ꝛc̄. Sed aduertendum est. ꝙ post verba
illa consecrationis calicis ponūtur in ca
ne beati. Petri quattuor verba que desi/
gnant virtutē sanguinis christi. Pri/
mum designat virtutem quam habet ad
dedicationem noui testamenti. quod in
eius sanguine fuit dedicatuꝫ ꝑm apostolum. ad hebreos. ꝛ ideo dicit no. ꝛ ve. te/
stamenti. Secundum designat virtu/
tem quam habet ad confirmationē fidei
christiane que in xp̄i sanguine est radica
ta. ideo addit misterium fidei. Terti/
um designat virtutem quam habet ad
redemptionem generis humani: ideo di/
cit qui pro vobis ꝛ ꝓ multis effundetur

Quartū designat virtutē quā hꝫ ad
ablutionem peccati. ideo dicit in remissi
onem peccatorum ꝑm illud qd̄ scribitur
apoca. vij. Isti sunt qui venerunt ex ma/
gna tribulatione ꝛ lauerunt stolas suas
in sanguine agni ꝛc̄. De istis aūt quattu
or vtrum pertineant ad formam cōsecra
tionis magistri doctores dubitauerunt.
ꝛ ideo non est tutum determinare se ad
quinqꝫ verba precedentia in consecran/
do. quia tunc nihil faceret si aliqua illaꝝ
pertineat. sicut nec ille qui conficere intē
deret per mediaꝫ partem verboꝝ. In ta
libus aūt dubijs tutissimuꝫ est tenere in
tentionem suam in generali ad intentio
nem ecclesie licet intuitum appareat ra/
tionabile ꝙ illa verba non sunt de forma
sed solum quinqꝫ. ꝛ prima sicut in hostia
quattuor alia. Quantum ad causam cā final
finalem. Dicitur ꝙ finis nunc hic accipi
tur pro consecrantis intentione. vt inten
dat facere quod fecit christus iesus. ꝛ qd̄
facit ecclesia. qꝛ dixit Hoc facite in meā
commemorationem. Sed circa istum fi/
nem accipiuntur quattuor catholice ve/
ritates quarum Prima est ꝙ ad con/
ficiendum illud sacramentum non tene/
tur intentio actualis. quia secundū Hie
ronimum Deus nullum obligat ad im/
possibile. non est autem in potestate no/
stra non subito distrahi: quando profe/
runtur consecrationis verba. vt experi/
mur. ꝛ ille qui est ad illa distractus non
potest actualiter illa cogitare: nec per cō
sequens intendere. Secunda veritas
est. ꝙ nec sufficit intentio. scilicet habitu/
alis: quia cum illa remaneat in homine
dormiente: sicut ꝛ habit⁹ tunc homo dor
miens posset conficere verba debita pro
ferendo. Tertia veritas est ꝙ ad con/
secrationem tenetur: et sufficit intentio

virtualis vt.s.intendat quãdo se mouet ad celebrandũ conficere ⁊ transeunte il la actuali intentione dispositio debita ex ipa moueat inferiores potentias ad exequendũ illa que sunt rei necessaria sic̃ vadens ad eccl'iam mouet̃ ad eã q̃uis non semp̃ de itinere cogitet. Quarta veritas est q̃ ad illã consecrationẽ non refertur intentio spũalis vt cõficiens intẽdat spũale ꝓpter qd̃ illud sacr̃m est institutũ ſm Dioni.de eccl'iastica ierarchia.iij.ca. Unde si intendit cõsecrare vere conficit q̃uis mortal'r peccet. Cui dicit dñs per ps̃.xlix. Quare tu enarras iusticias meas:⁊ assumis testamentũ meũ ꝑ os tuũ.

II.cõsideratio

Circã tertiã considerationẽ que ẽ de huius sacramenti ꝟitate:est sciendum q̃ huius sacramenti veritas est euidentissima cũ pre ceteris sacramẽtis in scriptura ꝟitas sit expressa tñ est oculis nr̃is valde oculta pre ceteris eccl'ie sacramentis. Et ad hoc induci̇t̃ ratio ⁊ exemplum. Ratio quia ꝓpter suam subtilitatẽ transcẽdit intelligẽtiã nostrã:⁊ ideo nõ est intelligibile sibi ꝓportionatũ. Exemplum ad ꝓpositũ:q̃ sicut se habet ocul⁹ noctue ad lucẽ solis:ita intellect⁹ noster ad manifestissima nature ſm Aristo. Et q̃ ſm illud sacramentũ est occultissimũ nobis idcirco sancti multũ sunt conati ad ip̃m declarandũ vt euacuarent dubia q̃ circa illã materiam excecant insipientes. Circa illud faciendũ occurrũt quattuor considerationes: quaꝝ Prima est de illi⁹ sacramenti conuersione. Scd̃a est de eius extensione. Tertia est de eius localitate. Quarta est de eius impassibilitate. Quantũ ad primã sunt q̃ttuor obstacula insipientiũ excecatiua. Primũ est:q̃ aliq̃ non possũt videre quomõ substãtia panis corruptibilis possit conuerti in corpus xp̃i incorruptibile. Sed huic obstaculo occurrit cõsideratio beati Ambro.in li.de sacramẽtis:qui volẽs ostẽdere q̃ deus põt cõuerere qd̃libet in quolibet ꝑ suã omnipotentiã per multa exempla diuĩe scripture:vt qñ mulier de viri costa subito fuit facta:⁊ quando virga Moysi in serpentẽ subito fuit mutata. Et confirmat̃ illud ꝑ rõnem: q̃ plus distat ens ⁊ non ens q̃ꝫ duo entia distent abinuicẽ ſm distantiã essentialẽ: sed de⁹ ſm oẽm fidem põt de nihilo aliq̃d facere ergo multomagis vnuꝫ ens ex alio ente quocũq̃. Scd̃m obstaculũ est:q̃ infideles non possunt intelligere q̃uis credãt q̃ ex aliquo põt fieri qd̃libet quõ aliquid couertat̃ in p̃existens sicut corpus xp̃i preexistit huic cõuersioni. Sed huic obstaculo occurrit cõsideratio bti Aug. in libro confessionũ q̃ dicit in ꝑsona xp̃i. Manducabis me ⁊ nõ ego mutabor in te:sed tu mutaberis in me. In sumptione cibi corꝑalis ita est:q̃ qñ cibus sumit̃ conuertit̃ in p̃existens suꝓpositũ. Et ideo nõ est mirũ si in ꝓposito diuina ꝟtute fiat conuersio in p̃existens ꝑ diuinã potẽtiam. Tertiũ obstaculũ est q̃ insipientes nõ credũt nisi qd̃ ꝑcipiunt sensu:et iõ cum xp̃s hic nullo sensu percipiat̃ ibi esse ab eis nõ credit̃. Sed huic obstaculo occurrit cõsideratio Grego.in dialogo.vbi loquẽs petro discipulo suo q̃ mirabatur aĩam exeuntẽ de corꝑe quã nõ videbat ĩ morte. Nunq̃d ait:q̃ aĩam meam nõ vides me exanimem esse credis? Si ergo anima dicit̃ esse in nobis ex talib⁹ actib⁹ quos ꝑcipimus:ita conicimus corp⁹ xp̃i esse in hostia qd̃ percipit̃ ex actibus eius viuificantibus eos qui digne sumunt.

Quartũ obstaculũ est:q̃ ignorantes nõ capiũt quomõ facta cõuersione panis in corpus xp̃i accidẽtia panis possint ibi remanere sine subiecto:cũ per naturam substãtia alicui inherere nõ sit possibile. Sed huic obstaculo occurrit consideratio bti Hilarij in li.de trini. q̃ dic̃ q̃ de⁹ potest plura facere q̃ꝫ intellectus nr̃ intelligere. Et ideo cũ intellectus possit itelligere accidens sine subiecto: ĩmo etiam sensus videt accidentia nunq̃ꝫ videndo substantiã:ergo multomagis ꝟtus diuina põt vnũ ab alio sequestrare. Et cõfirmat̃ illa deductio ꝑ rõnem:q̃ idcirco dicit̃ q̃ ĩtellect⁹ põt multa sequestrare que non põt sensus:q̃ est potẽtia magis im/

materialis ꝛ spūalis. ſ. Sed potentia di
uina eſt adhuc magis imaterialis q̄ in
tellectiua noſtra: ergo eſt magis ſeque
ſtratiua: vt poſſit iſta abinuicem ſepare.

II. con
ſidera.

Quantū ad ſcōam conſiderationē de
iſtius ſacramenti extenſione occurrunt
duo obſtacula. quoꝝ Primū eſt: quia
non poſſunt infideles hoīes intelligere:
quō corpus xp̄i ita magnū poſſit eſſe in
tra tam paruā hoſtiā totum contentum
cum imaginatio non capiat maius ītra
minus corpus totaliꝝ contineri. Sz hu
ic obſtaculo occurrit cōſideratio Augu.
in libro de q̄ntitate anime qui p̄bat ani
mā maiorē eſſe q̄ corpus: quia totā mag
nitudinem mundi intra ſe cogitare pōt:
ꝛ ita infra ſe continere: ꝛ ſic cum anima
ſit maior corpe: tota eſt intra corp⁹: mo
do conſimili corpus xp̄i cum ſit maius
hoſtia totū eſt intra ipam non coartatū:
ſed ita magnū ꝛ p̄fectum ſic̄ eſt in celo:
quēadmodū viſio euz ſit in pupilla ocu
li in ea maximi montes videnk. Se
cundū obſtaculū eſt q̄ non poſſunt intel
ligere tardi cum hoſtia fractione frāgak
q̄n corpus intra eam exiſtens frangak ꝛ
diuidak ſicut ad diuiſionē cuiuſlibet cor
poris ſequik diuiſio ſue p̄rtis. Sz huic
obſtaculo occurrit conſideratio bti Au
guſti. in li. de ſpiritu ꝛ aīa: qui p̄bat q̄
anima eſt tota in qualibet parte corporꝭ
ꝛ non diuidik ſm diuiſionē corporis. Et
ita: quia corpus xp̄i eſt totuz in qualibet
parte hoſtie ꝛ eius p̄ticula: ipa diuiſa nō
diuidit̄ ſed totuz remanet in qualibet
particula quemadmoduz cum vna ſola
ymago ap̄paret in ſpeculo: ꝛ tamen quā
tumcūq̄ ſpeculū frangatur non diuidik
ymago: ſed remanet in qualibet particu
la integra: ꝛ ſic cum hoſtia diuidit̄ in
plures partes: vt inde cōmunicenk fide
les quilibet integre accipit corpus xp̄i.

Intelligendū eſt tamē q̄ quattuor ſūt
que habent eſſe in aliquo vniformiter. ſ.

Primo deus in vniuerſo: quia habet
eſſe totus in qualibet mundi p̄ticula cū
non habeat partes ꝛ omnia eius diuini
tate ſunt plena ſm quamcūq̄ fidē et ri
tum: vnde pagani dicebāt omnia plena
iouis: ꝛ recitak in libro de tri. ꝛc. Se
cūdo angel⁹ i corpe aſſūpto: qz nō poteſt
eſſe ſm aliā ꝛ aliam partem cum partes
non habeat in alia ꝛ alia parte corporis
aſſumpti: ſed eſt ſm totum in q̄libet par
ticula. Tertio anima rationalis i cor
pore organico: quia cū ſit ſpiritualis ſub
ſtantia ꝛ indiuiſibilis tota eſt in in qua
libet parte corpis non in maiori maior:
nec in miori minor ſicut dicit Auguſti.

Quarto ſicut habet corpus xp̄i in hoc
ſacramento eſſe: ita vt ſicut tota ania eſt
in qualibet parte corpis: ita corpus xp̄i
eſt in qualibet parte hoſtie. Et per iſtuz
modum ſoluūtur dubia de euchariſtia.
Quādo enim dicunt: quomō corp⁹ mag
nū in tam paruo corpe poteſt contineri.
Dicik q̄ habet ibi eſſe modo ſpirituali:
quēadmodū deus cum ſit infinite mag
nitudinis: totus tamē continek infra ce
lum: imo totus in qualibet minima cre
atura. Et cum dicik: quomodo non diui
ditur ex fractione hoſtie. Dicik q̄ habet
eſſe modo ſpūali ſicut angelus in aſſum
pto corpe: et ideo licet ſcindak illud cor
pus ꝛ diuidatur: non tamē diuidik ange
lus ſic nec ex fractiōe hoſtie corpus xp̄i.

III. cō
derati

Quantum ad tertiā conſiderationez
de illius ſacramenti localitate occurrūt
quattuor obſtacula ignorantiū impedi
tiua ab illius ſacramenti cognitione. q̄z

Primū quia non poteſt talis intelli
gere chriſtū ad altare de celo deſcenden
tem niſi celum deſerat: cum tamē dicat
Auguſtinus q̄ donec finiatur ſeculū ſur
ſum eſt domin⁹. Sed huic obſtaculo oc
currit conſideratio Origenis ſup Da
theum. qui dicit q̄ dei filius veniens in
virginē totus remāſit apud patrem: ita
vt non dimidius apud patrē ꝛ dimidi⁹
eſſet in virgine: ſed totus deſcēdit in vir
ginem ꝛ non dimidius. ſicut veritas quā
mente conſpicimus cū eam docemus to
ta remanet apud nos ꝛ tota trāſit inde ī
addiſcentē: Sic eſt in p̄poſito de xp̄i cor
pore benedicto qō eſt in ſacramento ſi
cut virtus in anima Secundū obſta-

culum est ꝙ insipientes non possunt ca/
pere quomodo in tam breui momēto si/
cut verba consecrationis ꝓferuntur xp̄s
possit transire de celo empirreo ad altare
quod inestimabiliter distat. Sed huic
obstaculo occurrit consideratio bti Au/
gustini super Gen. ad lr̄am: qui dicit ꝙ
subito cum oculus noster aperit̄ visibile
quantūcunq; distans transitu velocissi/
mo transit vsq; ad oculū: vt non citi⁹ vi/
deant̄ sidera ꝓxima q̄ꝫ distantia: et ideo
non est mirandū si corpus xp̄i virtute di
uina transit subito in tanta distantia: cū
sol in instanti mittit radios suos ab oriē
te in occidens ⁊ econuerso. Cum etiam
agens quanto sit maioris virtutis velo/
cius mouere possit ⁊c̄. Tertiū obsta/
culum est: quia nō possunt intelligere ca
liginē patientes: quomō vnū corpus pos
sit esse in diuersis locis: cum corpus xp̄i
sit in tot altaribꝫ ⁊ tantum distantibus.
Sed huic obstaculo occurrit considera
tio Hugonis in libro de sacramentis: q̄
pon it in deo idē corpus non posse esse in
diuersis locis simul: quia deus conditor
nature talem corpibus dedit legem. Et
ideo q̄libet legislator cum possit dispen/
sare in lege quā ipse statuit: immo o ꝓpo/
situ ordinare: ideo deus hoc potest in to/
to vniuerso qd̄ condidit. Quartū ob/
staculum est: quia .s. inertes non possunt
cogitare quomō duo corpora possunt si/
mul esse in eodem loco: vt corpus xp̄i sit
infra dimensiones hostie nisi forte ponat̄
ibi in aliqua cōcauitate. Sed huic obsta
culo occurrit Damas. cōsideratio in sen
tentijs: qui ponit ignem ferro intimatū
cum ignis sit corpus valde subtile ⁊ fer/
rum durum. Ita corpus xp̄i cum sit cor
pus subtilius igne: per dotē subtilitatis
sue resurrectionis poterit melius talibꝫ
intimari. Nec debet ymaginari ꝙ sit in
aliq̄ cōcauitate: q̄ si hostia esset cōcaua ī
illa cōcauitate nō esset corpus xp̄i: sic̄ in
cōcauitatibꝫ corpis nr̄i non est aīa intel/
lectiua. Et vlterius om̄ia ista magis pa
tent si recurrat̄ ad modos essendi in ali/
quo q̄ dati sunt in p̄cedenti cōsideratōe:
s̄m quos dici possunt esse in eodē loco si
cut angelus ⁊ suū corpus et vnum in di
uersis: vt tota anima in diuersis mēbris

Quantū ad quartaꝫ considerationē
de illius sacramenti impassibilitate oc/
currunt duo obstacula que retardāt mi/
nus intelligentem ab illius intelligētia.
quoꝝ Primū est: quia non possunt in/
telligere ꝙ corpus xp̄i non patiatur cum
hostia frangit̄ ⁊ videt̄ ⁊ alterat̄. Huic ob
staculo occurrit cōsideratio sapiētis apo
stoli. ij. Corinth. xi. vbi dixit ꝙ ip̄e satha
nas trāsfigurat se in angelum lucis: ista
trāsfiguratio pōt fieri ꝑ assumptionē cor
poris luminosi ⁊ decori: ⁊ tunc si tale cor
pus scindat̄ vel diuidat̄: aut quōcunq;
patiat̄: ex hoc nullaten⁹ angel⁹ bon⁹ vel
mal⁹ patit̄: ita nec corp⁹ xp̄i sb̄ hostia ⁊c̄

Scd̄m obstaculū est: q̄ nō p̄nt ꝑcipe/
re q̄n corpus xp̄i ex frequēti sumptōe cō
sumat̄ successiue: sicut ⁊ ip̄e species con/
sumunt̄. Sꝫ huic obstaculo occurrit cō/
sideratio sapiētis Eccl̄iastes. xij. ca. vbi
loquēs de consūptiōe corpis humani: et
aīa non consumptibili dic̄. Reuertat̄ pul
uis vñ venit: ⁊ spūs redeat ad deū q̄ de/
dit illū. Sic̄ em̄ cū homo comedit̄ a leo
ne aīa nō cōsumit̄ sed solū corp⁹: ita duꝫ
hostia sumit̄ a sacerdote: xp̄i corpus non
cōsumit̄: sed spēs panis. Vñ sicut corpe
hoīs corrupto aīa ītegra sepat̄: ita corru
ptiōe facta circa spēs desinit esse corpus
xp̄i ī loco: vñ btūs andreas dicebat egee
ꝙ agn⁹ ille postq̄ꝫ a fidelibꝫ ē comest⁹ re/
manet īteger atq; viu⁹ ⁊c̄. Circa q̄rtā
cōsiderationē q̄ est de illi⁹ sacr̄i bonitate
occurrūt q̄tuor ꝯsideratōes ex q̄bꝫ decla
rat̄ isti⁹ sacr̄i bonitas. q̄ꝝ Pr̄ia est de
illi⁹ sacr̄i celebratōe. Scd̄a ē de ei⁹ isti
tutione. Tertia est de ei⁹ sumptione.

IIII. cō sidera.

Quarta est de ei⁹ ꝑfectōe. Quātū
ad p̄mā considerationē de illius sacr̄i ce
lebratōe: est ītelligēdū ꝙ illd̄ est celeber/
rimū sup oīa sacr̄a noui testa. iō ei⁹ offi/
ciū celebratio vocat̄: i h̄ em̄ officio eccl̄ia
militās triūphantē eccl̄iam maxie imi/
tat̄: q̄ sicut in hac vita sunt ad ministe/
ria sacerdotꝫ sex ordines instituti: ita in

celesti ierarchia sunt instituti. vi. ordines angeloꝝ ministrantiũ xp̄o. Tres p̄mi ordines. s. supremi nõ sunt ministrãtes sed assistentes ꝑm Dioni. de angelica ierarchia. Et ideo quantũ ad illã cõsiderationem. Primo insistendũ est circa illi⁹ sacramenti solennitatem. Scd̄o circa eius sil̄itudines. Quantũ ad p̄muz ē sciẽdũ ꝙ sũt q̄tuor solẽnitates istã solẽnitatẽ declarãtes. q̄ꝝ scz Pr̄ia est p̄sẽtia diuinaꝝ ꝑsonaꝝ. Est em̄ trinitas p̄sens huic consecrationi modo singulari rõne tanti miraculi qd̄ non põt effici nisi a tribus personis diuinis modo mirabili: qꝛ sicut pater ⁊ filius sunt vnũ principium spũssancti: sic trinitas est p̄ncipiũ creature ex. v. de trini. Scd̄a solennitas ē ex p̄sentia sctõꝝ ãgeloꝝ: qꝛ sancti doctores non dubitãt ibi esse p̄sentiã angelorũ de celo aduenientiũ: vnde dicit btũs Greg. in omel̄. paschali. Quis fideliũ dubium habere possit in ip̄a modica hora celum aperiri ⁊ angeloꝝ choros ad vocẽ sacerdotis adesse. Tertia solennitas est ex p̄ntia sctãꝝ animaꝝ: qꝛ sic angeli sic sancti xp̄m concomitant̄. Ideo dicit beatus Hiero. contra Julianũ. Sanctoꝝ reliq̄as reprobantẽ: ꝙ aĩe sanctoꝝ in hoc mũdo concomitant̄ xp̄m: vbicũq̄ fuerit inducens illud Apocal̄. Hi sequunt̄ agnũ quocũq̄ ierit. Et ideo cũ vere veniat ad illud sacramentũ sequunt̄ eũ ibi: ergo ⁊c̄

Quarta solennitas est p̄sentia matr̄ xp̄i que est regina virginũ. ⁊ sicut dic̄ beatus Hiero. vbi s̄. illud officiũ associandi xp̄m fuit priuilegiũ virginũ. dicit em̄ v̄gines sunt ⁊ sequunt̄ agnuz quocunq̄ ierit Apocal̄. xiiij. Et qꝛ mater dñi cũ ceteris v̄ginib⁹ maxime habet hoc priuilegium maxime ei conuenit hoc officium.

Circa scd̄am particulã illius cõsiderationis q̄ est de sil̄itudinibus est sciendum ꝙ illud sacr̄m fuit q̄drupl̄r in diuina scriptura p̄figuratũ. et Primo in sacrificio melchisedech Gen̄. xiiij. qꝛ sicut ille offerebat sacrificiũ in pane ⁊ vino: sic xp̄s sb̄ specie panis ⁊ vini ĩstituit hoc sacramentũ. Ideo dicit ꝓp̄ha. Tu es sacerdos ĩeternũ ꝑm ordinẽ melchisedech ⁊c̄

Scd̄o fuit figuratũ in manna deserti Exod̄. xvi. qꝛ sicut ille cib⁹ fuit indignis abhominabilis di. Aĩa nostra nauseat. Et dignis summe delectabilis. quia dic̄ Sapiẽs ꝙ habeat omnẽ suauitatem: ita iste cibus est indignis mirabiliter noxi⁹ ⁊ dignis summe ꝓficuus. qꝛ dicit Dioni. tertio de eccl̄iastica ierarchia ꝙ cõfertur iust̄ in sctificationẽ sicut indignis in cõdẽnationem: vt iude. dicit̄ em̄ in Johanne ꝙ post buccellã stati intrauit in eũ sathanas: sed tñ in illa buccella fuit corp⁹ xp̄i. Tertio fuit figuratũ in ĩmolatiõe agni Exo. xij. quia sicut ibi. s. agnus fuit imolatus ꝓ salute populi israelitici: ita hic agnus ꝓ salute populi xp̄iani Joh̄. vi

Quarto fuit figuratũ in panib⁹ ꝓpositionis Exod̄. xxv. qꝛ sicut illi panes non q̊ttidie ministrabant̄ nisi a sacerdotib⁹: ita eucharistiã q̊ttidie sumere non conuenit: nisi solis sacerdotib⁹: ⁊ sicut tempore necessitatis fuerũt ministrati illi panes ceteris: p̄req̄sita corp̄is puritate: sic̄ dixit Abimelech sacerdos ipsi Dauid i. Regũ. xxi. Si mũdi sũt pueri maxime a mulierib⁹ anteq̄ daret eis illos panes: ita hoc sacramẽtũ in ceteris articulis ministrat̄ fidelib⁹ cõiter: sed ante oĩa requiritur in eis cordis et corp̄is puritas ꝑm Dioni. vbi s̄. Sed ex istis dictis accipiunt̄ duo vtilia documẽta. et Primũ est ꝙ ille q̄ accedit ad illud altissimũ sacramentũ debet accedere cũ summa preparationis diligẽtia: qꝛ tãta sunt de hoc solennia. Scd̄m est ꝙ illi q̄ assistũt debent assistere cũ summa reuerẽtia: quia tanta dicunt̄ de hoc sacramẽto preconia

Quantũ ad scd̄am considerationem de illius sacramenti institutõe occurrũt quattuor inq̄renda. ⁊ Primũ est qual̄r illud sacr̄m fuit institutuz: Scd̄m est quãdo fuit institutũ. Tertiũ est vbi fuit institutũ. Quartũ est quare fuit institutũ. Quantũ ad primũ est sciendũ ꝙ fuit a dño institutũ q̄ntuplici circumstantia modificãte sicut habet̄ in canone btĩ Petri. quaꝝ Prima fuit oculoꝝ

II. considera.

eleuatio eleuatis inq̃t oculis in celũ: ex q̃ accipit̃ documentũ: ꝙ illi q̃ accipiũt hoc sacramentũ debent habere oculos mentis eleuatos in deũ ⁊ non in infernũ depressos. Scd̃a fuit gratiarũ actio tibi inquit deo patri gratias agẽs: ex quo accipit̃ documentũ ꝙ circa illud sacramentum versantes debẽt esse deo grati de beneficio tam inestimabili. Tertia fuit benedictio: benedixit inq̃t: ex quo accipitur documentũ ab aliquib⁹ ꝙ xp̃us benedicendo cõsecrauit: ⁊ facta consecratiõe dixit. Hoc est corpus meũ ⁊ sic non confecit ꝑ verba ꝑ que nos conficimus ꝑm Innocentiũ. tamẽ ad oppositu⁊ videtur Ambro. ⁊ Cyprianus martyr qui dixit ꝙ eadem facimus: ⁊ non alia q̃ꝫ qd̃ xp̃s fecit. Quarta circũstantia fuit panis diuisio: fregit inq̃t: ex quo accipimus documentũ ꝙ si xp̃s tempe quo habuit corpus passibile ⁊ mortale: ⁊ tale quale habuit dedit apl̃is: fregitq̃ species panis sine sui corpis lesione: ꝙ mlt̃omag⁹ post suam resurrectionẽ cũ habeat corp⁹ impassibile nil patit̃ ex taliũ speciex̃ qualicunq̃ attritione. Quinta circũmstantia fuit liberalis cõicatio: dedit inq̃t discipulis suis: ex quo accipit̃ documentu⁊ ꝙ illud sacramentũ cum summa liberalitate est ministrandũ dicente dño. Gratis accepistis gratis date: q̃ ut ut patuit fuit cum summa liberalitate collatum. Unde symonia circa illud sacr̃m est valde detestabilis: q̃ꝫto em̃ excellentius est donũ dei: debem⁹ velle sine pecunia ministrare di. Petro apl̃o Act. viij. symoni mago. Pecunia tua tecũ sit in ꝑditionẽ: q̃ existimasti donũ dei peccunia comparari. De scd̃a particula illius considerationis. s. qñ illud sacramentũ fuit institutũ: ⁊ constat ꝙ in cena dñi que q̃nta feria fuit ante ꝑasceuẽ vt q̃ttuor euangeliste testant̃. Intelligendũ est tamẽ ꝙ illa dies inuenit̃ in sacra scriptura q̃druplici misterio consecrata: et Primo misterio creationis auiũ: quia illa die fuer̃t aues create et a deo formate: sicut habetur Gen̄. p̃mo. Ex quo datur intelligi ꝙ homines qui habent alas contemplationis ꝑm beatũ Grego. super Ezech̃. sunt idonei ad percipiendũ illud sacramentum. Scd̃o fuit consecrata misterio creatiõis pisciũ: q̃ eodẽ die fuerũt pisces a deo in mari creati: quia pisces in amaritudine maris viuentes significant homines in amaritudine cordis ⁊ contritionis ꝑmanentes: qui sunt idonei ad illd̃ sacramentũ percipiendũ. Tertio fuit consecrata misterio dñice oblationis: q̃ feria q̃nta fuit xp̃s a matre in templo oblatus cum fuerit in die dñico nat⁹ vt alibi patet. Et ita sacerdos offert xp̃m in hoc sacramento inuisibiliter sicut mater tunc obtulit visibiliter. Quarto fuit cõsecrata misterio dñice ascensionis: q̃ illa die fuit in celum assumptus: vt habetur ex apl̃oꝝ actibus. Et idem dicit in omelia paschali beat⁹ Greg. Sed q̃d de hora? Dicit̃ ꝙ istud sacramentũ fuit hora completorij institutũ: quia vespere facto in cena discubuit Math̃. xxvi. cap̃.

Et illa insup̃ hora inuenit̃ quadruplici misterio cõsecrata. Primo misterio mundialis creatiõis: ista em̃ hora dicũt aliqui ⁊ credunt ꝙ mũdus fuerit creat⁹: quia ꝑ p̃mo die dñica scribit̃ Gen̄. ij. Factum est vespere ⁊ mane dies p̃mus id ẽ incipiendo a vespa ꝑm Augu. iiij. de trinita. Scd̃o fuit cõsecrata misterio paschalis comestiõis quia illa hora fuit celebratũ pascha in egypto: vt habetur in Exo. vt ꝟitas respõderet figure. Tertio fuit consecrata misterio angelice annunciationis: illa est hora vt creditur in qua angelus dicit̃ virginẽ salutasse. Et ideo ꝑm traditionẽ patrũ illa hora a fidelibus mater dñi in eccl̃ia per Aue maria salutat̃. Quarto fuit consecrata misterio dñice sepulture: ista em̃ hora corpus xp̃i fuit clausum in sepulchro: vt habet̃ ex ordine euangelico: sic in hoc sacramẽto est xp̃i corpus infra species occultatũ.

De tertia parte illi⁹ consecratiõis: scz vbi hoc sacramentũ fuerit institutũ. Cõstat ꝙ fuerit institutum in ciuitate hierusalẽ: in qua xp̃s cenauit testimonio qua-

tuor euangelistaꝝ. Sed attendenduꝫ est q̄ in hoc loco fuerūt institute q̄tuor sacramēta que habēt adinuicē connexionem: quoꝝ Primū est sacr̄m baptismi Matth. xxviij. Euntes docete oēs gentes baptisantes ꝛc. Scōm est sacramētū ordinis q̄ in cena x̄ps ordinauit apostolos sacerdotes dans eis potestatē cōficiendi di. Hoc facite in meā cōmemorationē Lu. xxij. Tertiū est sacramentū penitentie q̄n Joh. xx. dixit. Quoꝝ remiseritꝫ pcā remittunt eis ꝛc. Quartum est sacramentū eucharistie vt patuit in cena dñi: ꝛ illud habet ordinē ad p̄cedentia: quia x̄pter delicta quotidiana non debet illud celebrari sine penitentie sacramento: adminus certo tempe: nec illud potest conferri nisi p̄ sacr̄m ordinis nec ordo potest suscipi nisi ab homīe baptisato. De quarta ꝑticula quare illō sacr̄m fuit institutū: dicendū est q̄ apostolus. i. Corinth. xi. assignans rationē illius institutiōis dicit. Quocienscunqꝫ mā ducaue. panem hunc ꝛ calicē bibe. mortem dñi annunciabitis donec veniat.

Sed aduertēdū est q̄ in diuina scriptura q̄tuor assignant speciales rationes quaꝝ Prima est ad fidē catholicā extollendā: quia cū istud sit de bono ꝛ difficili quāto difficilioꝛ tanto laudabilioꝛ: ꝛ quia illud est arduū ad credendū dignificat fidem credentis ꝛ eius exaltat meritū. Scōa est ad memoriā de preteritis retinendā vt non obliuiscamur tantoꝝ meritoꝝ quoꝝ illud sacr̄m est signū memorabile: et ideo dicit. i. Corinth. xi. Hoc facite in meam cōmemorationē ꝛc

Tertia est ad spem de futuro confitēdam: quia spes proximi boni maxie confirmat̄ per arrā: illud aūt sacramentū est pignus ꝛ arra future beatitudinis quaꝝ expectamus: vnde non est signū solum memoratiuū: sed etiam pronosticuꝫ f̄m Dion. de eccl'iastica ierarchia. Quarta ratio fuit ad charitatem nobis intendēdā: quia naturaliter quilibet inclinat̄ ad diligendū quemlibet se diligentem. Et ideo christus vt nos ad charitatez ꝛ eius dilectionē maxime incitaret in hoc sacramento voluit suam dilectionē maximam demonstrare: in quo non sua: sed nobis tradidit semetip̄m: et illud est sacramentum quod maxime tenet eccl'ia in sanctitate et puritate: vt docet Dion. sius de eccl'iastica ierarchia. Quantū ad tertiā consideratione m. s. de illius sacramenti susceptione quatuor sunt vidēda. scz Primo quot modis sumitur.

Secūdo qui sint admittēdi. Tertio qui sint excludendi. Quarto quotiens est sumendū. Quantū ad p̄maꝫ particulam est intelligendū q̄ f̄m documenta ap'li. i. Corinth. xi. istud sacramētum potest quattuor modis sumi: quia scz Primo sumit̄ ab aliquibus nec sacramentaliter: nec spiritualiter sicut ab illis qui speciebus illis vruntur: sicut cōmuni cibo ad satietatem ꝛ ebrietatez: de quibus dicit apostolus. Alius q̄dez esurit alius autē ebrius est. Scōo aliqui sumunt sacramentaliter sed non spiritualiter sicut illi qui sumunt in peccato mortali: de q̄bus dicit apostol⁹. Qui eī manducat ꝛ bibit indigne iudicium sibi māducat ꝛ bibit. Tertio aliqui sumunt spūaliter sed non sacramentaliter sicut illi qui fide ꝛ deuotiōe ad illud flagitant sacramentū existentes in gr̄a: sed x̄pter aliquod impedimentū non possūt ip̄m recipere: de quibus dicit Augusti. Crede ꝛ manducasti. Quarto aliqui sumunt sacramentaliter et spiritualiter sicut illi qui cū debita p̄paratione de facto ip̄m percipiunt: de q̄bus dicit idem apostolus. Probet autē seipsum homo ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat ꝛc.

De scōa particula est intelligendum: q̄ ad illud sacramentū obligantur fideles f̄m quadruplicem gradum: q̄ Primo aliqui obligantur solū ad credenduꝫ ꝛ amandum sicut illi qui taliter stant inter infideles: vt nullo modo possint habere copiam de eo: ꝛ f̄m Hieronymū ad impossibile nemo obligat̄: et Augustin⁹ dicit q̄ seruū pigꝝ domin⁹ non dānaret: si ea que nullo mō fieri poterāt: iniūgeret

Secundo aliqui obligantur non solum ad credendū et diligendum: sed etiam ad venerandum: sicut inter fideles quilibet non impeditus in diebus dominicis adminus ad eccl'iam vadat ⁊ missam audiat obligat⁹: quia de sabbati obligatione preceptum in istuꝫ cultum est translatum. Tertio aliqui obligantur non solum ad venerandū: sed et ad assumendū: sicut omnis perfecte etatis circa dominicā resurrectiōis: et eo tempe quo hoc sacramentū institutum fuit: vt patuit. Quarto aliqui obligantur non solum ad venerandū et sumendū: sed etiaꝫ ad conficiendum sicut om̄es sacerdotes non impediti in solennitatibus magnis Illi em̄ qui nunq̄ celebrant tenent ociosam diuinaꝫ potestatē quibus inuite accedentibus ad illud iocundissimū sacramentum: dicit Malach. p̄mo. Quis in vobis qui claudat ostia ⁊ incendat altare meum gratuito? De tertia particula est intelligendum ꝙ beatus Dionisi⁹ in p̄allegato capitl'o de eccl'iastica ierarchia ponit quattuor genera personaruꝫ que in p̄mitiua ecclesia ab hoc sacramēto excludebant: ⁊ Primo cathecumini q̄ non erāt renati ex fonte baptismali.

Scd̄o energumini. i. apostate: qui ab hoc sacr̄o fuerunt alienati. Tertio tēptationib⁹ vexati. Quarto ab istꝫ purgati sed nondū p̄fecte. Istis aūt exclusis di. ꝙ admittebat vere dignissime deo vacans ⁊ reb⁹ sensibilib⁹ solū in nature necessitatib⁹ vtens. Sed remanet dubiū si ministrās q̄litercūq̄ circa illud sacr̄m in pctō mortali: peccet mortal'r. Dicit ꝙ non: vtpote subdyaconus seu dyaconus: q̄ iure diuino illud non est explicite p̄hibitū. Scd̄a dubitatio ē. Si q̄s indigne sumēs sic peccat mortal'r. Dr̄ ꝙ sic: q̄ illa est determiatio apl'i. i. Coꝝ. xi. Qui em̄ manducat ⁊ bi. indi. iudi. sibi mā. et bibit. Tertia dubitatio est si cōsecrās indigne semp̄ peccet mortal'r. Dr̄ ꝙ sic p̄ locū a minori q̄ plus est corpus cōficere q̄ ip̄m sumere cū illud sit oīm: hoc soluꝫ sacerdotū. Quarta dubitatio est cum s̄m p̄missa oīs indigne celebrans cōmittat duplex pctm̄ mortale in q̄ graui⁹ peccat vel in cōsecrādo vel in sumēdo. Dr̄ ꝙ cū pctm̄ illud p̄ueniat ex irreuerētia q̄nto est maior dignitas: tanto maior irreuerētia. Et ideo cū dignius sit cōficere: videt tūc magis peccare. De tali cōquerit domin⁹ p̄ ps̄. xlix. Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuū. De q̄rta p̄ticula. s. quotiēs sumi debet: q̄tuor v̄itates occurrūt. Prima est ꝙ nō debet in die freq̄nter iterari sine necessitatꝫ causa cōiter: q̄ ex frequētia nimia solet oriri contēptus.

Scd̄a est: ꝙ ab hac regula natiuitas dn̄i est excepta: q̄ tunc sine aliq̄ necessitate possunt dici tres misse s̄m btm̄ Greg.

Tertia v̄itas est ꝙ cū necessitate possunt dici due misse in die alijs temp̄ibus vt qn̄ p̄pter inopiā sacerdotū vnus sacerdos adseruit duab⁹ parochijs. Aut qn̄ venit magna p̄sona que non pōt esse sine missa vt. s. notat in. iiij. sentētiaꝝ. Quarta veritas est ꝙ nunq̄ licet iterari nisi in p̄cedenti celebratione se obseruauerit a purificatōe vini ⁊ aque: q̄ tunc non esset ieiunus: ⁊ nulli non ieiuno licet accedere ad hoc sacr̄m. Sꝫ remanet dubitatio. Si quottidie sumere eucharistiam sit conueniēs. Vn̄ respondēs Augusti. dic̄ Quotidie sumere nec laudo nec vitupero: vn̄ dicunt doctores ꝙ si ex tali frequētia augeat deuotio est iteranda: si aūt diminueret est dimittenda. Scd̄a dubitatio est: si xp̄us dedit illud sacr̄m ante alium cibū. Dicit ꝙ non: īmmo post cenā: vt habet Math. xxvi. ⁊ Lu. xxij. hoc aūt fec̄ vt sacr̄m datū vltima hora artius in eoꝝ cordibus imprimeret s̄m Grego.

Tertia dubitatio est quare mutat⁹ est ille mod⁹. Dicit ab Aug. ꝙ placuit spiritui sctō vt in honore tāti sacramēti ante oēs alios cibos illud in os fideliū intraret. Quarta dubitatio est. Si in periculo mortꝫ illud q̄libet debet recipe ⁊ req̄rere sacr̄m. Dr̄ ꝙ sic: q̄ est viaticū ī trāsitu: qd̄ s̄m Amb. p̄ducit aīaꝫ vsq̄ ad vite portū. Vn̄ fuit bene p̄ illū panem sub/

cinericiū figuratū: in cuius virtute ambulauit Helyas vsq; ad montē dei oreb xl. diebꝫ z xl. noctibus. iij. Regū. xix. capᵒ.

Quantū ad quartā cōsiderationem que est de illius sacramēti pfectione tria sunt videnda. Primo que sunt illi⁹ sacramenti sublimia. Scōo que sūt ei⁹ priuilegia. Tertio que sūt eius beneficia. De pma ptcula est sciendū q̄ sublimitas illi⁹ sacr̄i ex parte cause quadruplicit̄er declarat̄: z Primo ex parte cause efficiētis misterialis quia eandem causam pncipalē efficientē habent oīa sacramēta q̄ ordo sacerdotalis ē dignissimū: licet em̄ brūs Dioni. ponat episcopacū: vt includit sacerdotiū esse ordinem maxime deo, primū: in libro de eccl̄iastica ierarchia: tā sacerdotiū p̄ se acceptuz vt distinguit̄ cōtra episcopatū est incompabiliter digni⁹ episcopatu: q̄ plus ē cōsecrare xp̄m q̄ cōsecrare quēcunq; aliū: nobilissimus aūt actus ēpalis inquātuz talis est cōferre ordines in q̄bus homines consecrant̄: hic aūt consecrat̄ ille qui est verus deus. Et ideo brūs Francisc⁹ admirans illā excellentissimā dignitatem presbyteros monuit pre cunctis reuereri: z ex tanti ordinis reuerentia renuit esse sacerdos. Scōo declarat̄ illa solennitas ex parte cause materialis: circa quam sicut omnia alia sacramēta versatur circa corpus xp̄i misticuz: ita illud immediate circa corpus xp̄i verū quod hic consecrat̄. Et ita sicut corpus xp̄i verum est dignissimū vltra misticuz: ita et hoc sacr̄m quēadmodū theologia prefertur ceterꝫ disciplinis: q̄ circa dignissimū subiectū versat̄. Tertio declaratur ex pte cause formalis q̄ illa formalit̄ q̄ excedit̄ nobilissima creatura: oportet vt sit nobilissima: sicut homo excedit bruta p illud solū in quo natura humana est nobilissima: p illud aūt sacramentū solum hoies precellunt angelos sm̄ apostolum ad Hebre. xiij. Habemus altare de quo edere non habent potestatez q̄ deseruiūt tabernaculo corpis. Quarto declaratur ex pte cause finalis: q̄ cū finis semp sit melioz his q̄ sunt ad finē: istud autez sacr̄m est finis oīm spūaliū pfectionū: sic̄ declarat brūs Dioni. iij. ca. de eccl̄iastica ierarchia: vñ dat istud signū cum cetera solenniter celebrent̄ cōsumatio fit̄ in missa vt patet in sacris ordinib⁹. De scōa particula oz q̄ sunt q̄tuor pulegia isti⁹ sacr̄i. quoz Primū est de illius sacr̄i figura: quia sacra none legis significant gratiā directe: illud aūt habet de directo suā significationē z gl̄iam: quia dic̄ beatus Dioni ca. i. de eccl̄iastica ierarchia: q̄ sicut noticia diuinaz scripturaz est nobis imago future contēplationis in patria: ita sumptio dignissime eucharistie est imitatio illius fruitionis beatifice q̄ saciabimur cū apparuerit eius gl̄ia: ideo dicit saluator Lu. xxij. Dico enim vobis q̄ ex hoc non māducabo illud donec impleat̄ in regno dei. Scōm priuilegiuz est de illius sacr̄i natura: q̄ cū pmanentia habeāt pfectiorem naturā q̄ successiua: cetera aūt sacra habent naturā successiuā cū transeant cū vsu: illud aūt est pmanens cū tam diu pmaneat sacramētū istud q̄dū species durare possunt: vt notat̄ in. iij. li. sententiaz. Tertiū priuilegiū est: de illius sacr̄i veritate: q̄ in ceteris inuenit̄ sacr̄m sine re sacr̄i: vt cum quis accedit ficte: hic aūt res sacramenti est cū sacramento q̄tuncunq; quis fictus conficiat quia vere corpus christi ē ibi vt patuit: vnde illud est verius quia semp efficit quod figurat. Quartum pulegiū est de illi⁹ sacramēti causalitate: quia cetera sacramenta habent causalitatē respectu vnius gratie inherētis: illud respectu duplicis gratie scz inherentis z subsistētis: q̄ ita confert: imo perfectius q̄ cetera sacra gratiā: z itez ibi efficit conuersionē in verū corpus xp̄i: et iō per singula priuilegia excedit oīa alia sacramenta. Et ideo dicit brūs Dionisi. iij. de eccl̄iastica ierarchia q̄ eucharistia est perfectio perfectionū spūalū z nō est vltra ipam laudandū aliquod sacramentū. De tertia ptcula: que sunt illius sacramēti beneficia: z est sciendum q̄

sunt q̄ttuor: quoꝝ Primū est gratiarū augmētatio qꝛ cū requirat hoiem in gr̄a existentē: gr̄am primā non donat sꝫ ipsā datā angmētat: et ideo dicit̄ eucharistia id est bona gr̄a quia ꝑficit gratiā collatam sicut dic̄ Dioni. in ca. preallegato.

Scd̄m est vite conseruatio: sicut eniꝫ alimentū corꝑis habet vitā corꝑis cōseruare: ita illud sacr̄m cuꝫ sit cibus aīe habet gr̄am conseruare que est vita ipsius aīe: ꝛ ideo datū est sub sil̄itudine cibi et potus: vñ Joh. vi. Nisi mādu caueritis carnē filij hois ꝛ biberitis eiꝰ sanguinē non habebitis vitā in vobis. Et iterum Qui manducat me viuit propter me ꝛc̄.

Tertiū est pctōꝝ remissio: quia habet omnia pctā venialia delere: sicut aggrauare mortalia qñ inuenit ea vt notat̄ in iiij. sententiaꝝ. Et ideo saluator instituens illud sacr̄m post formā consecrationis adiūxit: In remissionem peccatoꝝ.

Quartū bñficiū est premioꝝ ꝓmissio qꝛ saluator noster Joh. vi ca. certitudinaliter ꝓmisit q̄ttuor p̄mia digne sumentibus ip̄m: et Primū est resurrectio certa: cū inq̄t. Resuscitabo eū in nouissimo die ꝛc̄. Scd̄m est immortalitas sempiterna. Hic inq̄t est panis de celo descēdens: si quis ex eo manducauerit nō morie̅t ineternū ꝛc̄. Tertiū est societas p̄clara: vnde ait. Qui mādu cat carnē meam ꝛc̄. ꝛ sequit̄. in me manet ꝛc̄ Quartum est sacietas ꝑfecta: vñ accedētibus digne ad ip̄m dicit idem. Qui venit ad nō esuriet neq̄ sitiet vnquā. Euiꝰ sacietatis nos ꝑticipes faciat xp̄s ih̄s dei et virginis filius. Amen.

Tractatus de septem donis spiritussancti.

In principio creauit deꝰ celū ꝛ terrā ꝛc̄. Geñ. i. cap̄. Nota q̄ sic̄ deus maiorez mundū creauit ꝑ opa septē dieꝝ: sic etiā minorē mundū id est hominē per septē dies opatus est filius dei: vt per spirituꝫ sctm̄ soluant̄ septē opa diaboli. Et ideo p̄ma die fecit lucē deus. i. quandā nebulam lucidā Geñ. i. Fiat lux. ꝛ hoc est primū opus qd̄ spūssctus p̄mo facit in aīa. Ante siquidē aduentū spūssctī in animā sūt nebule sup faciē abissi. i. cordis hūani: vñ de pctōribus d̄r Sap̄. vij. Vna cathena tenebraꝝ oēs erant colligati: peccatores em̄ de pctis faciūt vnā cathenā: vt. s. de pctō cogitationis in pctm̄ cōsensus: ꝛ de consensu in locutionē: ꝛ de locutione in opationem: ꝛ de opatione in cōsuetudinē ꝛ tandē in contemptū ꝛ desperationem. Sed ꝑ aduentū spūssancti cathena illa tenebrarū dissoluit̄ et noua lux introducit̄ Judicū. xiij. Irruit spiritꝰ dñi in sampsonē: ꝛ sicut solēt arbores ad ignē consumi: ita vincula q̄bus anima ligat̄. i. peccata destruunt̄ ꝛ dissipātur ꝑ aduentū spiritussctī. Hoc autē facit spiritussctūs per donū timoris quod est fundamentū omnis boni spūalis sicut eniꝫ euerso. s. fundamento euertit̄ domus: ita nisi timor dñi tenuerit te cito euertet̄ domus tua: vnde Eccle. i. Qui sine timore est non poterit iustificari: timor em̄ facit q̄dam illuminationē: licet non plenam in aīa: sicut em̄ lima purgat ferrū: ꝛ splēdidū reddit ꝛ mola cultellū sic timor purgando aīam illuminat ip̄am ad cognitionem ꝓprie fragilitatis ꝛ ꝑitatis peccati: ꝛ firmitatis seu serenitatis iudicij Eccle. ij. Qui timetis dñm diligite illū: ꝛ illuminabit cor vestrū. Sed sicut ille qui nimis limat ferrum vel acuit cultellum destruit cultellū: sic nimius timor in anima curuat animā: quia qui nimis emūgit elicit sanguinem Per hoc autē primū opus spūssancti destruit̄ primū opus diaboli in anima. s. sup̄bia: mens em̄ illuminata ex cognitione ꝛ consideratione ꝓprie fragilitatis ꝛ vilitatꝫ peccati ꝛ potentie diuine humiliat̄ ꝛ illuminat̄ sicut timens ꝑcuti demittit caput. i Petri vl. Humiliamini sub potēti manu dei: ꝛ iō Eccle. i. Timor dñi expers est peccati. Scd̄a dies

Scd̄a die fecit deꝰ firmamentū Geñ. p̄mo. Fecit firmamentū in medio aq̄ruꝫ

Hoc est scd̄m opus qd̄ facit spūssctūs in aīa. Nā ip̄a instabilis est ante aduētū

spūssancti: ⁊ in aduersis ventis mouetur modo em̄ aduersitatib⁹ deprimit̄: modo ꝓspitatibus eleuat̄ Trenoꝝ.i. Peccatū peccauit hierl'm ꝓpterea instabilis facta est: sed spūsctūs adueniens eam stabilit ⁊ confirmat Hebre.xiij. Optimū ē gratia stabilire cor. Hāc confirmationē petebat ps̄.di. Et spiritu ꝑncipali cōfirma me. Et in missa de spūsctō petit ꝑncipaliter hanc confirmationē sacrosctā mat̄ eccl'ia di. Cōfirma hoc deus quod operat⁹ es i nobis ⁊c. Hoc aūt scd̄m op⁹ fac̄ spūsctūs in aīa ꝑ scd̄m donū scz ꝑ donū pietatis Eccle.iij. Ignē ardentē extiguit aq̄: ⁊ elemosina resistit pctis ⁊ de⁹ ꝓspector est eius q̄ reddet gr̄am. ⁊ Eccle.vij. Nō te pigeat visitare infirmū ex opibus em̄ pietatis in dilectione dei firmaberis

Sed nota ꝙ non solū est opus pietatꝫ ad proximū: sed etiā ad seip̄m: dicit̄ eniꝫ Eccl'.xxx. Miserere aīe tue placens deo ⁊ Eccle.xiiij. Qui sibi neq̄ꝫ est: cui bon⁹ erit. In habentib⁹ em̄ cor lapideū nō est sensus doctoris nec metus timoris ideo auferā a vobis cor lapideū ⁊ dabo vobis cor carneū.i. dulce benignū ⁊ compatiēs ⁊ faciā vt in p̄ceptis meis ambuletꝫ que sūt: Que tibi nō vis fieri alteri ne fecerꝫ vñ ps̄. Flauit spūs tuus.i. spūsctūs ⁊ fluent aque.s. compassionis. Per hoc donū spūsctī in anima dissipat̄ scd̄m opus dyaboli.s. inuidia que gaudet de alieno malo: ⁊ tristat̄ de alieno bono: ⁊ ideo reducet eos de⁹ ad iustū metū.s. ad īfernū. vbi cor eius cruciabit̄ malis: ⁊ bonis quibus noluit gaudere ꝑuabit̄ ⁊ iproperiū ⁊ contumeliā hereditabit malus. Tertia die ꝓduxit deus herbā virentē: et hoc est tertiū opus qd̄ facit spūsctūs in aīa. ante autē aduentū spūssancti in animaꝫ ipa est quasi herba vel arbor mortua et arida ⁊ sine humore gr̄e: ⁊ ꝑ cōsequēs sine fructu: ideo non est apta nisi incendio infernali: qꝛ omnis arbor que non facit fructū excidet̄ ⁊ in ignem mittet̄ ⁊ ardet sed adueniente spūsctō viuificante redditur ei gratia humoris Esa.xliiij. Effūdam spirituꝫ meū super semen tuū: ⁊ benedictionē meam super stirpē tuā ⁊ germinabit inter herbas quasi salices iuxta pretereuntes aquas ⁊ sic anima fit arbor fructifera cuius folia sunt bona verba: fructus bona opera: odor vero bona fama: talis arbor erat illa anima que dicebat. Ego sicut oliua fructificaui in domo dñi: oliua em̄ sicut in se pinguis est ⁊ in alijs medicinalis: sic anima debet habere in se pinguedinem deuotionis ⁊ alios sustentare ⁊ sanare verbis ⁊ exemplis cōsolatorijs: vt sint folia eius ad medicinam: ⁊ fructus eius in cibum Ezechiel'. xlvij.ca. Per hoc autē tertiū donū spiritussancti soluit̄ tertium opus dyaboli. Hoc autē tertiū opus facit spiritussanctus in anima.s. donū scientie: que docet hominē gratio se cōuersari in medio nationis praue ⁊ se amabilē exhibere: et irreprehensibilē: omnib⁹ quod specialiter fit per mansuetudinē ⁊ patientiā iō dicit̄ ad Gala.v. Fructus autē charitatis est gaudiū; pax patientia: longanimitas et bonitas. Per hoc autez tertiū donum spiritussancti soluit̄ tertiū opus dyaboli in anima scz ira: que hominē impedit ne alijs fructificet per exemplū: conuersationē eius odibilē reddēdo Prouer.xviij. Spiritū ad irascendū facilem quis poterit sustinere: ⁊ Eccle.xviij. Nonne ardorem iracundie refrigerabit ros.s. gratie. Galath̄.vi. Vos q̄ spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.

Tertia dies

Quarta die fecit deus luminaria solē lunā ⁊ stellas: que quottidie cursum suū perficiūt. Et per hoc intelligit̄ continuitas ꝑseuerantie in bono: ante em̄ aduentum spūssancti licet homo bonū ꝓpositū concipiat ⁊ aliqua de genere bonoꝝ faciat statim deficit ⁊ infirmat̄ manus post factum ⁊ ad modicum temptationis impulsum reddit se victum: sed aduenientе spiritusancto fortificatur ⁊ roboratur et que prius erant importabilia tunc videntur leuia: exemplum est de beato Petro qui ante receptionem spiritussancti ad verbum ancille dum mori timuit vitam negauit: sed postea virtute indutus

Quarta dies

ex alto pro xpo mori leue reputauit: nec per aliquam temptationem a bono proposito auerti potuit: ideo dicit de anima sctā. Jere. ij. Jn desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui scz spiritussancti donū quod est amor: nullus auertet eam. s. nulla temptatio. De istis viris spūalibus dicit Judicū. v. Stelle manētes in ordine z cursu suo aduersus sysaram pugnauerunt. i. aduersus dyaboluz Milites sic ordinati horribiliores sunt demonib⁹ vt castroz acies ordinata: ita Judicū. xiij. Jrruit spiritus in sampsonem z lacerauit leonē. i. diabolū q̄ edum in frusta decerpserat. Hoc autē opus fac in anima spūssctūs z eius donū. s. fortitudinis: qui em̄ sperant in domino mutabunt fortitudinem. s. carnalem in spiritualem. current et non laborabūt: ambulabūt z nō deficiēt Esa. xl. Sed de fortibus in seruitio diaboli dicit Jere. xxiij. Factꝰ est decursus eoz malus: z fortitudo eoz dissimilis qui. s. sūt debiles in seruitio dei Eccl'. v. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentias cordis tui.

Per hoc donū quartum spiritussancti destruitur in anima quartū opus diaboli. s. accidia que eneruat vires hominis z facit laborem in preceptum. Quinta die fecit deus pisces z aues: p aues que mediantibus alis volant intelligunt cōtemplatiui qui desiderio eternoz et contemptu mundanoruz a terra se eleuant. Per pisces qui mediantibus pēnulis in aqua natant z non submergunt boni diuites qui sunt in aqua temporalis affluentie: z tamen in ea nō submerguntur p nimiū amorem: de quibus dicit ps̄. Diuitie si affluāt nolite cor apponere: licet em̄ se non separent corpe: separantur tamen mente. Non em̄ omnes pisces sunt immundi: nec omnes diuites reprobandi. Illi em̄ qui ad modum piscium natant per opera misericordie sunt mundi: sed illi qui sicut anguille se absconduntꝫ in luto sunt immūdi: de quibus dicit. i. Thi. vi. Nam qui volūt diuites fieri incidūt in laqueum z temptationem diaboli: et in desideria prava mergunt. Hoc est q̄ntum opus quod facit spiritussanctus in anima. Ante aduentum em̄ spiritussancti cor ad terrena deprimebat ꝓpter nimium amorem: vnde de peccatoribus dicit ps̄. Oculos suos statuerunt declinare in terram: quia vbi. s. amor ibi oculus. Sz aduenientē spiritussancto cor de terrenis ad celestia eleuatur Ezech. ꝑmo. Cum eleuarentur cherubin. s. de terrenis eleuabantur pariter et rote id est viri perfecti volubiles ad modum rotarum ex parui tudine obiecti. Spiritus em̄ vite erat in rotis z̄c. Hoc autem opus facit spiritus in nobis per spiritussancti donum. s. consiliū: consilium autē est. Vade et vende omnia que habes z da pauperib⁹ z̄c

Per hoc autem donū spiritussancti in anima destruitur quintū opus diaboli. s. auaritia que est idolorum seruitus: quia vbi est spiritus domini ibi libertas. ij. Corinth. iij. Sexta autem die deus fecit hominē ad imaginem et similitudinem suaz Gen̄. ꝑmo. Faciamus z̄c. Nūc enim homo siue anima in se imaginem et similitudinem dei gerit et exprimit: quando ad eternorum contemplationez se conuertit. Hoc autem est sextum opꝰ quod facit spiritussanctus in anima. eleuat enim ipsam ad contemplandu⁹ eterna et hoc per donum spiritussancti. s. intellectus. Est enim intellectus donum interius z superius. i. Corinth. ij. qō oculus non vidit z̄c. sequitur. Nobis autem reuelauit per spiritū sanctum suū. Spiritus eniz omnia scrutatur id est facit scrutari profunda: vt dicitur. ij. Corinthioz. iij. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eādem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a spiritu domini. Per h̄ opus sextum destruitur sextum opus diaboli in anima nostra. s. luxuria que maxime in homine imaginem dei deprauat. Hoc enim peccatum assimilat hominez brutis que sunt sine intellectu: vt dicitur in ps̄. Homo cum in honore esset nō intel. z̄c. Cōtra tales dicit in ps̄. Noli

Quinta dies

Sexta dies

Octauo in multiplicatiõe beneficioꝝ ij. coꝝ. ix. ca. Potens est aũt deus omnez gratiã habundare facere in vobis. Et iõ quicq̃d ꝓmittit põt implere. Ro. iiij. ca. Plenissime sciens quia quecunqꝫ ꝓmisit deus potens est ⁊ facere. Nono in cõdempnatione impioꝝ. ⁊ ideo formidandum mat. x. Potius hũc timete qui põt animã ⁊ corpus ꝑdere in gehennã. eccl'. i. ca. Unus est altissim⁹ creator oĩm omnipotẽs ⁊ rex potens. ⁊ infra. sedẽs super thronũ ⁊ dñans deus. Decimo in exaltatione electoꝝ. ps̃. cv. metro. viij. Saluauit eos ꝓpter nomẽ suũ vt notã faceret potentiã suaz ⁊ dañ. iij. ca. Non est alius deus qui possit ita saluare ⁊. i. petri. v. ca. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tꝑe visitatiõis. Hanc potentiã q̃rebat ꝓpheta dicens in ps̃. lxxix. metro. iij. Excita potentiã tuã ⁊ veni vt facias nos. qđ factũ fuit in incarnatione filij dei. Scđo qꝛ triũphãti apoc̃. xvij. ca Hi. s. decem reges p̃noiati cuz agno pugnabũt ⁊ agn⁹ vincet illos qm̃ dñs dñorum est ⁊ rex regũ. Ideo dicit b. virgo fecit potentiã in bra. suo. ⁊c̃. i. in filio suo ĩcarnato q̃ dicit̃ brachiũ p̃ne virtutꝫ ysa. liij. Brachiũ dñi cui reuelatũ est. ⁊ đr ꝙ quatuor. Primo ꝓphetica p̃nũciantione reuelatũ ps̃. lxx. metro. xx. Donec annũciẽ brachiũ dñi generatiõi oĩ q̃ vẽtura est. Scđo gratuita incarnatione manifestatum ysa. lij. cap̃. Parauit dñs brachiũ sanctũ suũ in oculis oĩm gentium.

Tertio humana redemptione exercitatum ps̃. lxxvi. metro. xiiij. Redemisti ĩ brachio tuo populũ tuũ filios iacob ⁊ ioseph. Quarto ardua sublimatiõe glorificatũ. eccl'. xxxvi. ca. Glorifica manũ et brachiũ dextrũ. Que gl'ia maxime manifestabit̃ in iuditio ysa. iij. ca. Auditã faciet dñs gl'iam vocis sue ⁊ terrorẽ brachij sui ostendet. hoc etiã brachiũ est p̃mo cõfirmatiuũ infirmoꝝ. ps̃. lxxxviij. metro xxi. Manus em̃ mea auxiliabit̃ ei ⁊ brachiũ meum confortabit eũ. et ps̃. lxxviij. Scđm magnitudinem brachij. tui posside filios mortificatoꝝ. Est scđo supatiuum aduersoꝝ. ps̃. In brachio virtutis tue deposuisti aduersarios meos ysa. xl. Ecce dñs de⁹ in fortitudine veniet ⁊ brachiũ ei⁹ dñabit̃ ⁊ exo. xv. cap̃. Irruat sup eos formido ⁊ pauor in magnitudĩe brachij tui Est t̃ti o liberatiuũ oppssoꝝ deut'. v. ca. Memento ꝙ seruieris in egypto et eduxit te deus ĩ manu forti ⁊ brachio extẽto. ps̃. cxxxv. metro. x. Qui ꝑcussit egyptum cũ p̃mogenitis eoꝝ qui eduxit isr̃l de medio eoꝝ in manu potenti ⁊ brachio excelso. Est q̃rto cõgregatiuũ dispsoruz ysa. xl. ca. In brachio suo ꝯgregabit agnos. s. ad gl'iam de qua dđ. in ps̃. Cõgrega nos de nationibus ⁊c̃. Item ꝓpheta in ps̃. Saluauit sibi dextera ei⁹ ⁊ brachium sanctum eius. huic brachio deus pater potẽtiã cõmuuicauit. ideo di. ꝟ. bñ dicta. Fecit potentiam. Deposuit. ⁊c̃. VII. ver
Iste est septimus versiculus ĩ quo b. vir. magnificat deum ex cõsideratiõe ptãtis quam exercet in depressione superboꝝ et exaltatione humilium. ideo dicit: deposuit ⁊ facit duo. Primo declarat diuinam potentiã vt hũiliatiuã sublimiũ. ibi deposuit po. de se. Scđo vt clarificatiuam humiliũ. ibi ⁊ exaltauit hũiles. Circa hoc vltimũ est notandũ ꝙ ad exaltationem glorie disponũt opa virtuosa eccl'. xl. ca. Facultates ⁊ virtutes exaltant corscz spũaliter. Primo austeritas penitẽtie. eccl'. xi. ca. Est hõ marcidus egens recupatione plus deficiens virtute ⁊ habũdans pauꝑtate ⁊ oculus dei respexit illũ in bono ⁊ erexit illum ab humilitate ipsius ⁊ exaltauit caput eius. Scđo claritas sapientie ꝓuer. iiij. ca. In omni possessione tua acquire prudentiaz ⁊ arripe illam ⁊ exaltabit te. Idem ca. lij. Ecce ĩtelliget seruus meus. Tertio veritas iusticie. eccl'. xx. ca Qui opat̃ terrã suam inaltabit aceruum frugũ ⁊ qui operatur iusticiam ipse exaltabitur. Firmitas patientie. eccl'. xv. cap̃. Firmabitur in illo ⁊ non flectetur ⁊ continebit illum ⁊ nõ cõfundetur ⁊ exaltabit illum apud proximos suos. Quarto assiduitas violentie ps̃. lx. metro. ij. A finib⁹ terre ad te cla

manū dum anxiaretur cor meū z in petra exaltasti me. Quinto profunditas reuerentie. luc. xviij. ca. Omnis qui se exaltat humiliabitur z qui se humiliat exaltabitur. Ideo b. vir. di. z exaltauit humiles. VIII. ℣. Esurientes impleuit ꝛc. Iste est octauus versiculus in quo. bea. vir. magnificat deum ex consideratione diuine largitatis: que ostenditur in diffusione doni. Et facit duo. Primo explicat largitatem magnificentie ex parte dei influentis. ibi impleuit bonis Secundo indicat idoneitatem ex parte hominis appetentis. ibi. esurientes. cōmendat primo affluentiam largitatis z merito. qz ipse replet animam Primo claritate sapiētie q̄tū ad intellectuā. eccl'. xvij. ca. Sēsu impleuit cor illorum z malaz bona oñdit illis. Idem ca. xv. Adimpleuit eū spiritu sapientie z intellectus exodi. xxxi. ca Ecce vocaui ex nomine beseleel de tribu iudaz impleui eum spiritu dei sapientia z intelligentia z scientia in omni opere. VII. ver.

Secundo suauitate leticie q̄tum ad effectiuam ps̄. lxij. metro. vi. Sicut adipe z pinguedine repleatur anima mea z labijs exultatiōis laudabit os meū eccl'. xxiiij. ca. Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me z a generationibus meis implemini. spiritus enim meus sup mel dulcis. Tertio bonitate iustitie q̄tum ad operatiuaz. ysa. xxx. ca. Impleuit syon iudicio z iustitia z erit fides in temporibus suis. Quarto generositate loquele q̄tum ad interpretatiuam ps̄. lxxx. metro. ix. Dilata os tuum z implebo illud. actz. i. ca. Repleti sunt omnes spūsancto z ceperunt loqui. Quinto copiositate gratie quantum ad totam animā. puer. iij. ca. Honora dominum de tua substantia z de primitijs omniū fruguz tuarum da paupibus z implebunt horrea tua saturitate ps̄. cxliij. metro. xvi. Apis tu manū tuaz z imples omne animal bñdictione z prouerbioz. viij. ca. In vijs iusticie ambulabo in medio semitarum iudicij: vt ditem diligentes me z thesauros eoz repleam. ecclesiast. i. Omnez domum illius implebit a generationibus: z receptacula a thesauris illius. Sexto preciositate glorie q̄tum ad totam naturaz ps̄. lxiij. metro. v. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Item ps̄. xv. metro vltimo. Adimplebis me leticia cū vultu tuo delectatiōes in dextera tua vsq; in finem. Hanc largitatem cōmendans beata virgo dicit: Esurientes impleuit ꝛc. Illos scilicet qui esuriunt z sitiunt iusticiam de quibus Matth. v. capi. Beati qui esuriunt z sitiunt iusticiam quoniaz ipsi saturabuntur ps̄. cvi. metro. ix. Animam esurientem satiauit bonis. Suscepit israel ꝛc. Iste est nonus versiculus in quo beata virgo magnificat deum ex consideratione diuine promissionis z veritatis: que ostenditur in adimpletione promissi z facit duo. Primo explicat z declarat diuine promissionis adimpleti/onē iam factam. ibi. suscepit israel. p. suū. IX. ver.

Secundo manifestat huius promissionis impletionez z preteritatem ibi. sicut loquutus est ad p. nostros ꝛc. Primuz est declaratiuum veritatis. Secundum est insinuatiuum pietatis. Quod enim impleuit promissum veritatis fuit. quod autez fuit dignatus promittere pietatis fuit. magnificans autem beata virgo dominum in opere incarnationis ex consideratione dominice veritatis. dicit Suscepit israel. ꝛc. Notandum q; deus suscipit animā multipliciter. Primo ad purificandū immundam. ps̄. cvi. metro. xvij. Suscepit eos de via iniquitatis eorum. Item ps̄. lvij. metro vltimo. Ad iutor meus tibi psallam. quia deus susceptor meus es. deus meus misericordia mea scilicet ad purgandum. Secundo ad viuificandum mortuam. ps̄. cxxxi metro. iij. Suscipe me secundum eloquium tuum z viuam. quia peccatum animam occidit. Tertio ad liberandum oppressam sapientie. ij. ca. Si est verus dei filius suscipiet illum z liberabit eum de manibus contrariorum ps̄. xxix. metro. i. Exaltabo te domine quoniam

te fieri sicut equus ⁊ mulus ⁊c. Spiritꝰ
em̄ sctūs non cōpatit̄ secū hoc pctm̄: im/
mo ip̄m destruit ⁊ dissoluit Gen̄. vi. Nō
ꝑmanebit spūs meus in homie ineternū
qꝛ caro est. i. carnaliter viuit maxime in
pctō carnis in quo homo totus efficitur
caro Job. xxxiiij. Si direxerit ad domi/
nū cor suū ꝑ feruorē scz desiderij: sp̄m il/
lius ⁊ flatum ad se trahet. Deficiet om/
nis caro simul ⁊ homo in cinerē reuertet̄
ex ꝓpria scz fragilitatis ⁊ carnalitatꝫ cō/
sideratione humiliando se. Septima
die requieuit deus ab omni ope quod fe
cerat: hec em̄ cōsumatio post laborē pre/
teritoꝝ est septimū quod facit spūsctūs
in anima: quia post laborē actionis va/
cat ad contemplationē quietis Apocal.
xiiij. Amodo iam dicit spūs vt req̄escāt
a laboribꝫ suis. Hec autē requies ha/
betur ꝑ donū sapiētie in quo iam pregu/
statur cena eterne btitudinis: vbi erit re
quies Esa. xxxiij. Huiusmōi aūt dulce/
dinē facit sentire spūsctūs Sap̄. xij. O
q̄ bonus ⁊ suauis est dn̄e spūs tuꝰ in oī/
bus. ⁊ Eccle. xxiiij. Spūs meꝰ sup̄ mel
dulcis ⁊ hereditas mea sup̄ mel ⁊ fauū.
huius autē hereditatis pignus est spiri/
tusctūs Ephe. i. Signati estis spiritu ꝓ
missionis sctō qd̄ pignꝰ qui habet in ma
iori quiete expectat ꝓmissionē q̄ est eter/
ne hereditatis licet ꝑfecte nō quiescat ⁊c.

Septi/ma die

Per hoc aūt donū destruit̄ septimum
opus diaboli. s. gula: qꝛ gustato spū desi/
pit omnis caro ⁊ sapores mundi insipi/
di fiunt: qui aūt hunc saporē bibit et dul
cedinē eiꝰ sapit: de nihilo curat quousq̄
poculo pleno bibat in regno dei. Sic er/
go apparet quō spūsctūs mittit̄ ad curā/
dum: ⁊ quō septē diebus. i. septem donis
creat oīa que sunt necessaria homini. Et
quō per illa septē dona septē opa diabo/
li in aīa dissipant̄. Spūs em̄ sctūs adue/
niens in anima creationē operat̄ qꝛ facit
de nihilo aliquid: homo em̄ peccādo fit
nihil: quia a vero ente ad terram se ver/
tit siue ad terrena que de se non sūt Je/
remie. iiij. Aspexi terram ⁊ ecce vacua
erat ⁊ nihil. ⁊ ps̄. xiiij. Ad nihiluꝫ dedu/
ctus est in conspectu eius malignus: li/
cet in aspectu hoīs aliquid videat̄: et iō
dicit̄. Ecce factus es ⁊ non eris in perpe
tuū. i. ad Corinth̄. xiij. Si charitatē non
habuero nihil sum. Sic igit̄ apparet mo
dus per quē mittit̄ spūsctūs ad creādū
Quē nobis concedat qui viuit ⁊c. Amē.

Tractatus de vltimo iudicio.

E vltimo dei iu/

dicio mihi consideranti oc/
currunt ꝑ ordinez duodecim
inquirēda vicz sex ex parte iudicis: ⁊ sex
ex ꝑte iudicādoꝝ. Ex parte iudicꝫ que/
rendū est. scz Primo quis erit iudex.
Scdo quādo iudicabit. Tertio vbi
iudicabit. Quarto que erit eius fami
lia. Quinto qui erunt testes sententie
Sexto qui sunt iudicandi. Septi/
mo de quibus sunt iudicandi. Octa/
uo qui erunt accusantes. Nono q̄ erūt
testes delicti. Decimo si erūt ibi aduo
cati. Undecimo que erit accusatio.
Duodecimo que erit sentētia. Quā/
tum ad primū est dicendum ꝙ iudex vl
timi iudicij erit xp̄s iesus. s. secunda per
sona in trinitate. Et obmissis multꝫ ra/
tionibus hoc probantibus in nouo testa/
mento ponā duas rationes Augusti. de
ciui. dei vltimo fundatas supra vetus te/
stamentū. quaꝝ Prima ratio est ⁊ fun/
dat̄ super illud Esa. xlviij. Ego p̄mus ⁊
ego nouissimus ⁊ ero in sempiternū: ma
nus em̄ mea fundauit terram ⁊ dextera
mea firmauit celū: vocabo eos ⁊ stabunt
simul: ⁊ congregamini omnes vos ⁊ au/
dite ⁊c. ⁊ infra. Nūc dn̄s deus misit me
⁊ spūs eius. Hoc em̄ s̄m formā serui di.
de re futura vtens tempe preterito ꝓ fu/
turo: sed alibi ꝓpha dic̄. Sic̄ ouis ad oc/
cisionē ductus est: non em̄ ait: ducet̄: sed
pro eo ꝙ futuruꝫ erat preteriti temporis
posuit verbū sicut alibi facit sepe. Se
cunda ratio fundat̄ super dictū zacharie
ꝓphete: ⁊ hoc ꝓbat. s. valde euidenter di.
Omnipotentem misit omnipotens id ē
deus pater misit filiū: ⁊ plures alias rō/
nes fecit Augu. hoc ꝓbantes. s. ꝙ xp̄s ie/

sus debet viuos ⁊ mortuos iudicare. hoc habito occurrūt tria cōsiderare: et Primo si xp̄s veniet gl'iosus an nō. Scdo si veniet cū signis passionis ei⁹. Tertio si veniet benign⁹ vel seuer⁹. Quātum ad primū est notandū ꝙ sicut dicit Math. xvi. Fili⁹ homis venturus est in gl'ia patris sui cū angelis suis: ⁊ tūc reddet vnicuiq; ꝑm opera sua. vbi dic̄ Hieronym⁹. Prouocatꝫ aūt discipulis: vt abnegarent se ⁊ tollerēt crucē suam: grandis fit error audientiū: idcirco tristib⁹ leta succedūt. Et dicit filius hois venturus est in gl'ia patris sui cū angelis suis Si times mortē audi gloriā triumphantis: ⁊ vere crucis audi ⁊ cōsidera angelorū misteria. quasi diceret. nūc filius hois venit: sed nō in gl'ia: non em̄ decebat euꝫ in gl'ia constitutū pctā nostra portare et ignominiā crucis. tunc autē veniet gloriosus ⁊ discipulos suos faciet vt sint cōformes gl'ie sue. Itē Crisos. Non em̄ dixit in tali gl'ia in qua est pater ne alteritatem gl'ie suspicaremur: sed ait. in gloria patris vt eadē gl'ia ostendat̄: si autē gl'ia vna est: manifestū est ꝙ substātia vna est. Quid est ergo timēs Petr⁹ mortē audiens qꝛ tunc me videbitꝫ in gl'ia ⁊c̄. ⁊ vos Sed ꝯtra illā conclusionē arguit̄ sic: ex aspectu gl'ie surgit fruitio: sed cū xp̄m visurus sit oīs oculus iuxta illud Apoca. Videbit eū oīs oculus ⁊c̄. tunc si veniet in gl'ia omnes fruent̄: ⁊ ꝑ cōsequēs nō timebūt: patet per illud qd̄ subdit ibidem ⁊ qui eum pupugerunt plangent ⁊c̄. Respondeo ⁊ dico ꝙ dāpnati nō fruent̄ illa gl'ia sed magis dolebūt de ea iuxta glo. sup̄ eodē verbo di. ꝙ nō tam dolebūt de ip̄o tormēto q̄ꝫ quia repellent̄ a tali consortio: vel forte ita terrebunt̄ vt non videant dictā gl'iam qd̄ nō credo. Quantū ad scd̄m: in qua forma apparebit xp̄s vicꝫ si cū signis passionis an non. Dico ꝙ apparebit simpl'r vt deus: ergo nō portabit signa seruitutis cuiusmōi sūt signa passionis cū in eis xp̄us assumpserit formam serui ⁊ sūme se humiliauerit: iuxta illud apl'i ad Philip. ij. Humiliauit se metip̄m ⁊c̄. Rn̄deo et dico ꝙ illa signa nō p̄tendūt seruitutē sꝫ gl'iam ⁊ triūphū vn̄ Criso. sup̄ Math. dic̄. ꝙ crux illa ⁊ cicatrices ille erūt solis radijs lucidiores: ⁊ idē ait. Cōsidera quāta sit ꝟtus crucꝫ sol obscurabit̄: ⁊ luna nō dabit lumē suū: vt discas ꝙ luna tūc erit lucidior: et sole clarior. Et ratio reddit̄: qꝛ vbi sūt signa cause magis apparet effectus: sed cicatrices sunt signa passionis q̄ est causa exaltationis ⁊ dāpnationis xp̄i iuxta qd̄ infert oppositū auctoritas allegata dicens ꝓpter qd̄ ⁊ deus exaltauit illuꝫ. Item ad Hebre. v. Exauditus est ꝑ sua reuerētia

Quantū ad tertiū vtꝝ xp̄s veniat ad iudiciū seuer⁹ vel benignus. Dico ꝙ bonis apparebit benignus ⁊ malis seuer⁹: vnde Math. xxv. dicet bonis: Venite benedicti p̄ris mei ⁊c̄. malis vero dicet. Ite maledicti ⁊c. Sed quō vtrisq; cū benignitas nō sepet̄ a iudice. Dicendū ꝙ mali magis scient eā cōtra se q̄ꝫ pro se cū summe dolebūt de tāto bono quo sentient se ꝑpetuo p̄uatos. Quantuꝫ ad scd̄m p̄ncipale quādo. s. veniet xp̄s ad iudiciū. Dicendū est ad hoc volendo tute rn̄dere cum Aug. ij. de ciui. dei. ꝙ si necessariū esset hoc scire dn̄s discipulis nō dixisset: Non est vestꝝ nosce tempa vel momenta q̄ pater posuit in sua ptāte. Sed volendo ꝑ aliq̄s cōiecturas circūloq̄: de hoc iudicio occurrūt tria consideranda. et Primo qua hora dn̄s ad iudiciū veniet. Scd̄o quo die ⁊ quo mense veniet. Tertio quo anno ⁊c̄. Quantuꝫ ad primū dicitur ꝙ media nocte veniet: iuxta illd̄ Math. xxv. Media nocte clamor factus est ecce spōsus venit: vbi dic̄ Hierony. Traditio iudeoꝝ est xp̄m media nocte ventuꝝ in sil'itudine egiptij tēporis qn̄ pascha celebratū est: ⁊ exterminator venit ⁊ dn̄s sup̄ tabernacula transijt: ⁊ sanguine postes nostraꝝ frontium cōsecrate sunt: vn̄ reor ⁊ traditionē apostolicā ꝑmansisse: vt die vigiliaꝝ pasche ante noctꝫ mediū domini populū dimittere non liceat expectātes xp̄i aduentum securitate p̄sumpta: postq̄ꝫ illud tempus

Scdo

Tertio

Scd̄ ps p̄ncipalis.

festi cuncti agant dicẽ: vñ ps. Media no
cte surgebã ad confitendũ tibi. vbi glo.
dies dñi. i. aduẽtus dñi qui dicit dies nõ
pro tempe diei: sed qz tunc omnia erunt
aperta: vt patet ex textu qz implicaret a/
postolo dicẽti q dies veniet de nocte ẽ
II. cõsi. Quantum ad scõm. s. quo die veniet.
Dicendũ q veniet. xxiiij. die Marcij. et
hoc pbat tripliciter. et Primo qz sicut
iudei arguũt horã ex celebratione pasce:
z transitu sup tabernacula in egypto ita
ego arguo dicẽ cum tali pascha z tal trã/
situs fuerit illa dies. s. xxiiij. die Marcij
Scõo quia tali die iudicatus fuit xps
iniuste fm Augusti. ij. de ciui. dei: g eodẽ
die videt conueniens q veniat iudicatu
rus mundũ iuste. Tertio qz figura et
motus circularis z opatio fm geometri
cos est pfectissima: qz finit vbi incipit: sz
dei opatio quecunq est pfectissima: quia
dei pfecta sunt opera: g est circularz z fi/
niens vbi incipit si finiri debeat: sed mũ
dus incepit tali die. s. xxiiij. marcij: g ibi
debet finiri. Et sic ex hoc patet etiam de
mense. s. q tali mense mũdus finiri debet
II. con sidera. z xps ad iudicandũ venire. Quantũ
ad tertiũ. s. quo anno. Dico q si non tran
sisset sextus millenarius annorũ a mũdi
creatione forte haberẽ opinionẽ cũ Au/
gustino. ij. de ciui. dei. vij. ca. vbi videtur
opinari q debet venire antixps octauo
millenario. Ut verba Augusti. sũt hec
ptractãs illud Apocal. ij. Vidi angelu
descẽdentẽ de celo habentẽ clauẽ abyssi z
cathenã in manu sua: z tenuit draconẽ il
lum serpentẽ antiquũ q cognominat est
dyabol z sathanas z alligauit illũ mil/
le annis z misit illũ in abyssum z clausit
z signauit sup eum vt non seduceret gẽ/
tes donec consumenk mille anni: vbi dicit
Aug. Hic em ptãtem habet seducẽdi z
possidẽdi q fuerãt liberati cohibuit atq
frenauit ẽ. Ille anni vt mihi occur
rit duobꝫ modis põt intelligi: aut quia i
vltimis annis mille illa res agek z in se/
xto millenario annoꝫ tanq sexto die cu/
ius nũc spacia posterioza voluunk secutu
ro: deinde sabbatũ qõ nõ habet vesperã
requiẽ. s. sctõꝫ que non habet finẽ: vt hu/
iusmõi millenarij tanq die nouissimam
partẽ q remanebit vsq ad terminũ secu
li mille. s. annos appellauerit: eo mõ quo
pars signak a toto: aut certe mille anni p
annis oĩbus hui⁹ seculi posuit: vt pfecto
numero vocaretur tempis plenitudo. III. ps
Quantũ ad tertiũ pncipale vbi iudi/ pncipa
catur: tria breuiter sunt iudicanda. s. lis.
Primo vbi stabit iudex. Secũdo
vbi stabũt mali iudicãdi. Tertio vbi
stabũt boni acceptãdi. Quantum ad
primũ est dicendũ q xps iudex stabit in
aere supra montẽ oliueti: qz ibi a discipu
lis visus est qñ ascẽdit: sed sic debet veni
re sicut ascendit: iuxta illud Act. i. Viri
galilei qd statis ẽ. vsq ibi. Sic veniet
Q⁹ autẽ ihs ascẽderit de monte oliueti
paret eodẽ cap. cum dicit. Tunc reuersi
sunt hierosolymã a mõte q vocat oliueti
Hoc etiã cõfirmat glosa Rabani. cũ dicẽ
de monte. s. oliuaꝫ ascendit xps: vbi xpi
morte sathanas est confusus. Istã cõ/
clusionez asserit glo. sup illo verbo Joe/
lis. iij. Cõgregabo omnes gẽtes: z deduc
am eas in vallẽ Josaphat. vbi glo. Hic
quidã intelligũt q in valle q est in latere
montis oliueti descensurus est dñs ad iu
diciũ: qõ friuolum est. Non em in terra
sed in spacio huius aeris sedebit: cõtra
montẽ oliueti de quo ascendit. Quã/ Scõs
tum ad scõm: vbi stabunt mali iudican
di. Dicendũ q in valle iosaphat Joelis
iij. Cõgregabo inqt oẽs gẽtes z deducã
eas in vallẽ iosaphat z disceptabo cũ il/
lis. Sed ꝫ nõ intelligit de bonis qz erũt
in aere vt patebit: g intelligit de malis.
Itẽ mgr historiaꝫ vt recitat Hiero. dicẽ
In valle Josaphat iudicabit oĩs homo
iudicantib⁹ angelis illos. Sed ꝫtra nõ
videt q in tã parua valle possit stare tan
ta multitudo. Sz rñdeo q ille q põt ho/
minem de puluere suscitare põt multos
in vna vallecula collocare vel aliter sicut
dicit Hiero. poterunt stare in locis circũ
stantibus vt iudicem videant illi quorũ
vallis non est capax. Quantũ ad ter/ Tertio
tiũ: vbi stabunt boni. Dicit q stabunt in

aere ⁊ obuiam xpo: iuxta illud apostoli i. Thessalo. iiij. Mortui qui in xpo sunt resurgent pmi: deinde nos q̄ viuimus q̄ relinq̄mur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam xpo in aera ⁊c. quem passum pertractans Augusti. in libro de ciuitate dei li. xj. cap. ij. dic sic. Queri solet vtrū illi quos viuentes inuēturus est dominus iesus xps quoq; personas atq; illos qui tunc secum viuebant transfigurauit amplius nūq̄ morituri sint an ipso temporis puncto quo cum resurgentibus rapient in nubibus obuiā xpo in aera: ad immortalitatē per mortē mirabili celeritate transibunt. Neq; em̄ dicendum est fieri non posse: vt dum per aera in sublime portant in illo spacio cōmoriantur ⁊ reuiuiscant. Item glo. super eodē passu dicit: deinde nos qui viuimus qui relinq̄mur. i. illi de nobis qui viui erimus ⁊ residui cum xpo rapiemur ab angelis simul cum illis qui nos p̄cesserunt ad requiem in nubibus: quia nubes suscipiet eos vt xp̄m in ascensione nubes suscepit Ideo glo. sup illo verbo Joelis. iij. Congregabo omnes gentes ⁊c. dicit in valle Josaphat. s. ad iudiciū domini: ad quod congregabuntur non soluz iudei qui credere noluerunt: sed etiā omnes impij: q̄ ab initio mundi fuerunt: isti autem non ascendent in valle iudicis. i. dampnationis: sed eleuabuntur in nubibus obuiam christo. Quantum ad quartū princi-
IIII p̄n cipale pale scilicet: que erit familia iudicis iudicantis. Dicendū est q̄ sicut habent domini temporales triplicem familiā: sic ipe habebit scz Primo minorē ad sententiam preparantē. Scdo maiorē in sententia assistentē. Tertio minimā sententiaz exequentē. Primo dico q̄ xps iustus iudex i iudicio vltimo habebit familiam minorē sicut angelos: de quibus dicit Dan. vij. Milia milium ministrabant ei ⁊c. Et Augusti. de ciui. dei libro xj. cap. ij. dicit q̄ hec congregatio per ministerium angeloz fiet: de quibus dicit ps. xlix. Congregate illi sanctos eius ⁊c

Secundo habebit familiam maiorem. s. illos qui in sententia assistent: de quibus vbi supra. Et decies centena milia assistebant ei. Et Augustin⁹ de ciuitate dei. Descendet cum angelis ⁊ alios euocabit de supernis locis ad faciendū iudicium ⁊c. Tertio etiam habebit inimicos qui sententiam exequantur: et hū erunt demones qui malos secū ad infernum deducent. Unde Augusti. libro xj. de ciuitate dei cap. vij. de dyabolo loquens ait. Nam seducere gentes nunc ⁊ secum trahere in eternam penam potest Possunt etiam tales executores esse boni angeli: vnde Augusti. Separabunt impios a pijs per bonos angelos: quia officia vindicte possunt implere boni bono animo: sed officia misericordie nō possunt implere mali angeli id est dyaboli. V. p̄nci-
pale

Quantum ad quintuz principale. s. qui erunt testes sententie iudicis. Dicendum est q̄ triplex genus testium erit ibi scilicet Primo vniuersitas angeloruz de quibus dicitur Math. xxv. Cum venerit filius hominis in sede maiestatis sue et omnes angeli cum eo. Secundo vniuersitas beatorum: de quibus etiam vbi supra. Cum venerit filius hominis ⁊c. Et sequitur. Sedebitis et vos super sedes duodecim ⁊c. Et non solum duodecim vt dictum est: sed Tertio vniuersitas sanctorum ꝯm Augustinuz xj. de ciuitate dei cap. v. qui verbum predictum pertractans ait. Nec quoniam super duodeciz sedes sessuros esse ait duodecim homines solos cum illo iudicaturos putare debemus: duodenario em̄ numero vniuersa quidem signatur iudicantium multitudo: propter duas partes numeri septennarij: que signat plerumq; vniuersitas: que due partes in tres et̄ in quattuor multiplicate duodecim faciunt. Nam quater ter et ter quatuor duodecim faciunt. Item Zacharie xiij. Veniet dominus deus meus omnesq; sancti cum eo ⁊ cetera. Quarto vniuersitas populorum. Unde Matthei. xxv. vbi supra. Congregabuntur ante eum omnes gentes ⁊ se. ⁊ cetera.

Sexto pncipaliter

Quantũ ad sextũ pncipale. s. q̃ erunt testes delicti. Dico q̃ erũt in triplici differentia. qꝛ Primus erit supra se. s. deus q̃ omnia intuet̃ q̃ ait Jere. xxix. de se ipso. Ego iudex ⁊ testis dicit dñs. Secundus erit intra se. s. ꝓpria conscientia. vnde Augusti. Quisq̃s iudicem times presentem conscientiã corrige: sensus em̃ testimoniũ cõscientie tue est: dabit enim testimoniũ de opibus nr̃is bonis conscientia: iuxta illud apl̃i. ij. Coꝝ. i. di. Nam gl̃ia nostra hec est testimoniũ cõscientie nostre ⁊c̃. Tertius erit iuxta se. s. angelus custos: iuxta illud Job. xx. Reuelabunt celi iniquitatẽ eius. Itẽ Criso. sup Math. omel. xxv. Omnes angeli aderunt testantes, ⁊ ipi quantũ administrauerint missi a dño ad hominũ salutem.

Quantũ ad septimũ q̃ sunt iudicãdi. Dico q̃ iudiciũ triplicit̃ accipit̃. s. Primo modo ꝓ dãnatõe ⁊ illo modo accipit saluator Joh. v. ca. di. Amen amen dico vobis. quia qui verbũ meũ audit et credit ei qui misit me habet vitã eternam: ⁊ in iudiciuꝫ non venit sed transiet a morte in vitã: qd̃ verbũ ꝑtractans Augu. in libro de ciui. dei li. xx. cap̃. v. ait Ecce hic dicit fideles suos ad iudiciũ non venire quomõ ergo ꝑ iudiciũ sepabunt̃ a malis ⁊ ad eius dexterã stabũt nisi quia hoc loco iudiciũ posuit pro dãpnatione: in tale quippe iudiciũ non venient: qꝛ audierũt verbuꝫ eius ⁊ credũt ei qui misit eũ: illo iudicio iudicabunt̃ mali: vnde Esa. liiij. ca. Omnẽ linguã resistentẽ tibi in iudicio iudicabis ⁊c̃. Scd̃o modo pro sententie ꝓmulgatione: ⁊ illo modo accipit̃ illud apl̃i. Surgite mortui venite ad iudiciũ. i. ad ꝓmulgationẽ sententie: ideo isto iudicio iudicabunt̃ nõ omnes beati Ad oẽs em̃ malos dicet̃. Ite maledicti ĩ ignẽ eternũ: ⁊ bonis econtra. Venite benedicti: sed non ad btõs: qꝛ non diceret̃ venite his q̃ iam venerũt: nec ꝑcipite his qui iam ꝑceperũt: sed scti qui iã percepe runt gl̃iam in iudicio illã tenebunt: cum hec sit vita eterna vt cognoscãt te solum deũ veꝝ ⁊ quẽ misisti ih̃m xp̃m Joh. xvij cap̃. Et ideo nõ accipiẽt: qꝛ iã acceperũt sicut nec venient qꝛ iam venerũt. In dãpnatis autẽ nõ sic: qꝛ aliqui ibunt ad penam in qua nunq̃ fuerunt ⁊ aliqui redibunt ad penã qui ad eã saltem quo ad locum vocati fuerãt ad iudiciũ. Ideo bene dicit̃ his q̃ de nouo vadũt ⁊ his q̃ iterum redeunt. Ite maledicti ⁊c̃. Tertio modo accipit̃ iudiciũ nõ ꝓ actu iudicandi: sed ꝓ effectu. s. iudicij. s. ꝓ retributione que est duplex. s. in malis pena ⁊ in bonis gr̃a de qua saluator loquit̃ in Johanne di. Filius quidẽ hoĩs venturꝰ est in gl̃ia patris cũ angelis suis: ⁊ tũc reddet vnicuiq̃ iuxta opa sua: isto iudicio iudicabũt etiã oẽs ãgeli: vñ apl̃s. i. Coꝝ vi. Nescitis quia angelos iudicabimus qd̃ non põt intelligi nec de pmo mõ iudicij nec de scd̃o: vt ex iam dictis patet: ergo de tertio: qꝛ omnis creatura rational̃ vel habebit penã vel gl̃iam que est effectus iudicij: ⁊ illo modo accipit̃ iudiciũ in tertio membro. Quãtũ ad octauũ s. de q̃bus debet iudicare est sciendũ q̃. s. aliqui accipient iudiciũ dãpnationis de multis malis sine vllis bonis: ⁊ hij accipiunt iudiciũ sine miscd̃ia: de q̃ dicit Jacobus in canonica. ij. ca. Judiciũ sine misericordia illi qui non facit misericordiam ⁊c̃. Aliqui accipient iudiciũ dãpnationis de multis malis cum aliq̃bus bonis: ⁊ isti accipient iudiciũ illud cũ misericordia: de quo saluator ait Lu. x. Dico vobis: quia sodomis in die illa remissius erit q̃ illi ciuitati. Aliqui accipiẽt iudiciũ de multis bonis sine vllis malis: et hij accipient gl̃iam sine defectu. Quãtum ad nonũ ꝑuilegiũ. s. qui erunt testes delicti siue accusatores. Et est sciendum q̃ erunt ibi tres accusatores siue testes. quoꝝ scꝫ Primus erit diabolꝰ: vñ Augusti. Presto tunc erit diabolus recitans ꝓba nr̃e ꝓfessionis ⁊ obijciẽs nobis quecunq̃ fecimus ⁊ in quo loco ⁊ in qua hora: ⁊ q̃d boni tunc facere debuimꝰ. Tũc etiã dicturus est ille aduersariꝰ: equissime index iudica illũ esse meũ ob culpam q̃ tuus voluntate esse noluit ꝑ gratiam:

tantur duo misteria. Primũ est de be. vir. turbatione ibi. que cum au. tur. est in ser. e. Et si dicat q̃ angelica salutatio nõ pstitit ei materiã turbatiõis cũ esset gratissima: iđo frustra fuit turbata. Dicitur q̃ non fuit turbata turbatione ire. qz hic nullũ erat turbationis obiectuz. nec odibile sed turbata. i. alterata z in admiratione suspensa. qz angelus in salutatione ita laudabat eaz. audit tacẽs ex molestia turbat ex verecundia: cogitat ex discreta ꝓudentia. Est aũt notandũ q̃ quatuor sunt animi ꝓturbationes quas describit beatus Aug. li. de ciui. dei. Prima est metus hõ ei in timore positus nõ põt eẽ mente q̃etus ps. liij. metro. v. Timor z tremor venerũt sup me. z cõtexerũt me tenebre. Scđa cupido. Nam cupidus nõ põt esse in orõne regulatus. Mat. vi. ca. Vbi est thesaurus tuus ibi est z cor tuum. Tertia est gaudiũ. qz hoies gaudiosi nõ sunt in se recollecti. Et iđo risus qui est nota gaudij est etiã nota stultitie. ꝓuer. xiij. ca. Extrema gaudij luctus occupat. Quarta est dolor. qz homo i dolore positus non est compos sue mentis. i. R. i. ca. Mulier infelix nimis ego sum ex multitudine doloris z meroris mei. Ad propositum beata virgo. Primo non fuit turbata ratiõe doloris. quia ibi nullum tristabile. Scđo nec ꝓpter gaudium interius. quia nõ est diffusiuũ sicut de sensibilibus. z ideo nõ est turbatiuum. Tertio nec ꝓpter cõcupiscentiã.

quia concupiscentia carismatum respectu obiectorum est directiua. Quarto nec metus vel timor. quia perfecta charitas qualis fuit in bea. vir. foras mittit timorem. i. Jo. iiij. cap. Nisi forte quis dicat q mens virginea ex statu sue innocētie est formidolosa. et ideo repentina z alta allocutio fecit eam pauidā ante considerationē profundā. Et ideo dicit angelus: Ne timeas zc. i. nō sis alterata ex admiratione. Jstis p̄missis vt clare stat ortus istius turbationis: est notandū q quattuor fuerūt cause subordinate ex quibus orta fuit hec turbatio. Prima fuit nouitatis repsentatio. qz ista salutatio fuit ei noua z incogitata. cū cogitaret de famulatu se humiliādo: z audiret de maternitate deū generādo: Ecce concipies in vtero z paries filiū. Scōa fuit vehemens attentio ex nouitate audita. ideo dicit. Quō fiet istud quoniā virū non cognosco? Tertia fuit p̄funda admiratio ex nouitate ineōsueta. Spūssanctus supue. in te. z vir. al. ob. t. Nam in ecclipsi solari admirat natura. Quarta fuit subita stupefactio in tam varia mutatione: Quod nascet ex te sanctum: vo. fi. dei. Nam admiratio rei trāscendētis gignit stupozem. ex quibus dictis secuta fuit turbatio in anima bea. vir. per modū stupozis. Stupefactio em̄ mouet mentē vt nō sit in se sedata. ideo dicitur: Que cū audiret. est in sermone eius z co. q̄. es. ista salutatio. Vel quia laudes de se nō libenter audiebat: quia erat ad humilitatem p̄pna

II. mi. Scōm misterū de bea. vir. consideratione. ibi: cogitabat. q̄. es. illa salu. in quo notatur bea. vir. p̄udentia. z confirmat Luc. ij. ca. in quo visis miraculis factis in xp̄i natiuitate dicit de be. vir. Maria aūt conseruabat oīa verba hec cōferēs in corde suo. ex quo eliciūtur quatuor deuota documēta. Primum est q be. vir. fuit multū meditatiua. cogitabat em̄ q̄lis esset ista salu. zc. Et istud est primum signum sapientie. quia frequens meditatio circa diuina generat sapientiaz. sicut frequens meditatio circa humanā p̄udentiam. cum frequentia actuū circa suū obiectum generet habitum. Scōum q erat multum rationatiua. quia dicitur vbi supra erat p̄ferens in corde suo. Jsta enim collatio fit per rationis discursum inuestigando que considerant. Et istud est secundū signū sapiētie: quia frequēs meditatio non est virtuosa nisi sit adiuncta rebus superioribus de quibus est sapientia. Tertiū q erat multū memoratiua vbi supra cōseruabat omnia. conseruare em̄ pertinet ad memoriā. Et istō est tertiū signum sapientie quia vt patet homines sapientes sunt meditatiui. z q̄libet meditatio actualis dimittit dispositionem in memoria p quā fit recordatio.

Quartū q fuit multū effectiua. qz feruentissima z purissima dilectione ferebatur ad diuina. vt supra: Conferens i corde suo. Cor em̄ i scriptura sacra habetur p̄ effectu. iudicum. i. capit. Cor meum diligit p̄incipes israel. Et istud est quartum signum sapientie. quia bona cernere z non diligere est insipientis. Et notandum q beata virgo licet multum habundauerit in verbis mentalibus secundum p̄missa: fuit tamen parcissima in verbis vocalibus. vnde ad salutationez angeli non statim p̄orupit in responsionem vocalem secundum cōmunem modum: sed in mente cogitabat qualis esset ista salutatio. Constat enim q homines meditatiui parum loquūtur. et econuerso Et hoc quia operatio exterior impedit interiorem et econuerso. Circa ter III. p̄t. tiam particulam de angeli replicatione ibi: et angelus ei: Ne timeas sunt. v. misteria. Primum de angeli confortatione p̄fortauit enim beatā virginē stupefactam di. Ne timeas zc. q. di. q rationabiliter non debet timere: assignando rationem di. Jnueniſti enim gratiam apud deum. et hic fuit beata virgo de diuina gratia certificata per angelum: qui non potest mentiri. quia confirmatus in gratia. Et notandū q ex deductione angeli eliciuntur duo catholica documenta. Primum si aliquis esset certifica/ I. miste rium.

tus sicut fuit hic mater domini.non de/beret timere sed securissimus esse. quia per istud medium voluit angelus hic excludere omnem timorem. Secun/dum q̄ certificatus de tali gratia non de bet tristari sed gaudere simpliciter.quia secundum idem medium per quod an/gelus excludit timorem: potuisset et tri/stitiaz repulisse:si dixisset ne tristeris ma ria. Sed queritur primo quare dicit: Inuenisti gr̄am cum ipsam nunq̄ ami/sisset. Et dicitur q̄ gratia quam amise/rat eua:maria inuenit.quia sicut amis/sio gratie per euam fuit causa vniuersa/lis damnationis:sic inuentio gratie per mariam fuit causa vniuersalis saluatio/nis. Secundo queritur ista inuentio gratie est desiderabilissimum bonū isti/us vite? Et dicitur q̄ sic.quia cum gratia constituat amicum:hic intelligitur ma/ximum bonum esse deo acceptum. quod bonum contulit deus Moysi. di. exodi xxxiij. capitulo. Noui te ex nomine:et in/uenisti gratiam coram me.ita q̄ esse in gratia dei est summum desideriorum.

Tertio queritur quid est optabilius menti fideli.aut esse in gratia dei.aut es/se in gloria dei? Et dicitur esse in gratia consistit in hoc q̄ est diligi a deo. esse ve/ro in gloria in hoc q̄ est deum beatifice diligere.melius autem videtur a deo di/igi q̄ deum diligere qualitercumq̄. Et ideo melius videtur deo esse acceptum q̄ esse beatuz. Quarto queritur.quia acceptatio diuina est in ipsa gratia in or/dine ad vitam eternaz.et ille dicitur deo gratus:qui pro vita eterna est sibi acce/ptus. Romanoruz. viij. capitulo. Quos predestinauit hos et vocauit et quos vo/cauit hos et iustificauit.scilicet ad vitaz eternam. Et ideo cum vita eterna sit fi/nis talis acceptationis:multo melior vi/detur ipsa vita eterna q̄ gratia. Et dici/tur:q̄ sicut pater acceptat filium in se pri/us quantum ad hereditatem suam: ita deus prius acceptat homines in se q̄ p vita eterna. Et ideo licet secunda acce/ptatio ordinetur ad vitam eternam non tamen prima:secundum q̄ arrit argu/mentum. Sed volens l; qui de bea/ta virgine plena gratia: debet habere tria scilicet sapientiam prophetica: lo/quelam euangelicam:et vitam angelicā de istis procede vt scis. Secundum misterium de angeli promissione.ibi: ec/ce concipies in v.et pa.fi. ꝛc. quod miste/rium continet duas veritates. Prima de conceptione.in qua fuerunt quattuor actus. Primus fuit materie decisio. scilicet de qua fuit corpus christi forma tum.quia ex purissimis sanguinibus be ate virgis secundum dionysium libro de diuinis nominibus. et sic oportuit q̄ isti sanguines a locis propijs decciderentur. II. mi

Secundus fuit istius materie collo/catio in loco conuenienti humane gene/rationi intra beatevirginis corpus quia in vtero est sita illa cellula in qua debet humanum corpus formari. Tertius fuit corporis christi de illa materia for/matio sic locata:in loco generationis. quia exquo materia est in tali loco est na ta organizari:vt sit in potentia propin/qua ad animam susciendam. Quar tus fuit anime christi infusio in corpus sic formatum. quia exquo corpus est sic sufficienter organizatum regulariter deus infundit animam intellectiuam.

Sed primo queritur vtrum iste quat tuor operatiōes fuerint simul facte? Et dicitur q̄ materie decisio et eius colloca/tio non fuerunt facte simul. quia tūc idez simul corpus fuisset in duobus locis:ni/si forte quis dicat q̄ per diuinam poten/tiam translatio localis potest fieri in in/stanti:sicut abacub in instanti fuit in iu/dea ⁊ in babilone. Danielis. xiij. capitu lo.et per eandem potentiam potest fieri vt idem corpus sit simul in diuersis lo/cis. Cetere autem due operationes scili cet corporis formatio et anime infusio. quia mox vt corpus est organizatum ani ma infunditur potuerunt esse facte simꝫ quando autem fit comparatio inter du/

as operationes non sunt simul. quia forma organizationis et forma sanguinis que fuit materia corporis christi sunt incompossibiles forme. Secundo queritur: vtrum omnia ista quattuor fuerint facta in eodem momento. Et dicitur cōmuniter q̄ sic. quia ista fuit incarnationis hora. Et dicit Damascen⁹ q̄ simul fuit caro ⁊ animata dei caro. quia mox vt fuerunt producta ista fuerunt verbo vnita. et sic actus vnionis immediate fuit consecutus istas quattuor operationes.

Tertio queritur vtrum omnia ista fuerint in hora annunciationis facta? quia tunc beata virgo fuisset eadem hora ita pregnans sicut mulier que habet fetum in vtero formatum perfecte et animatum tale tunc fuerit corpus christi. Dicunt aliqui q̄ corpus christi non fuit formatū tante quantitatis sicut cetera corpora: vt illud miraculum occultaretur ad temp⁹ Et dicitur q̄ istud dictum non apparet consonum. quia fuit formatum in cellula beate virginis sicut in fiscella que non fuit minor ceteris mulieribus. Et ideo dicitur q̄ corpus cuiuslibet est ita modicum cum animatur q̄ per se non faceret tumorem in vtero matris perceptibilem sed propter humores crescentes in mulieris vtero intumescit corpus illud virtute seminis humani. et a talibus humoribus fuit ita segregatus vterus beate virgis q̄ nō intumuit ita repente moderāte spūsctō. aggregationem illorum humorum virtute diuina. Quarto queritur quia secundum premissa fetus iste gloriosus perfecte formatus plus fuit in vtero matris q̄ aliquis alius. cum per ix. menses fuerit ibi homo perfectus et sic venisset ad maiorem tumorem vterus beate virginis per prolixius augmentum. Et dicitur q̄ istud augmentum fuit contemperatum diuina virtute: vt peruenirent ad aliorum fetuum conformitatez beate virgi. partus sicut supra de generatione humorum est tactuz. Sed remanet dubium. vtrum in omnibus istis beata virgo fuerit actiue cooperata? Et dicunt cōmuniter doctores theologie. q̄ ipsa vere fuit mater christi. et quicquid faciunt cetere matres ad prolis sue generationem vt sint vere matres totum ipsa fecit. Item querit quid fecit beata virgo. si cetere matres cooperantur actiue ad sue prolis formationem. Et dicūt aliqui q̄ non: sed solum ministrāt materiaz tota vero actiuitas est in semine patris istud tamen non videtur rationabile. q̄a cum anime viri et mulieris sint eiusdem rationis. eo q̄ constituunt formaliter individuum eiusdem speciei oportet q̄ habeant potentias eiusdem rationis. Et ideo cum potentia generatiua pertineat ad animam vegetatiuam sicut anima vegetatiua est vtrobiq̄ eiusdem rationis: ita potentia generatiua eiusdem ratiōis, potentia autez actiua ⁊ passiua non sunt eiusdem rationis. Secunda de partu ritione: in isto sacratissimo partu considerantur quattuor actus. Primus fetus maturatio que facta fuit virtute vegetatiua christi eius corpus vegetantis et augmentantis: donec veniret ad vltimatam in vtero perfectionez que est maturitas fetus. Secundus. fetus expulsio que fuit per virtutem expulsiuam anime virginis facta: que semper est ad expellendum omne maturum in corpore.

Tertius fetus egressio. et ista fuit totaliter supernaturalis. quia tamen fuit egressus clauso beate virginis vtero: ibi oportuit duo corpora esse simul in eodez loco. et ideo cum ad istud non attingat virtus creata: ibi non videtur aliquid fecisse nec anima prolis nec parentis actiue. Quartus. fetus separatio cum prefuerit adiunctus cum materia ista separatur non videtur fuisse facta ministerio alicuius obstetricis: quia ibi solā beataz virginem talium ignotam innuit euangelista. Et ideo videt virtus diuina talē separationē fecisse vt ista separatio fieret sine dolore. Sed queritur primo si iste partus fuit effusus sine omni dolore? Et dicitur q̄ sic secundum istud ysa vltimo capitulo. Anteq̄ parturiret peperit. id est

antecꝫ dolores partus sentiret pepit. Sicut em conceptus fuit sine libidine: ita eius partus debuit esse sine omni dolore

Scõo queritur quõ potuit fieri sine dolore reuolutio partus i vtero: cũ talis cõmotio naturaliter infligat dolorez? Et dicitur ꝙ in essentialiter ordinatis et realiter distinctis deus potest facere prius sine posteriori. z ideo cũ dolor sit effectus lesionis in carne: posset facere lesionem sine omni dolore: z circa quancũcꝫ cõmotionẽ Tertio queritꝝ ꝙ liez egressio corpis xpi ex vtero virginali clauso fuerit facta sola diuina virtute: cuz parere sit fetum emittere: tunc beata virgo non peperit: sed sola diuia virtus. Et dicitur ꝙ non videtur inconueniens: vt virtus creata concurrat ad miraculũ pueniente dina ꝑtute ad remouendũ impedimentũ

Quarto queritur. si b. vir. fuit vera mr ex isto partu? Et dicitur ꝙ non videt fuisse mater nisi ex preuia generatatione natiuitatis in vtero. quia cum maternitas sit res oĩs actum generationis: ipo completo statim influit. ideo dicit sancta elisabeth xpo adhuc manente in vtero virginali. Luc. i. ca. Vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Tertium III. mi. misteriũ de xpi nuncupatione ibi: z vocabis nomen eius iesum qõ nomen non solum beate virgini sed etiam ipsi Joseph fuit predictum. Mat. i. ca. dicit angelus Joseph de beata virgine Pariet aũt filium z vocabis nomen eius iesum. Et notandum ꝙ nomẽ istud sanctissimum quadruplicẽ habet significationẽ Prima saluator. z conuenit passioni. qz tunc saluauit genus humanũ per mortẽ suam hebre. ix. ca. Noui testamẽti mediator est vt morte intercedente in redẽptionẽ eaꝝ preuaricationum que erant sub priori testamento zc. Secunda salutaris. z cõuenit incarnationi. quia per actum salutationis conceptus fuit. z in primo instãti sue cõceptionis anima sua fuit beata

Tertia saluse conuenit sue eterne generationi quia ex ipsa habet nõ solum ꝙ sit beatus: sed etiam ꝙ sit ipsa beatitudo Et idem est hic salus et beatitudo sicut idem est saluare et beatificare. Quarta salutare. et conuenit nostre beatificationi in qua ipse iesus est obiectum nostre interioris beatitudinis dupliciter. Primo interioris secundum suam deitatem

Secundo exterioris secundum suaz humanitatez. Jo. x. ca. Ingredietz egredietur z pascua inueniet. De hoc nomine potest dici illud. i. R. xviij. capitu. Lebze factum est nomen eius nimis.

Quartum misterium de istius filij con mendatione ibi: hic erit magnus et fili- IIII. mi. us altissimi vocabitur. quod misterium continet duas veritates. Prima de cõmẽdatione absoluta. ibi: hic erit magn?

Et notandum ꝙ quincꝫ modis dicitur aliquis magnus. Primo secundum potestatem. sicut dictuz est Dauid ij. R. vij. capitulo. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Secundo secundum dignitatez sicut dicitur de Abzaam ecclesiast. xliij. capitulo. Abzaam magnus pater multitudinis gentium. Tertio secunduz facultatem Job. i. capitulo. Eratcꝫ vir ille. s. Job magnus inter omnes orietales. V. mi.

Quarto secundum solennitatez. sicut dicit de Moyse exo. xi. ca. Fuitcꝫ Moyses vir magnus valde in terra egypti coram seruis pharaonis et omni populo.

Quinto secundum veritatem. sicut dicitur de Johanne bap. Luce. i. ca. Erit enim magnus coram domino vinum et siceram non bibet Ad propositum filius beate virginis fuit magnus. Primo secundum potestatem. Athanasius in simbolo. Omnipotens pater omnipotens filius z sap. xviij. ca. Oipotens sermo tu? dñe de celis a regalib sedib venit. Scõo fm dignitatez apoc. xix. ca. Rex regũ z dñs dñantiũ. Et fm dignitatem pontificalez. heb. iij. ca. Habentes pontificem magnum qui penetrauit celos iesum filiuz dei. Tertio fm facultatem spũalis thesauri. collo. ij. In quo sunt omnes thesauri sapientie dei abscõditi. Quarto fm solẽnitatẽ lu. vij. ca.

Propheta magn⁹ surrexit ī nob. Quin
to ꝑm virtutē heb.i.ca. Tanto melior an
gelis effect⁹ q̄to differētius pre illis no/
mē hereditauit. vbi Aug. In spūalib⁹ h̄
est maius qđ est meli⁹. Scđa veritas
est de cōmendatiōe respectiua ibi: ⁊ fili⁹
al. vo. Ex ista veritate excutit̄ documen/
tū cōtra nestorianos. qui dicunt q̄ b. vir.
nō solūfuit xp̄othocon.i. genitrix xp̄i sed
etiā fuit theotocon.i. genitrix dei. qꝛ cum
dixisset angelus. Ecce ꝯcipies ⁊ pa. fi. et
vo. no. ei⁹. ie. adiūxit: hic erit ma. ⁊. fi. al.
⁊ sic ptz q̄ idem numero fili⁹ est quē pe/
perit. b. vir. ⁊ quē genuit altissim⁹. Sz
p̄mo querit̄ quō pōt esse idē numero fili⁹
dei p̄ris ⁊ fili⁹. b. vir. matris cū generatio
paterna sit terminata ad deitatē ⁊ mater
na ad humanitatē. Et dicit̄ q̄ licet disti/
cte nature sint termini istaruz generatio/
nū. qꝛ tamē vtraq̄ istaꝝ naturaꝝ gn̄atio
est in eodē supposito ideo istud suppositū
ꝑ vtramq̄ naturā dicit̄ gn̄ari. Scđo
querit̄ si eadē filiatio xp̄i est ad be. vir. et
ad deū p̄rem. Et dicit̄ q̄ cū vna sit eterna
⁊ alia tp̄alis ꝓ eo q̄ ab eterno fili⁹ p̄ris. ⁊
ex tp̄e fili⁹ m̄ris est: nō pōt capere rō q̄ fi
liatio sit vna lz fili⁹ sit vnic⁹. Quintū
misteriū de istius filij ꝓmotione ibi. Da
bit illi dn̄s d. se. d. p. e. Et continet tres ca
tholicas veritates. Pr̄ia de regia ma/
iestate. ibi. sedē dđ. p. e. Scđa de regni
ꝓprietate ibi: ⁊ regnabit ī domo Jacob ī
eternū. Tertia de ip̄ius regni ꝑpetui/
tate. Et regni ei⁹ nō erit fi. Sz querit̄
p̄mo q̄ fuit ista sedes dđ dāda xp̄o? Et dr̄
q̄ fuit ptās regia ꝯferēda ip̄i xp̄o vt hoī
q̄ fuit de domo dđ ꝑm rectā lineā ꝓgeni/
tus. sicut debet̄ filio regis dignitas regia
in regn̄is in quib⁹ reges ex gn̄e ꝓdeunt.
Scđo querit̄ quō ista sedes q̄ fuit iu/
risdictio regni tp̄alis fuit xp̄o data. cum
ip̄e recusauerit fugiēdo regnū terrenū d.
Jo. xviij. ca. Regnū meū nō est de h̄ mū/
do. Et dicit̄ lz ius habuerit in isto regno
mūdano: tamē illud ius exercere noluit.
q̄a venit Primo iudicari Scđo ve
nit iudicare. Tertio querit̄. qꝛ regnuz
qđ iure debet̄: scđm nōdū ex ptāte habet̄
⁊ ideo si pro scđo aduentu differtur tunc
verbū angeli nondum fuit adimpletum
Et dicit̄ sicut dauid fuit vere rex ex quo
fuit vnctus dicente samule. i. R. xv. capi.
Scidit dn̄s regnum israel a te hodie: et
tradidit illud ꝓximo tuo meliori te. non
tamen regnauit dauid nisi mortuo saule
ita xp̄us fuit rex ab origine vnctus gra/
tia ⁊ virtute. act. ij. ca. Jesum nazarenū
virum approbatū a deo in vobis virtuti/
bus ⁊ prodigijs ⁊ signis que fecit deus
per illū in medio vestri vnctus dico ī re/
gem ⁊ sacerdotē. tamen regnare distulit
vsq̄ ad secundū aduentū mortuo. s. anti/
xp̄o. Quarto querit̄ ista maiestas re/
gia secundū quā expectat̄ regnaturus in
secundo aduentu nō videt̄ esse eiusdē ra/
tionis cum illa quā habuit: ⁊ sic nec eius
sedes. Et dicit̄ licet non sit eiusdem spe/
ciei tamen potest dici dauid. qꝛ ipsi pro/
missa in semine suo. Quinto queritur
quō regnabit in eternū. cū ista domus sit
desinitura. Et dr̄ licz sit desinitura scđm
cursuz naturalis ꝓpagationis: non tn̄ se/
cundum remunerationē finalis resurre/
ctionis in electis illius generis in quib⁹
regnabit christus perpetuo. Sexto q̄
ritur secundū predictum modum nō so/
lum regnabit in domo iacob: sed etiaz in
omnibus electis. Et dicitur q̄ prophete
xij. apostoli mater domini ⁊ Joh. bap. fu
erunt de ista domo. sed principalis inter
eos erit xp̄s. sicut dicitur francorum rex
quamuis in pluribus nationibus maio/
ribus ipsa francia regnet. Quarta pti
cula de bea. virgi. interrogatione ibi. Di
xit aūt maria ad an. quomodo si. i. q. vi.
nō. co. in qua bea. vir. tria facit. Primū
qꝛ verbū auditū angeli verū supponit di.
fiet istud. Scđm. qꝛ isto supposito tan
q̄ vero: modū quomodo perficietur istđ
quesiuit di. quomodo. Tertium assi/
gnat rationem quare di. quoniam viruz
non cognosco: vt ostenderet q̄ ista dubi/
tatio de modo ⁊ non de facto rationabil̄
erat cum dixisset concipies ⁊ paries. fi. ⁊
in ea semper manebat virginitatis inte/
grum propositum. cum quo adhuc igno

rabat quomodo posset habere filiū pro/
missum. Et notandum ꝙ causa istius q̄/
stionis hic posita a b. vir. non esset multū
euidens si ibi poneret̄ istud verbū cogno
sco pro presenti tpe. qꝛ licet sit aliqua vir/
go in p̄senti non tñ repugnat ei in futurū
parere partū per naturā. ⁊ hic partus in
futuꝝ ꝓmittebat̄. Et ideo oportet dicere
ꝙ li. cognosco accipit̄ ꝓ tpe futuro. i. non
cognoscam. quia certificata erat ꝑ dīnaꝫ
reuelationem ꝙ ipsa ⁊ sponsus eius Jo/
seph permanerent perpetuo in virginita
te. Sed notandū ꝙ ista sumptio p̄sen/
tis tp̄is pro futuro declarat̄ quintuplicit̄
in sacra scriptura. Primo numeri. xvi
ca. vbi dathan ⁊ abiron dixerunt Moy/
si: Non venimus. i. non veniemus cū ad
consiliū vocarent̄. Scdo. ij. mach. vij.
ca. vbi adolescens sitiens martyrium di/
xit: Non obedio p̄cepto regis sed prece/
pto legis que data est nobis per moysen.
Tertio lu. xiij. ca. Ubi misit xp̄us he
rodi. di. Ecce demonia eijcio ⁊ sanitates
perficio hodie ⁊ cras. ⁊ die. iij. cōsumor.
Quarto apoc̄. i. ca. Ecce venit cū nu/
bibꝫ ⁊ videbit eū ꝓpl's. Quīto apoc̄. vl.
Ecce venio cito. di. dñs ⁊ clarū est ꝙ ac/
cipitur hic presens pro futuro ⁊ similiter
V. ꝑti. accipitur in ꝓposito. Quomodo fiet istd̄
q. vi. n. co. i. non cognoscam. Quinta
particula de angeli responsione ibi. ⁊ re/
I. miste spondens angelus di. ei. in qua notātur
rium. duo misteria Primū de angeli ad que
stionem. bea. vir. solutione. ⁊ assignat du
plicem modū. Primus per spūssancti
operationē ibi. Spūssactus supue. in te.
scꝫ ad cooperandum istud. Secūdus
per totius trinitatis ab omni infectio/
nis p̄seruatione. ibi: ⁊ virtus altissimi ob
umbrabit tibi ⁊ isti duo modi respondē/
di dati fuerūt ab angelo duobꝫ motiuis
que habuit bea. virgo in ista felici dubi/
tatione. Primū motiuū fuit. qꝛ ista cō/
ceptio fieri nō posset solius mulieris cau
satione. Jdeo dicit spiritussan. supue. in
te. q. di. Tu non eris sola: quia tecuꝫ erit
concurrens virtus infinita spiritussan.
Scdm. qꝛ ista conceptio fieri posset si
ne carnis concupiscentia. ideo dicit ⁊ vir
tus al. ob. ti. sicut em̄ vmbra cōtegit ab ar
doris inflāmatione: sic diuina ꝓtectio h̄
custodiuit bea. vl r. a cōcupiscentia inflā/
mante. Sed primo querit̄ quare. di. h̄
angelus spūssan. supue. in te. et non dicit
de patre vel de filio. cum deitatis opa ad
extra sint indiuisa. et tota trinitas xp̄m
incarnauit scdm btūm Augu. i. de trini/
tate. Et dicit̄ ꝙ licet nulla productio ad
extra spūisancto sit attributa: tñ bene in/
uenit̄ aliqua appropriata. sicut in ꝑfectio
nibus intrinsecarū charitas appropriat̄
spiritusancto. sicut sapientia filia. ⁊ quia
magis istud misteriū. s. actus incarnati/
onis ex summa dei charitate ꝓcessit: ido
spiritusancto conuenienter appropriat̄.
Scdo queritur quare magis istd̄ mi/
sterium fuit appropriatū spūisancto q̄ꝫ fi
lio. cū filiꝰ fuerit incarnatus ⁊ nō spūssā.
Et dicit̄ ꝙ incarnatio secundum assum
ptionem fuit ꝓpria filij: qui solus assum/
psit humanitatem. tamē per factionē ta/
lis vnionis fuit magis appropriata spirit
tuisancto ratione pretacta. Tertio q̄/
ritur quare dicit angelus: Spiritussan/
ctus superue. in te ⁊ non dicit ad te: sicut
dic̄ saluator apl'is Jo. xv. ca. Cū venerit
paclitꝰ quē ego mittā vobis. idē. xvi. Si
em̄ nō abiero paclitus nō veniet ad vos
si aūt abiero: mittā eū ad vos actu. ij. ca.
Repleti sunt oēs spūsancto. Et dicit̄ ꝙ
istd̄ dictū fuit ad declarandū excellentiā
spūssancti in b. vir. vt ꝯciperet verbū dei
qꝛ qd̄ est sup̄ totū: ambit qd̄ est infra ⁊ nō
ecōuerso. Similiter habet̄ quando apo/
stoli spm̄sanctum receperunt act. vbi su/
pra. repleuit totam domū vbi erant sedē/
tes. i. om̄es qui erant in domo. Et sequi/
tur. ⁊ apparuerūt illis disꝑtite lingue fe/
ditq̄ꝫ supra singulos eoꝝ Quarto que
ritur si in isto verbo spiritussanctus sup/
ueniet ī te. datur intelligi spiritussan. co/
operatio quomodo datur hic intelligi se/
cunda beate virgi. sanctificatio que fuit
preuia illi sanctificationi. Et dicitur ꝙ
vtraq̄ꝫ datur intelligi. quia spiritussan/
ctus non venit in quemq̄ꝫ sine infusio/

ne gratie modo perfecto. z infusio gratie nunc̄ est sine sanctificatione. Quinto queritur quare adiunxit angelus dicens z virtus altissimi obumbrabit tibi: cum vmbra dicat lucis carentiam. z istud misterium fuit totum luminosum. Et dicitur q̄ vmbra habet vnam habitudinem secundum quam est lucis priuatio. z sic est mala significatio. Aliam secundum quam est ab ardore protectio. z sic est bona significatio. z sic sumit vmbraculū in scriptura. Et isto modo sumit hic obumbratio pro protectione incendij concupiscentie secundum premissa. Sexto q̄ritur quare dixit obumbrabit tibi. z non dixit te secundum cōmunem constructionem accusatiui casus Dicitur q̄ in ista obumbratione nō fuit aliqua exustio accusabilis quaz refrigeraret talis vmbra sed secuta fuit acquisitio gratie z ideo cōstructio dictiui casus acquisitiua fuit ibi conuenientissima. sicut dicitur in ps̄. xc. metro. iij. Scapulis suis obumbrabit tibi. Istis p̄missis infert angelus duo correlaria ex premissis. Primum de prolis concipiende sanctitate ibi: Ideoq̄ et quod nascetur ex te sanctum. Secundum de prolis concipiende maiestate. ibi: vocabitur filius dei. Sed primo queritur quomodo sequitur correlariuz ex premissis. Et dicitur q̄ iste fructus q̄ concipitur virtute spiritussancti z virtute altissimi protegēte a peccato nō potest esse nisi sanctus: cum manifestissimum signum sit sanctificationis talis miraculosa conceptio. Secundo queritur secunduz correlarium. Et dicitur q̄ aliud est vocari z aliud est esse. Non fuit filius dei. quia sic conceptus: sed econuerso. fuit aūt iste fructus vocatus filius dei. quia in eius generatiōe carnali dominus supplenit vicem patris per modum cause superioris concurrens cum beata virgine non tamen dicitur pater. quia non genuit nec per modum nature egit: nisi forte sicut dicitur pater angelorum: quia creator eorum sicut habetur Job. xxxviij. capi. Cum me laudarent astra matutina z iubilarent omnes filij dei. Secundū misterium de solutionis confirmatione. quando angelus confirmauit suam responsionem per exemplum manifestum dicit. Et ecce eli. co. tua. z ponit hic quadruplicem confirmationē: vt postea omnium istorum inferat causam z rationez II. mi.

Prima confirmatio fuit per euidentiam facti cum premisit dicens: Ecce elisabeth cognata tua. exempla enim que dantur circa propinquos sunt clariora q̄z illa que dantur circa ignotos. z forsitā beata virgo iam viderat beatā elisabeth concepisse. Secunda fuit per inductionem miraculi ibi: z ipsa concepit filiuz in senectute sua. quia dicitur in isto capitulo: q̄ ambo proceserant in diebus suis scilicet zacha. z eli. s. vltra etatem generandi. Tertia fuit per mirationem modi. ibi: z hic mēsis est sext. il. quia post sextum mensem est manifestata conceptio ex tumefactione ventris. Quarta fuit per appositionem secundi prodigij. ibi: que vocatur sterilis. quia aliud est miraculum sterilitatis et aliud vetustatis. hec autem non solum erat vetula: sed etiam sterilis sicut sara. Sed queritur primo: quare fuit sancta elisabeth dicta cognata beate virginis? Et dicitur: quia licet secundum vsum nostrum dicatur cognata q̄ est vxor fratris tamen secundum veram germanitatem cognata dicitur germana consanguinea. et ideo ex isto loco colligitur: q̄ sancta elisabeth fuit consanguinea germana beate virginis. Vnde creduntur fuisse filie duarum sororum. aut melius beata virgo ex sorore: et elisabeth ex fratre: vt christus dicatur de tribu regia z sacerdotali. Secundo queritur quid ad p̄positum istius vetule z sterilis cōceptio cuz beata virgo cui ista exempla sunt adducta antiqua scz non esset nec sterilis? Et dicitur q̄ sicut virginem parere est supra naturam: ita sterilem aut vetulam concipere: z ideo ad ostēdendū quō de⁹ p̄t facere illa. s. q̄ sunt sup̄ naturā: induxit angel⁹ illō duplex miraculū iā factum.

Tertio querit. quia nõ videt tantum miraculũ sterilem ⁊ vetulã concipere cũ aliquotiẽs hoc fuerit factũ patet de zara vxore abrae. geñ. xviij. ca. Erant eñ ambo senes ⁊ desierant sare fieri muliebria. ⁊. i. reguz. i. habetur de anna matre samuelis de qua dicit. Affligebat quoq; eam emula eius ⁊ vehementer angebat in tãtum vt exprobraret ei ꝙ conclusisset dominus vuluã eius. ⁊ sic patet sare antiq̃tas ⁊ anne sterilitas. Sic virginẽ parere qđ a seculo nõ est auditũ. ⁊ ideo nõ videt fuisse sufficiens argumentũ angeli procedens a minori ad maius affirmãdo. Et dicitur ꝙ angelus nõ ꝓcessit a minori: sz tantũ a simili arguendo. ⁊ vlterius oñia supernaturalia sunt equaliter possibilia deo. Quarto querit. assignant duo miracula in cõceptione sancte elisabeth. et non nisi vnũ in cõceptione bea. virgi. Et dicit ꝙ ibi fuerũt duo miracula in eo ꝙ sterilis ⁊ vetula genuit. hic aũt alia duo prestantiora. quia virgo concepit ⁊ peperit. ⁊ post partũ virgo ꝑmansit partus autẽ sterilis vel antique nõ est miraculosus sed supernaturalis exquo ꝑ miraculũ est conceptio facta. Istis aũt p̃missis seq̃tur causa oim p̃dictoꝝ sup̃ quã assignat angelus. di. qꝛ nõ. c. ipo. a. d. oñe verbuz. Et ideo nõ miꝝ si põt facere vt sterilis ꝯcipiat ⁊ vetula pariat. Et per eundem modũ de cõceptione ⁊ partu virginis approbat. Sz querit qꝛ multa verba possunt dici vocaliter quoꝝ significata sunt deo ĩpossibilia vtputa ꝙ faceret aliũ deũ ita perfectũ sicut ipse est. Et dicit ꝙ non fuit intentio angeli vt aꝑparet loq̃ de verbo vocali. sed de verbo ĩtellectuali. qꝛ ꝫm btũm hylariũ. x. de trinitate. Plus deus põt facere q̃ꝫ intellectus noster capere vl' intelligere ⁊ nõ est impossibile aliqđ verbũ intellectuale. ergo. Scđo querit qꝛ multa intelligimus verbo mentali vtputa entia ꝓhibita. quẽadmodũ chimera ⁊ veritatẽ contradictorioꝝ que nõ sunt đo possibilia alioquin nõ essent ꝓhibita. Et dicitur ꝙ licet talia aliquo modo intelligantur: tñ de ipsis nõ format verbũ intellectuale prout verbum accipitur stricte ꝓ notitia declaratiua que est diffinitiua. qꝛ non est diffinitio entium prohibitorum: que in nullo genere collocantur.. Sexta particula de bea. vir. conceptione ibi. Dixit aũt maria vsq; discessit angelus ab ea vbi notant tria misteria. Primũ qualiter bea. vir. se humiliauit in sua vltima responsione ibi. Ecce ancilla domini. Vbi notandum ꝙ bea. vir. habuit ad dñm q̃druplicem habitudinẽ dignitatꝭ.

VI. ꝑti.

I. misterium.

Prima quia eius fuit mater. naz ab ipsa fuit humanatus christus vel eius humanitas generata Secunda quia eiꝰ fuit filia. quia ab ipso supernaturaliter et miraculose patrata. vt claret supra.

Tertia qꝛ fuit eius sponsa. naz fuit ꝑ votum perhennis celibatus consecrata.

Quarta qꝛ fuit eius soror in eo qꝛ christi humanitas fuit ei assimilata mõ valde singulari ⁊ consonali. Nã totaliter de natura ipsius humanitatem tulit. De. i. ⁊. iiij. habetur Matth. xij. capi. Ipe meꝰ frater soror ⁊ mater est. De scđo. Matt. ix. capi. Confide filia. De tertio canti. v. capitu. Veni in ortum meum soror mea sponsa ⁊c. Istis premissis dignitatis habitudinibus bea. vir. summe humilis respondens angelo dixit: Ecce ancilla domini. in quo actu omnẽ humilitatẽ trãscendit ꝓter quã humilitatez placuit dei filio de ipsa humanari ideo dicit luce. i. ca. Ecce enim ex hoc beataz me di. o. ge. Et quare? Quia respexit hu. an. sue. ⁊c.

Sed primo queritur quare tantũ placuit deo respectu humilitatis: cum multe virtutes sint sublimiores. i. corint. xiij. ca. Si linguis hoim loq̃r ⁊ angeloꝝ. charitatem autem non habeam: factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniẽs. et ita manẽt fides spes charitas tria hec Et dicitur ꝙ sicut principiũ humane dãnationis fuit superbia: ita fuit cõueniẽs a ꝯtrario ꝙ initiũ nostre salutis esset humilitas. Ideo docens thobias filiũ suũ di. Thobie. iiij. ca. Superbiaz nunq̃ꝫ in tuo sensu aut in tuo verbo dñari ꝑmittas ab ipsa eñ initiũ sumpsit omnis ꝑditio.

Secūdo queritur si plus placuit deo virtus humilitatis q̄ castitatis in beata virgine. Et dicitur q̄ sic ſm Bernardum sup missus est. Cuius signum est. q̄ verbū nō fuit incarnatū quando bea. vir. di. Quō fiet istud qm̄ virum non cognosco ꝓpter zelū virginitatis. sed qñ di. Ecce ancilla dñi ex affectu hūilitat̄. Et si dicat̄ q̄ virtus castitat̄ est nobilior. q̄ circa meliora bona vtputa corpis q̄ fortune. cum boies sint bona fortune in quibus consistit humilitas. Et dicit̄ q̄ sicut obedientia ponit̄ bonis aie: ita humilitas ista pōt poni que fuit mater obedientie. z in isto actu notant sancti obediētiā pfectam Et notandū q̄ illa obediētia habuit triplicē conditionē que cōuenit̄ in pfecta obedientia. Primo. quia fuit ꝓmpta ecce. Scōo quia fuit humilis. Ancilla. Tertio ḋa fuit deuota. dñi. Et quib⁹ colligitur. q̄ bea. virgo fuit ordinata. Sed notandū primo de hūilitate b. vir. di. Bernardus sup missus est Quō fortiter occurrebat saul cū ess̄ parvulus in oculis suis. i. humilis q̄ta philistinoꝝ agmina ꝓsternebat: quantis viribus exercebat gladū. postq̄ aūr tenuit eū superbia transiuit in affectū cordis debilis z ipotēs factus incircūcisoꝝ armis faciliter prostratus occubit. Scōo de obediētia di. idē Bern. vbi supra Si tribulatio se opponat: si persecutio resultat: si petrōres tibi laqueū ponāt: si maligniter tuū impediāt tu obedientie viam nō deseras: sed dic paratus sum z non turbat⁹ vt custodiā mādata tua. Tertio dicit idē vbi sup̄ de gradib⁹ obediētie Fidelis obediēs nescit moras fuge. crastinū ignorat: tarditatē ꝓcul fugat: ꝓcedit p̄cipientē: parat oculos visui: aures auditui: linguā voci: manus operi: pedes itineri: totū se colligit vt imperantis colligat et pficiat voluntatē. Et notandū ſm glosaz Non est credendū q̄ b vir. istud verbū leuiter dixerit: ſz q̄ soleniter ꝓtulerit z genua in terrā fixerit: terrā osculata fuerit z oculos ad celū leuauerit: z brachia ad celū extenderit. z sic cuz magno gaudio di. ecce ancilla dñi. fi. m. l. v. t. Scōum misterīū qualiter ꝓsensum pbuit in ista responsiōe ibi. fiat mihi scōm ver. tu. qō pōt intelligi dupliciter. Primo si sensus accipiat̄ noialiter vt sit sensus q̄ angelus dixerit duo ꝓba. Primū salutatiōis z laudis ibi. aue gr̄a plena dñs tecū z̄. Scōm annūciationis z prolis ibi Ecce ꝯcipies z̄pa. fi. z̄. et sic bea. virgo ad laudē nō intendēs sed ad deuotionez affectū dirigēs di. fiat mihi scōm ver. tu. II. mi.

Scōo si sensus accipiat̄ vt est prepositio vt intelligat̄ scōm verbū tuū. i. eo mō quo verbū tuū exp̄ssit z iste sensus est magis cōmunis. Et isto mō dicit sapiens eccl̄. xvij. ca. Deus creauit boiem scōm se. i. mō sui vestigii illū virtute. Sed nō tandū anteq̄ b. virgo ꝓferat verbū ꝓsensus. q̄ dicit sctūs Bern. super missus est omel. iij. Audisti virgo q̄ ꝯcipies z paries filū. Audisti q̄ nō p̄ boiem sed per spūm sanc. expectat angelus rñsum. tēpus est em̄ vt reuertat̄ ad deū q̄ misit illuz. expectamus z nos o dña verbū miseratiōnis quos miserabiliter p̄mit sua dānatiōnis. Et infra hoc totus mūdus tuis genibus ꝓuolut⁹ expectat nec imerito: qm̄ ex ore tuo pendet ꝓsolatio miseroꝝ. redēptio captiuoꝝ: liberatio dānatoꝝ: sal⁹ denicq̄ vniuersoꝝ filioꝝ adā totus generiz tui. da virgo rñsum festināter o dña rūde verbū qō terra qō infert qō expectāt z superi. Aug. Audisti ꝓgo imaculata quō fis ꝯceptura. q̄ spūsctūs supueniet in te vt prolē gignas z virginitatē nō amittas filiū ꝓferas z post partū incorrupta permaneas. seculū oīe captiuū tuū depcat assensum. ex ore tuo pendet cōsolatio miseroꝝ: redēptio captiuoꝝ: liberatio damnatoꝝ: sal⁹ denicq̄ vniuersoꝝ filioꝝ adā. festinanter ergo respōde verbū et suscipe filiū: da fidem z senti virtutē. Quidā expositor dicit in ꝓsona angeli. Ecce virgo tu cognouisti modū: prebe assensuz: cur differs ꝓsentire que facta es speculū deo angelis ꝓphetis z patriarchis z sanctis boibus. Filius dei di. O virgo maria benedicta in me consenti. z ecce iam venio

in te. quia te ⁊ mundū intendo saluare ꝑ te. Angeli dicūt. Noli morari maria pre be assensuz. qꝛ oriet ex te qui fecit te. Ipe em̄ nos restaurabit ⁊ reformabit. ne ergo nr̄a curia suoꝝ ciuiū nūerositate frustretur dic cito qd̄ dictura es vt ip̄m parias qui hoc implere debet. Eua. d. O filia beatissima īmo mater reuerēdissima saluationē da q̄bꝫ dānationez reperi. hec om̄ia ex tuo solo pēdēt assensu. noli ergo plus morari: sed assenti. Adā di. O beatissima virgo in te tota natura sperat humana vt deformatā reformes: destitutaz restaures vt prostratā ꝑ meā suꝑbiā releues per tuam humilitatem. ⁊ pro mea inobedientia tua obedientia compensetur quibus respondet bea. vir. di. Ecce ancilla dn̄i fi. mi. s. v. t. vbi Ber. suꝑ missus est. Plus placuit deo marie hūilitas q̄ eius virginitas: q̄ duxit eū de celo ⁊ venire fecit in vteꝝ virginis. ideo de se di. lu. i. ca. Quia respexit hūilitatē ancille sue. ⁊c̄. Et notandū ꝙ in ista rn̄sione be. vir. Ecce ancilla. ⁊c̄. fuerūt. iiij. oꝑposita trāsgressiōis eue. Prima trāsgressio fuit ī obediētia. qꝛ comedit fructū ligni vetiti. ⁊ in maria fuit obediētia ꝓmpta ibi ecce

Scd̄a transgressio fuit suꝑbia. Magnū signū suꝑbie fuit aꝑpetere deitatem dixerat enim serpens: eritis sicut dij. ⁊ in maria fuit hūilitas ꝓfunda. ibi ancilla.

Tertia trāsgressio fuit seruitus mala Jo. viij. Om̄is qui facit pctm̄ seruus est peccati ⁊ in maria fuit libertas bona: dn̄i

Quarta trangressio ꝓmissio falsa. q̄a di. serpēs nō moriemini. ⁊ ī maria fuit ꝓmissio vera. cū dicit ei angelus. ecce ꝯcipies ⁊ paries ⁊c̄. ⁊ fuit impletū cū maria di. fiat mihi scd̄m verbū tuū. Aug. xiij. de trini. In rebus per tp̄a ortis illa summa gr̄a est qua in vnitate nature hō ꝯiūctus est deo. Et notandū ꝙ istd̄ verbū. b. vir. quadrupliciter pōt ꝯsiderari. Primo vt fuit ore ꝓlatū Scd̄o vt fuit interiori sensu imaginatū. Tertio vt fuit ī intellectu formatū. Quarto vt fuit in voluntate affectatū ⁊ volitū. Et sicut imaginatio est melior prolatione: et intellectus est melior imaginatione: ita affectꝰ est melior cognitione. ita ⁊ consensus beate vir. residēs in volūtate fuit preciosior ⁊ salubrior ceteris actibꝫ p̄cedentibꝫ ip̄m

Sed p̄mo querit̄ si iste ꝯsensus b. vir. fuit causa illius ineffabils incarnatiōis. Et dicit̄ ꝙ sic sicut meritū dicit̄ cā p̄mij. aut sicut sacramēta dicunt̄ esse cā gr̄e suo mō. qꝛ ad effectū istius ꝯsensus deꝰ ordinauit mox efficere istā bn̄dictā assumptionē. Scd̄o querit̄ si istud verbū b. vir. exterius ꝓlatū sensibiliter fuit cā totalis effectus cū dicit fiat mihi scd̄m ver. t. Et dicit̄ ꝙ si ī instanti ꝯsensus virginalis fuit facta mira copula verbi sicut cōiter sācti docēt. tunc non potuit sensibile ꝙ seq̄bat̄ fore ipsius cā cū nulluz posterius sit cā prioris. qꝛ tn̄ supra patuit ꝙ om̄ia non potuerūt fieri in eodē instanti q̄ ꝑtinebāt ad incarnationē id̄o oppositū posset dici sicut in eucharistia verba sensibilia sunt causa translatiōis instātanee suo modo.

Sed notandū ꝙ dixerūt aliqui sapiētes ⁊ ph̄i mūdani difficile esse scire motus sideꝝ ⁊ planetaꝝ. scire naturas rerū scire virtutes herbaꝝ ⁊ lapidū. Sz dicūt theologi. Primo ꝙ suꝑ om̄ia difficilimū ē ꝑscrutari deitatꝫ trinitatē. Scd̄o III. mi.
⁊ hūanitatꝫ vnionē ⁊ deitatis Tertio dei ⁊ hoīs maternitatē vel v̄ginis mr̄nitatē. Tertiū misteriū qualit̄ angelꝰ ab ea discessit ꝯsumata collocutiōe. ibi. ⁊ discessit angelus ab ea. in quo discessu credit̄. ꝙ b. vir. remāserit in plenissima ꝯsolatione. qꝛ sicut angelꝰ malꝰ in suo recessu habet ꝯtristare. sic angelꝰ bonus in suo recessu hz letificare. Notandū vero ꝙ in accessu ⁊ recessu bonoꝝ ⁊ maloꝝ angeloꝝ accipiunt̄ quattuor theologice veritates Prima ꝙ angelus malus ī suo aduētu se habet ꝑ modū blādiētis. ⁊ hoc mō se transfert in angelū lucis. ij. coꝝ. xi. ca. Ipe em̄ satharas transfigurat se ī angelū lucis. Exemplū ptz. iij. R. xxij. cap̄. vbi dicit̄ ꝙ sp̄us qui missus est ad decipiendū achab. ꝓcessit ꝑ modū blādimenti mentiens ꝓsperitatē in ore omniū prophetaꝝ eius. Scd̄a ꝙ angelus bonus

in suo cōcursu se habet per modū exterrē tis. sicut patet in ꝓposito. que cū audisset turbata est in sermone eius. exemplū ptz danielis. viij. ca. quādo gabriel venit ad danielē. vbi sic pauens inquit daniel. corrui in faciē meaz. ⁊ parum infra. Cunqꝫ loqueret ad me collapsus snm pronus in terrā Tertia ꝙ angelus malus in suo recessu habet cōtristare sicut recedens a primis parētib⁹ ipsos tristes ⁊ desolatos in paradiso dereliquit. vt ptz gen̄. iij. ca. Exemplum istius patet Math. iiij. cap̄ vbi dominus in fine temptatiōis diabolice ꝓuocationē nimiꝝ ostēdit quā ante oñdebat. Quarta ꝙ angel⁹ bon⁹ i suo recessu hz letificare sicut tactuz est supra Exemplū istius ptz act. viij. ca. vbi dicitur ꝙ spūs dñi rapuit phili ꝓpū. i. angel⁹ bonus. ⁊ nō vidit eū amplius eunuchus sequit Ibat eunuchus ꝑ viam gaudēs.

Sed querit primo quare angel⁹ malus in suo aduentu letificet. Et dicitur ꝙ spūs malus est caput peccati ⁊ ꝑ modū peccati procedit. quia peccatuz in suo ꝑncipio delectabiliter inclinat. Scdo q̄ritur quare angelus bonus in suo accessu molestat.. Et dicitur ꝙ procedit ꝑ modum virtutis. que in acquisitione habet in principio laborē tristicie sz in fine fructuz leticie ps̄. cxxv. metro. vi. Qui seminant in lachrymis in exultatione metēt. et sic virtus circa principinz est difficilis

Tertio queritur quare angelus mal⁹ in suo recessu contristat. Et dicitur ꝙ suus decursus est per modum vicij qd̄ postq̄ꝫ consumatum est mentem mordendo ementat. Quarto querit quare bonus angelus in suo recessu letificet. Et dicit ꝙ eius processus est per modū meriti. qd̄ postq̄ꝫ actum est animam reficit ⁊ quietat hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriam Ad quam xp̄us benedictus nos perducat qui cū patre et spiritusancto viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen. Finis.

Laus optimo maximo.

Sermones Francisci Maronis de sanctorum laudibus finiunt feliciter cuz tractatibus subtilissimis sparsim annexis et ab eo editis impresi Basilee per magistrum Jacobum de Pforczen post partū virginis salutiferū Anno Millesimo q̄dringētesimononagesimoctauo.

Bibl. Jag.

BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

Biblioteka Jagiellońska
stdr0009212





Maro Franc.
Sermon. 1498

Thom. de
Hibernia.